POpulus syõ ecce dñs vẽiet ad saluãdas gẽtes: ⁊ auditã faciet dñs gloriaz vocis sue i leticia cordis vestri. ps. Qui regis israel intende: qui deducis velut ouẽ ioseph. Repetatur officium scilicet Populus. Gloria patri. Populus. Oro.

Ps 79

EXcita dñe corda nostra ad preparandas vnigeniti tui vias: vt per eius aduentuz purificatis tibi mẽtibꝰ seruire mereamur. Qui tecuz viuit et regnat in vnitate spũs sancti deꝰ. Per oĩa secula seculoꝝ. Ad romanos.

Cap 15 C

FRatres. Quecũqz enim scripta sunt: ad nostraz doctrinã scripta sunt: vt per patiẽtiã ⁊ cõsolationẽ scripturarũ/spẽ habeamꝰ. Deꝰ autẽ patiẽtie ⁊ solatij / det vobis idipsum sapere in alterutrũ/scdm iesum xp̄m: vt vnanimes vno ore honorificetis deũ ⁊ patrẽ dñi nostri iesu xp̄i. Propter quod suscipite inuicẽ: sicut ⁊ xp̄s suscepit vos in honorẽ dei. Dico enim xp̄m iesum ministruz fuisse circũcisionis/propter veritatẽ dei: ad cõfirmandas p̄missiones patrũ. Gentes autẽ super misericordia honorare deũ: sicut scriptũ est. Propterea cõfitebor tibi in gentibus dñe: ⁊ nomini tuo cãtabo. Et iterũ dicit. Letamini gẽtes: cũ plebe eius. Et iterũ. Laudate oĩes gentes dominũ: ⁊ magnificate eum omnes populi. Et rursum ysaias ait. Erit radix iesse: et qui exurget regere gentes: in eũ gentes sperabũt. Deus autez spei repleat vos omni gaudio et pace in credendo: vt abundetis in spe: ⁊ virtute spiritus sancti. Gr. Ex syõ species decoris eius/ deus noster manifeste veniet. ℣. Congregate illi sanctos eius/qui ordinauerũt testamẽtũ eius super sacrificia. Alla. ℣. Virtutes celi mouebũtur/⁊ tũc videbũt filiũ hominis venientẽ in nubibus celi cũ potestate ⁊ maiestate magna. Sequentia.

Ps 49
Ibid
Luce 21

REgnãtem sempiterna/per secla susceptura: cõcio deuota concrepa. Diuo sono factori reddẽdo debita Cui iubilãt agmina celica: eius vultu exhilarata. Quẽ expectãt oĩa terrea/ eius nutu examinãda. Districtum ad iudicia. Clemētē in potētia. Tua nos ſalua xp̄e clemētia: ꝓpter quos paſſus es dira. Ad poli aſtra ſubleua nitida: qui ſorde tergis ſecula. Influat ſalus vera effugās pericula. Omnia vt ſint munda tribue pacifica. Ut hic tua ſalui miſericordia. Leti regna poſt adeamus ſupera. Quo regnas ſecula per infinita. Amen. ¶ Scd̄m Lucam.



Cap. 21. E

In illo tēpore. Dixit ieſ⁹ diſcipulis ſuis. Erūt ſigna i ſole/ ⁊ luna ⁊ ſtellis: ⁊ in terris ꝑſſura gētiū/ pre cōfuſiōe ſonitus maris ⁊ fluctuū. Areſcētib⁹ hoībus/ pre timore ⁊ expectatione q̄ ſupuenīēt vniuerſo orbi. Nā virtutes celorū mouebūtur: ⁊ tūc videbūt filiū hoīs venientē in nube: cū poteſtate magna/ ⁊ maieſtate. His autē fieri incipiētib⁹: reſpicite ⁊ leuate capita vr̄a/ qm̄ appropinquat redēptio vr̄a. Et dixit illis ſimilitudinē. Uidete ficulneā: ⁊ oēs arbores. Cū ꝓducūt iā ex ſe fructū: ſcitis qm̄ ꝓpe eſt eſtas. Ita ⁊ vos cū videritis hec fieri: ſcitote qm̄ ꝓpe eſt regnū dei. Amē dico vobis: q2 non ꝑteribit gn̄atio hec: donec oīa fiāt. Celū ⁊ terra trāſibunt

ꝓ. 84 et oia extra.

verba autē mea nō trāſibūt. Offer. De⁹ tu cōuerſus viuificabis nos: ⁊ plebs tua letabit in te: oſtēde nobis dn̄e miām tuā: ⁊ ſalutare tuū da nobis. ℣. Benedixiſti dn̄e terrā tuā: auertiſti captiuitatē iacob: remiſiſti iniquitatem plebis tue. ℣. Miſericordia ⁊ ꝟitas obuiauerūt ſibi: ꝟitas de terra orta ē: ⁊ iuſticia de celo ꝓſpexit. Secreta.

Placare q̄s dn̄e hūilitatis nr̄e p̄cibus ⁊ hoſtiis: ⁊ vbi nulla ſuppetūt ſuffragia meritorū: tuis nobis ſuccurre preſidiis. Per do. Prefatio quotidia.

Baruch. 4. G

Cōio. Hieruſalē ſurge ſta in excelſo: ⁊ vide iocūditatē q̄ venerit tibi a deo tuo. Poſtc.

Repleti cibo potuq3 ſpiritalis alimonie ſupplices te dn̄e deprecamur: vt hui⁹ participatiōe myſterii doceas nos terrena deſpicere ⁊ amare celeſtia. Per dn̄m no. ¶ Feria quarta. Epiſtola. Lectio zacharie ꝓphete.

Cap. 8. A

Hec dicit dn̄s deus exercituū. Reuerſ⁹ ſū ad ſyō ⁊ habitabo in medio hieruſalē: ⁊ vocabit̄ hieruſalē ciuitas ꝟitatis: et mōs dn̄i exercituū mōs ſctificat⁹. Hec dicit dn̄s de⁹ exercituū. Adhuc habitabūt ſenes/ ⁊ an⁹ in plateis hieruſalē et viri bacul⁹ in manu ei⁹ pre multitudīe dierū. Et platee ciuitatis cōplebūtur īfantib⁹: ⁊ puellis ludētib⁹ i plateis ei⁹. Hec dicit dn̄s exercituū. Si difficile videbit̄ i ocl'is reliq̄arū popl'i hui⁹ i dieb⁹ illis: nūq̄d i ocl'is meis difficile erit dicit dn̄s exercituū. Hec dicit dn̄s exercituū. Ecce ego ſaluabo populū meū de terra oriētis ⁊ de terra occaſ⁹ ſolis: ⁊ adducā eos/ ⁊ habitabūt i medio hieruſalē/ ⁊ erūt michi i ppl'm ⁊ ego ero eis in deū/ in veritate ⁊ in iuſticia. Dicit dominus omnipotens.

¶ Euangelium Scd̄m Mattheum.



Cap. 11. B

In illo t̄pe Dixit ieſus diſcipulis ſuis: et turbis iudeorū. Amē dico vobis: inter natos mulierū nō ſurrexit maior iohanne baptiſta.

Qui aūt minoꝛ eſt in regno celoꝛum: maioꝛ eſt illo. A diebus autē iohannes baptiſte vſqꝫ nūc regnum celoꝛū vim patitur: ⁊ violenti rapiunt illud. Oēs enim pꝛophete ⁊ lex: vſqꝫ ad iohānem pꝛophetauerūt. Et ſi vultis recipere: ipſe eſt helyas qui venturus eſt. Qui habet aures audiēdi audiat. ¶ Feria tercia. ¶ Lectio yſaie pꝛophete.

cap. 62. C Hec dicit dñs deꝰ. Super muros tuos hieruſalē ꝯſtitui cuſtodes: tota die et tota nocte in perpetuū non tacebunt. Qui reminiſcimini domini ne taceatis: ⁊ ne detis ſilentium ei donec ſtabiliat/et donec ponat hieruſalē laudem in terra. Jurauit dominus in dextera ſua: et in bꝛachio foꝛtitudinis ſue. Si dedero triticum tuū vltra cibū inimicis tuis: ⁊ ſi biberint filij alienigene vinum tuum in quo laboꝛaſti. D Quia qui congregabunt illud comedent/⁊ laudabunt dominū: et qui compoꝛtant illud bibent in atriis ſanctis meis. Tranſite/ tranſite per poꝛtas: pꝛeparate viam populo/planum facite iter: et eligite lapides/et eleuate ſignum ad populos. Ecce dominus auditum fecit in extremis terre. Dicite filie ſyō/ecce ſaluatoꝛ tuus venit: ecce merces eiꝰ cum eo et opus illius corā illo. Et vocabunt eos populꝰ ſanctus: redempti a domino. Tu autem vocaberis queſita ciuitas: ⁊ non derelicta.

¶ Euangelium. Scdm Johannem.

cap. I In illo tēpoꝛe. Johannes teſtimonium perhibebat de dño: et clamabat dicens. Hic erat quē dixi: qui poſt me venturus eſt ante me factus eſt/qꝛ pꝛioꝛ me erat. Et de plenitudine eius: nos oēs accepimꝰ gratiā pꝛo gratia: qꝛ lex ꝑ moyſen data eſt: gratia ⁊ veritas per ieſum chꝛiſtū facta eſt. Deū nemo vidit vnq̄. Unigenitus filꝰ qui eſt in ſinu patris: ipſe enarrabit.

¶ Dominica tertia aduentus. Ad magnam miſſam. Officium.

Phi. 4 A Gaudete i domino ſemper iterū dico gaudete: modeſtia veſtra nota ſit omnibus hominibꝰ dominus pꝛope eſt nichil ſolliciti ſitis: ſed in omni oꝛatione petitiones veſtre innoteſcant apud deum. Ibid Ps. Et pax dei que exuperat omnem ſenſum: cuſtodiat coꝛda veſtra/⁊ intelligentias veſtras. Gloꝛia patri. Oꝛatio.

Aurem tuam queſumus domine pꝛecibus noſtris accommoda: et mentis noſtre tenebꝛas gratia tue viſitationis illuſtra. Qui viuit et regnat cum deo patre in vnitate ſpiritus ſancti deus. Per omnia ſecula ſeculoꝛum. Amen.

¶ Epiſtola. Ad Coꝛinthios.

1. cap 4. A Fratres. Sic nos exiſtimet homo vt miniſtros chꝛiſti: et diſpēſatoꝛes miniſterioꝛū dei. Hic iam queritur inter diſpenſatoꝛes: vt fidelis quis inueniatur. Michi autem pꝛo minimo eſt vt a vobis iudicer/aut ab humano die: ſed neqꝫ meipſum iudico. Nichil enim michi conſcius ſum ſed non in hoc iuſtificatus ſum. Qui autem iudicat me: dominus eſt. Itaqꝫ nolite ante tempus iudicare: quoaduſqꝫ veniat dominus/qui et illuminabit abſcondita tenebꝛarum/et manifeſtabit conſilia coꝛdium. Et tunc laus erit vnicuiqꝫ a deo. psal. 79. Grad. Qui ſedes ſuper cherubin excita potentiam tuam et veni. Eod. ℣. Qui regis iſrael intende: qui deducis velut ouē ioſeph. Alleluya. Eod. ℣. Excita domine potentiam tuam ⁊ veni vt ſaluos facias nos. Sequentia.

Qui regis ſceptra foꝛti dextra ſolus cuncta. Tu plebi tuā oſtende magnam excitando potentiā. Pꝛeſta illi dona ſalutaria. Quem pꝛedixerūt pꝛophetica vaticinia. A clara poli regia. In noſtra ieſu veni dñe arua.

¶ Secundum Mattheum.



cap. 11. A IN illo tēpore Cum audiſſet iohānes in vinculis opera chriſti: mittēs duos de diſcipulis ſuis ait illi. Tu es qui venturus es/ an aliū expectamus? Et reſpōdens ieſus: ait illis. Euntes renūciate iohanni: que audiſtis ꝛ vidiſtis. Ceci vident/ claudi ambulant: leproſi mūdantur. Surdi audiunt/ mortui reſurgūt/ pauperes euāgelizantur. Et beatus eſt qui nō fuerit ſcandalizatus in me. Illis autē abeuntibus/ cepit ieſus dicere ad turbas de iohanne. Quid exiſtis in deſertum videre? Arundinem vento agitatam? Sed quid exiſtis videre? Hominem mollibus veſtitum? Ecce qui mollibꝰ veſtiuntur: in domibus regum ſunt. Sed quid exiſtis videre? Prophetā? Etiam dico vobis: et pluſq̄ ꝓphetam. Hic eſt enim: de quo ſcriptuz eſt. Ecce ego mitto angelū meū ante faciē tuā: qui preparabit viā tuā ante te. Offer.

Benedixiſti dñe terrā tuā/ auertiſti captiuita-
psal. 84. tē iacob: remiſiſti iniquitatē plebis tue. ℣.
Eod. Operuiſti oīa peccata eorū: mitigaſti omnē
Eod. irā tuā. ℣. Oſtende nobis dñe miām tuam: et ſalutare tuum da nobis. Secreta.

DEuotionis noſtre tibi dñe q̄s hoſtia iugiter imoletur: q̄ ꝛ ſacri peragat inſtituta myſterij: et ſalutare tuū nobis mirabiliter operet̄. p. Prefatio quotidiana. ¶ Co. Dicite puſillanimes
Esa. 35. b confortamini et nolite timere/ ecce deus noſter veniet et ſaluabit nos. Poſtcōmunio.

IMploramus dñe clemētiā tuā: vt hec diuina ſubſidia a vicijs expiatos/ ad feſta ventura nos ꝑparent. p do. ¶ Feria.iiij. quattuor tēporū. Offi.

RORATE celi de-
Esa. 45. ſuper ꝛ nubes pluāt iuſtū: aperiatur terra ꝛ germinet ſaluatorem. ps. Et iuſtitia
Ibid oriatur ſimul: ego dñs creaui eū. Sequatur oro ſine Dñs vobiſcū. ſed tantū cū Oremus. Oratio.

PReſta queſumus oīpotens deus vt redemptionis noſtre ventura ſolēnitas: ꝛ preſentis nobis vite ſubſidia cōferat: et eterne beatitudinis premia largiatur. Per dominū noſtrum ieſum xp̄m. ¶ Lectio yſaie prophete.

IN diebus illis. Dixit yſaias pro-
cap. 2. A pheta. Erit in nouiſſimis diebus preparatus mons domꝰ dñi in vertice montium: et eleuabitur ſuper colles. Et fluent ad eū omnes gentes: et ibūt populi multi et dicent. Venite aſcendamus ad montem domini/ et ad domum dei iacob: et docebit nos vias ſuas/ et ambulabimus in ſemitis eius. Quia de ſyon exibit lex: ꝛ verbum domini de hieruſalem. Et iudicabit gentes: et arguet populos multos. Et cōflabunt gladios ſuos in vomeres ꝛ lāceas ſuas in falces. Non leuabit gens contra gentem gladium: nec exercebuntur vltra ad prelium. Domus iacob venite: et ambulemus in lumine domini dei noſtri. Grad. Tollite por-
ps. 23. tas principes veſtras/ et eleuamini porte eternales et introibit rex glorie. ℣. Quis
Ibid aſcendet in montem domini/ aut quis ſtabit in loco ſancto eius. Innocens manibus et mundo corde. Hic non repetatur graduale: ſed ſtatim ſequatur Dominꝰ vobiſcum. Oremus. Oratio.

FEſtina queſumꝰ domine ne tardaueris: ꝛ auxiliū nobis ſuperne virtutis impende: vt aduentus tui cõſolationibus ſubleuentur/ qui in tua pietate confidunt. Qui viuis. Hic dicuntur meo. cõmu. Lectõ yſaie ꝓphete.

cap. 7. B IN diebus illis. Locutus eſt dominus ad achaz dicens. Pete tibi ſignum a domino deo tuo in profunduꝫ inferni: ſiue in excelſum ſupra. Et dixit achaz. Non petam: et non tentabo dñm. Et dixit. Audite ergo domus dauid. Nūquid parū vobis eſt moleſtos eſſe hominibꝰ: quia moleſti eſtis ⁊ deo meo? Propter hoc dabit dñs ipſe vobis ſignum. Ecce virgo concipiet ⁊ pariet filium: et vocabitur nomen eius emmanuel. Butyrum ⁊ mel comedet: vt ſciat reprobare malū: et eligere bonum. Gr. Prope eſt dñs oībus inuocan-

psal. 144 tibus eū: oībus qui inuocant eū in veritate.

Ibid ℣. Laudem dñi loquetur os meum: ⁊ benedicat omnis caro nomen ſanctum eius. Repetatur gradale. Secūdum Lucam.



cap. 1 C IN illo tēpore Miſſus eſt angelꝰ gabriel a deo in ciuitatē galilee cui nomen nazareth/ ad virginē deſpōſatam viro cui nomē erat ioſeph de domo dauid: ⁊ nomē virginis maria. Et ingreſſus angelꝰ ad eā: dixit. Aue grā plena dñs tecū: bñdicta tu in mulieribus. Que cū audiſſet/ turbata eſt i ſermone eiꝰ: et cogitabat qualis eſſet iſta ſalutatio. Et ait angelꝰ ei. Ne timeas maria: inueniſti enī gratiā apud deū. Ecce cōcipies in vtero et paries filiū: et vocabis nomē eius ieſum. Hic erit magnꝰ ⁊ filiꝰ altiſſimi vocabit̄. Et dabit illi dñs deꝰ ſedē dauid patris eiꝰ et regnabit i domo iacob in eternū/ ⁊ regni eiꝰ nō erit finis. Dixit autē maria ad angelū. Quomodo fiet iſtud: qm̄ virū nō cognoſco? Et reſpōdens angelꝰ dixit ei. Spiritusſanctꝰ ſuperueniet in te: ⁊ virtus altiſſimi obumbrabit tibi. Ideoqꝫ ⁊ qđ naſcet̄ ex te: ſanctū vocabitur filiꝰ dei. Et ecce elizabeth cognata tua: ⁊ ipſa cōcepit filiū in ſenectute ſua. Et hic mēſis eſt ſextus illi q̄ vocatur ſterilis: qꝛ non erit īpoſſibile apud deū omne verbū. Dixit autem maria. Ecce ancilla dñi. Fiat michi: ſecūdum

Luce 1. C verbū tuū. Off. Aue maria gratia plena dñs tecū: benedicta tu in mulieribus et benedictus fructus ventris tui. ℣. Ideoqꝫ et qđ naſcetur ex te ſanctū: vocabitur filius dei. Et dicitur cū ſuo verſu. Secreta.

SAlutari ieiunio competentes dñe hoſtias imolamꝰ: preſta/ vt ad natiuitatē panis eterni his officijs ꝑparemur. Per eūdē. Prefatio quoti. Cõio

Eſa. 7. C Ecce virgo cōcipiet ⁊ pariet filiū/ ⁊ vocabitur nomen eius emmanuel. Poſtcõio.

SAlutaris tui domine munere ſaciati ſupplices deprecamur: vt cuius letamur guſtu/ renouemur effectu. Per dñm nr̄m ieſum xp̄m filium.

¶ Feria. vi. quattuor tēporū. Offm̄.

psal. 118. Prope eſto domine: et omnes vie tue veritas initio cognoui de teſtimonijs tuis: quia in eternū tu es. Ps. Beati immacu-

Ibid lati i via: q ambulant in lege dñi. Oratio.

EXcita queſumꝰ dñe potentiā tuā et veni: vt hi qui i tua pietate cōfidunt: ab oī citius aduerſitate liberētur. Qui viuis. Lectio yſaie prophete.

ca. xi A HEc dicit dñs deus. Egredietur virga de radice ieſſe et flos de radice eiꝰ aſcēdet. Et requieſcet ſup eum ſpūs dñi: ſpūs ſapientie ⁊ intellectus/

ſpiritꝰ cõſilij ⁊ fortitudinis/ſpũs ſcientie ⁊ pietatis/⁊ replebit eũ ſpũs timoris dñi. Non ſcdm viſionẽ oculoꝝ iudicabit: neqꝫ ſecundũ auditũ aurium arguet. Sed iudicabit in iuſticia pauperes: ⁊ arguet in equitate ꝓ manſuetis terre. Et percutiet terram virga oꝛis ſui: ⁊ ſpiritu labioꝝ ſuoꝝ interficiet impiũ. Et erit iuſtitia cingulũ lumboꝝ eiꝰ: et fides cinctoꝛiũ renũ eiꝰ. Gꝛ.

psal. 84. Oſtende nobis dñe miſericoꝛdiã tuam: et ſalutare tuũ da nobis. ℣. Benedixiſti dñe
Ibid terram tuam: auertiſti captiuitatem iacob. Repetatur grad. Secundum Lucam

cap. 1. D



IN illo tẽpoꝛe Exurgẽs maria abijt in mõtana cũ feſtinatione in ciuitatẽ iuda: ⁊ intrauit i domũ zacharie/⁊ ſalutauit elizabeth Et factum eſt vt audiuit ſalutationẽ marie elizabeth: exultauit infans in vtero eius. Et repleta eſt ſpiritu ſancto elizabeth: ⁊ exclamauit voce magna: ⁊ dixit. Benedicta tu inter mulieres: ⁊ benedictꝰ fructus vẽtris tui. Et vnde hoc michi: vt veniat mater dñi mei ad me? Ecce enĩ vt facta eſt vox ſalutationis tue i auribus meis: exultauit i gaudio infans i vtero meo. Et btã q̃ credidiſti: qm̃ ꝑficientur ea q̃ dicta ſunt tibi a dño. Et ait maria. Magnificat aĩa mea dñm: ⁊ exultauit ſpũs meꝰ in deo ſalutari meo. Offer. Deꝰ tu cõuerſus viuificabis nos: ⁊ plebs tua letabit in te: oſtẽde nobis dñe miſericoꝛdiã tuã: ⁊ ſalutare tuũ da nobis. ℣. Bñdixiſti dñe terã tuã: auertiſti captiuitatẽ iacob/remiſiſti iniquitatẽ plebis tue. ℣. Miſericoꝛdia ⁊ veritas obuiauerunt ſibi/ veritas de terra oꝛta eſt ⁊ iuſtitia de celo ꝓſpexit. Secreta.

SAcrificijs ꝙs dñe ſalutaribꝰ his diebꝰ aptemur ꝓpoſitꝰ: quibꝰ illud eſt miſteriũ celebꝛãdum cui ſeruit oĩs executio mãdatoꝝ. p d. Pꝛefatio quotidiana. Cõio. Ecce dñs veniet ⁊ oẽs ſcti eiꝰ zach. 79. B
cũ eo: ⁊ erit i die illa lux magna. Poſtcõio.

PErfice ꝙs dñe miaꝫ tuã ꝑ ꝓplo ſupplicãti: quẽ tuoꝝ refectũ largitate donoꝝ ⁊ iſtãtiꝰ gratiã poſtulare maioꝛẽ/⁊ fiducialiꝰ: ſperare ꝯcedas. p do.

¶ Sabbato. iiij. tpm aduẽtꝰ. Officiũ.

VEni ⁊ oſtende nobis faciẽ tuam psal. 79.
dñe qui ſedes ſuper cherubin ⁊ ſalui erimus. ps. Qui regis Ibid
iſrael intẽde: q̃ deducis velut ouẽ ioſeph. Oẽs oꝛones ſine Dñs vobiſcũ dicuntᷣ p̃ter vltimã q̃ eſt ãte ep̃lam: ſed tantũ cũ Oꝛemus. Et oẽs oꝛones cũ ſuis titulᷣ. legant. Oꝛemus.

DEꝰ q̃ ꝯſpicis q2 ex nr̃a prauitate affligimur ꝯcede ꝓpiciꝰ: vt ex tua viſitatiõe ꝯſolemur. q̃ vi. Lectõ yſaie ꝓ

IN diebꝰ illis. Clamabũt ꝓphete. cap.
ad dñm a facie tribulãtis: ⁊ mittet 9. D
eis ſaluatoꝛẽ et ꝓpugnatoꝛẽ q̃ liberet eos. Et cognoſcet dñs ab egypto: ⁊ cognoſcent egyptij dñm i die illa: ⁊ colẽt eũ in hoſtijs ⁊ muneribꝰ/⁊ vota vouebũt dño et ſoluẽt. Et ꝑcutiet dñs egyptũ plaga: ⁊ ſanabit eã. Et reuertẽtur egyptij ad dñm ⁊ placabitᷣ eis: ⁊ ſanabit eos dñs deꝰ nr̃. Gꝛ. A ſummo celo ps. 18
egreſſio eiꝰ ⁊ occurſus eiꝰ vſqꝫ ad ſũmũ eiꝰ.
℣. Celi enarrant gloꝛiã dei: et opa manuũ Ibid
eiꝰ annunciat firmamẽtũ. Nõ repetatur gꝛ. ſed dicatur ſtatim Oꝛemus. Oꝛo.

COncede ꝙs oĩps deus/vt qui ſub peccati iugo ex vetuſta ſeruitute depꝛimimur: expectata vnigeniti filij tui noua natiuitate liberemur. q̃ tecũ.

¶ Lectio yſaie prophete.

HEc dicit dn̄s. Letabitur deſerta et inuia: et exultabit ſolitudo/et florebit quaſi liliū. Germinās germinabit: ⁊ exultabit letabūdaꝫ laudans. Gloria libani data eſt ei: decor carmeli et ſaron. Ipſi videbunt gloriā dn̄i: et decorem dei noſtri. Cōfortate manus diſſolutas: et genua debilia roborate. Dicite puſillanimes confortamini: et nolite timere. Ecce deꝰ noſter vltionē adducet retributionis deꝰ ipſe veniet/ et ſanabit nos. Tunc aperiētur oculi cecorū: et aures ſurdorū patebūt. Tūc ſaliet ſicut ceruus claudus: et aperta erit lingua mutorū. Quia ſciſſe ſunt ī deſerto aque: ⁊ torrētes in ſolitudine. Et que erat arida in ſtagnū: et ſitiens in fontes aquarū. Ait dn̄s oīpotens.

Gr. In ſole poſuit tabernaculū ſuum: et ipſe tanꝗ̄ ſpōſus ꝓcedens de thalamo ſuo. ℣. A ſummo celo egreſſio eius: et occurſus eius vſqꝫ ad ſummum eius. Oratio.

INdignos nos q̄s dn̄e famulos tuos quos actionis ꝓprie culpa contriſtat vnigeniti filij tui aduētu letifica. Qui tecū. Lectio yſaie prophete

HEc dicit dn̄s. Super mōtē excelſum aſcende tu qui euangelizas ſyon: exalta ī fortitudine vocē tuā qui euangelizas hieruſalē. Exalta noli timere. Dic ciuitatibus iude. Ecce deꝰ veſter. Ecce dn̄s deꝰ in fortitudine veniet: ⁊ brachium eius dn̄abitur. Ecce merces eius cū eo: ⁊ opus illius coram illo. Sicut paſtor gregē ſuū paſcet in brachio ſuo congregabit agnos: et in ſinu ſuo leuabit eos dn̄s deus noſter. Gr. Dn̄e deus virtutum conuerte nos: et oſtende faciem tuā ⁊ ſalui erimꝰ. ℣. Excita domine potentiā tuā et veni/vt ſaluos faciat nos. Sequatur Oremus. Oratio.

PReſta queſumus omp̄s deus: vt filij tui ventura ſolēnitas: ⁊ preſentis nobis vite remedia conferat: et premia eterna concedat. Per eundem dominum. ¶ Lectio yſaie prophete.

cap̄. 45 a HEc dicit dn̄s. Chriſto meo cyro cuiꝰ apꝑhēdi dexterā vt ſubijciā ante faciē eius gentes: et dorſa regum vertā. Et aperiā corā eo ianuas: ⁊ porte nō claudētur. Ego ante te ibo: ⁊ glorioſos terre humiliabo. Portas ereas cōterā: et vectes ferreos confringam. Et dabo tibi theſauros abſconditos ⁊ archana ſecretorū: vt ſcias q̄a ego dn̄s qui voco nomē tuū deꝰ iſrael. Propter ſeruū meū iacob: et iſrael electū meū. Et vocaui te nomie tuo: aſſimilaui te et nō cognouiſti me. Ego dn̄s ⁊ nō eſt amplius. Extra me nō eſt deꝰ. Accinxi te et nō cognouiſti me: vt ſciant hi qui ab ortu ſolis ⁊ q̄ ab occidēte: q̄m abſqꝫ me nō eſt deꝰ. Ego dn̄s: et nō eſt alter. Formans lucē/et creans tenebras: faciens pacē/et creans malū. Ego dn̄s: faciens oia hec. Rorate celi deſuper: ⁊ nubes pluāt iuſtū. Aperiatur terra: et germinet ſaluatorē/et iuſticia oriatur ſimul. Ego dn̄s: creaui eum. Grad.

ꝑ 79 Excita dn̄e potentiā tuā et veni: vt ſaluos facias nos. ℣. Ibid Qui regis iſrael intende: qui deducis velut ouem ioſeph: qui ſedes ſuper cherubim/appare corā effraym beniamin: ⁊ manaſſe. Sequitur. Oremus. Oratio.

PReces populi tui queſumus domine clementer exaudi: vt qui iuſte pro peccatis noſtris affligimur pietatis tue viſitatione cōſolemur. Qui viuis ⁊ reg. Lectio danielis prophete.

cap̄. 3. E ANgelus dn̄i deſcēdit cū azaria et ſociis eius in fornacē: et excuſſit flammā ignis de fornace ⁊ fecit mediū fornacis quaſi ventum roris flantem. Flāma aūt diffuſa eſt ſuper fornacem cubitis quadragintanouē: et incendit quos repperit iuxta fornacē de caldeis miniſtros regis qui eam incendebant Illos autem omnino nō tetigit ignis/ neqꝫ cōtriſtauit: nec quicꝗ̄ moleſtie intulit. Tūc hi tres quaſi ex vno ore laudabant ⁊ glorificabant: et bn̄dicebant deum in fornace dicentes. Duo clerici de ſecunda forma/ in ſuperpelliciis ad gradum chori cantent. Tractum.

Da. 3 et oīa infra G Benedictus es dñe deus patrum noſtrorum. ℣. Et laudabilis et glorioſus in ſecula. Chorus idē repetat. Clerici. ℣. Et benedictum nomē glorie tue qđ eſt ſanctū. Chorus dicat. Et laudabilis ⁊ glorioſum in ſecula. Clerici. ℣. Bñdictus es in templo ſancto glorie tue. Chorus. Et laudabilis ⁊ glioſus ī ſcl'a. Clerici. ℣. Bñdictus es ſup thronū ſanctū regni tui. Chorus Et laudabilis. Clerici. ℣. Benedictus es ſup ſceptrū diuinitatis tue. Chorus Et laudabilis. Clerici. ℣. Bñdictus es qui ſedes ſup cherubin intuens abyſſos. Chorus. Et laudabilis. Clerici. ℣. Bñdictus es q̄ ambulas ſup pēnas ventorum. Chorꝰ. Et lau. Clerici. ℣. Benedicāt te oēs angeli ⁊ ſcti tui. Chorꝰ. Et laudent te et glorificent in ſecula. Cle. ℣. Benedicāt te celi terra mare et omnia que in eis ſunt. Chorꝰ Et laudant te. Cle. ℣. Gloria patri ⁊ filio ⁊ ſpiritui ſctō. Chorꝰ. Et laus ⁊ honor poteſtas ⁊ imperiū. Cle. ℣. Sicut erat in principio ⁊ nūc ⁊ ſemp ⁊ in ſcl'a ſeculorū amē. Chorꝰ Et laus ⁊ honor. Deinde clerici reincipiāt primū ℣ſum tracti et perficiāt a choro. Et poſtea dicat ſacerdos. Dñs vobiſcū. ⁊ Oremꝰ. Oro.

Deus qui tribꝰ pueris mitigaſti flāmas igniū concede ꝑpicius: vt nos famulos tuos nō exurat flāma viciorū. Per do. Hic dicuntur memorie cōſuete. Epiſtola. ad Theſſalonicēſes.

2. ſa. 2. B Fratres. Rogamus vos ꝑ aduentum dñi nr̄i ieſu xp̄i ⁊ noſtre congregationis in idipſum: vt nō cito moueamini a veſtro ſenſu/ neqꝫ terreamini/ neqꝫ per ſpiritū/ neqꝫ ꝑ ſermonem/ neqꝫ per epiſtolā tanq̄ ꝑ nos miſſam/ quaſi inſtet dies dñi. Ne quis vos ſeducat: vllo modo. Qm̄ niſi venerit diſceſſio primū/ et reuelatꝰ fuerit homo peccati filius perditionis/ qui aduerſatur ⁊ extollitur ſupra omne qđ dicitur deus/ aut quod colitur: ita vt in tēplo dei ſedeat: oſtendens ſe tanq̄ ſit deus. Non retinetis quoniā cū adhuc eſſem apud vos: hec dicebam vobis. Et nūc quid detineat ſcitis: vt reueletur ī ſuo tempore. Nam myſterium iam operatur iniquitatis: tantū vt qui tenet nūc teneat/ donec de medio fiat. Et tūc reuelabitur ille iniquus quē dominus ieſus interficiet ſpiritu oris ſui: et deſtruet illuſtratione aduentus ſui. Duo clerici de ſecūda forma in cappis nigris ad gradum chori ſimul dicant totum et integrum iſtum. Tractum.

Qui regis iſrael intende: qui deducis ps. 7
velut ouem ioſeph. ℣. Qui ſedes ſup cherubin appare coram effrayn beniamin ⁊ manaſſe. ℣. Excita dñe potētiā tuā ⁊ veni/ vt ſaluos facias nos. Secūdum Lucam.

Anno quintodecimo imperij ty- cap.
berij ceſaris/ procurante pontio 3.
pylato iudeam/ tetrarcha autē galilee herode: philippo autem fratre eius tetrarcha ituree: ⁊ trachonitidis regionis: et lyſania abilīne tetrarcha/ ſub principibꝰ ſacerdotū anna et caypha: factū eſt verbū dñi ſup iohannē zacharie filiū in deſerto. Et venit in omnē regionē iordanis predicans baptiſmū penitētie ī remiſſionē peccatorū: (ſicut ſcriptū eſt in libro ſermonū yſaie prophete). Vox clamātis in deſerto: parate viam dñi rectas facite ſemitas eius. Omnis vallis implebitur: et omnis mons ⁊ collis humiliabitur. Et erūt praua in directa: ⁊ aſpera in vias planas. Et videbit oīs caro ſalutare dei. Off.

Exulta ſatis filia ſyon/ predica filia hieru- Zach
ſalem: ecce rex tuꝰ veniet tibi ſanctus et ſal- tie. 9
uator. ℣. Loquetur pacē gētibꝰ: ⁊ poteſtas C
eius a mari vſqꝫ ad mare/ ⁊ a flumine vſqꝫ ad terminos orbis terre. Secreta.

Super has hoſtias fidelium domine queſumꝰ ꝑpicio vultu reſpice: et q̄ noſtris meritis nō valemus/ his potius muneribꝰ tuo occurſui cōmenbemur. Qui vi. Prefatio quotidiana.

18. Cõio. Exultauit vt gygas ad currendam viã: a summo celo egressio eius: et occursus eius vsq3 ad summum eius. Postcõio.

Quesumus domine de⁹ noster: vt sacrosancta mysteria que pro reparationis nostre munimine contulisti: et presens nobis remedium esse facias et futurum. Per dñm nr̃m iesum.

¶ In quacunq3 feria dies natiuitatis dñi cõtigerit: semp ieiunia quattuor tẽporũ i tertia ebdo. aduẽt⁹ dñi: celebrẽt.

¶ Dominica quarta aduentus domini. Ad missam. Officium.

Memento nostri dñe in beneplacito populi tui: visita nos i salutari tuo ad videndũ in bonitate electorũ tuorũ in leticia gentis tue/ vt lauderis cum hereditate tua. Ps. Peccauimus cum patribus nostris: iniuste egimus/ iniquitatem fecimus. Gloria patri. Oratio.

Excita q̃s dñe potentiã tuã et veni: et magna nobis virtute succurre vt per auxiliũ gratie tue quod nostra peccata prepediunt: indulgentia tue propiciationis acceleret. Qui viuis et regnas. ¶ Ad Philippenses.

ph. A Fratres. Gaudete in dño semper iterũ dico gaudete. Modestia vestra: nota sit oĩb⁹ hominib⁹. Dñs enĩ prope est. Nichil solliciti sitis: sed in oĩ oratione et obsecratione cũ gratiarum actiõe petitiões vestre innotescãt apd deũ. Et pax dei q̃ exuperat omnẽ sensum: custodiat corda vestra/ et itelligẽtias vestras. In xp̃o iesu: dño nostro. Gr. Prope est dñs oĩb⁹ inuocãtib⁹ eũ: oĩb⁹

al. 44 qui inuocãt eũ in veritate. ℣. Laudẽ dñi loquet os meũ: et bñdicat oĩs caro nomẽ sctm̃ ei⁹. All'a. ℣. Ueni dñe et noli tardare: relaxa facinora plebis tue. Sequẽtia.

Iubilemus omnes vna. Deo nostro qui creauit omnia. Per quẽ cuncta condita sunt secula. Celoq3 plurima/ luce chorusca: et diuersa sunt sydera. Sol mundi scema/ noctis decus luna: ceteraq3 splendentia. Mare solum/ alta plana: ac profunda flumina. Aeris ampla spacia q̃ discurrunt aues venti atq3 pluuia. Hec simul cũcta tibi deo soli patri militant. Nunc et in euũ sine fine per secula/ laus eorũ tua gloria. Qui pro salute nostra: prolem vnicam. Pati in terrã misisti sine culpa: sed ob nostra delicta. Te trinitas precamur/ vt corpora nostra et corda. Regas et protegas et dones peccatorum veniam. Amen.

¶ Euangelium Scdm Johannem.



cap. 1. C In illo tẽpore. Miserunt iudei ab hierosolymis sacerdotes et leuitas ad iohannẽ: vt interrogarent eum. Tu quis es? Et confessus est: et non negauit. Et confessus est: quia non sum ego christus. Et interrogauerunt eum quid ergo? Helyas es tu? Et dixit. Non sum. Propheta es tu? Et respondit Non. Dixerunt ergo ei. Quis es: vt responsum demus his qui miserunt nos? Quid dicis de teipso? Ait. D Ego vox clamantis in deserto: dirigite viam domini/ sicut dicit ysaias propheta. Et qui missi fuerant: erant ex phariseis. Et interrogauerunt eum: et dixerunt ei. Quid ergo baptizas si tu non es christus/ neq3 helyas/ neq3 propheta? Respon-

dit eis iohannes: dicens. Ego baptizo in aqua: medius autē veſtrū ſtetit quē vos neſcitis. Ipſe eſt qui poſt me venturus eſt: qui ante me factus eſt/ cuius ego non ſum dignus vt ſoluā eiꝰ corrigiā calciamēti. Hec in bethania facta ſunt trans iordanē: vbi erat iohannes baptizās. Offer. Cōfortamini et iam nolite timere: ecce enī deus noſter retribuet iudicium/ ipſe veniet et ſaluos nos faciet. Eſa. 35. b

Tunc aperientur oculis cecorum: et aures ſurdorū audient/ tūc aſcēdet claudus quaſi ceruus ⁊ clara erit lingua mutorꝫ. Secr.

Sacrificijs preſentibꝰ q̄s dn̄e placatus intende: quibus ad filij tui natiuitatē ſuſcipiendam purificemur. Per eūd. Prefatio quotidiana. Cōio.

Eſa. 7. C Ecce virgo cōcipiet ⁊ pariet filiū/ ⁊ vocabitur nomen eius emmanuel. Poſtcōio.

Populū tuū queſumus dn̄e donorum tuorꝫ largitate proſequere: vt a malis oībꝰ ſacramētorū tuorꝫ virtute ꝓtectꝰ: ad īeffabile myſteriū celebrandum/ et mente preparetur et corpore. Per dn̄m nr̄m ieſum xp̄m filiū.

¶ Feria. iiij. Lectio iohelis prophete.

2. et 3 ca. d f Hec dicit dn̄s deꝰ. Exultate filie ſyon: ⁊ letamini ī dn̄o deo veſtro qui dedit vobis doctorē iuſtitie: et deſcendere faciet ad vos imbrem matutinū et ſerotinū/ ſicut in principio. Et implebuntur aree frumēto: ⁊ redūdabunt torcularia vino ⁊ oleo. Et ſcietis quia ego dn̄s deus veſter habitans in ſyon in monte ſancto meo et in hieruſalem ſancta/ ⁊ alieni nō tranſibunt ꝑ eam amplius. Et erit in die illa: ſtillabunt montes dulcedinē et colles fluēt lacte/ et per oēs riuos iuda ibūt aque/ et fons de domo dn̄i egredietur/ ⁊ irrigabit torrentē ſpinarum. Egyptus in deſolationē erit et ydumea ī deſertum perditionis: ꝓ eo ꝙ inique egerunt in filios iude/ ⁊ effuderunt ſanguinē innocentē in terra ſua. Et iudea in eternū habitabitur: ⁊ hieruſalē in generatione ⁊ generationē. Et mūdabo ſanguinem eorū quē non mundauerā: ⁊ dn̄s cōmorabitur ī ſyon a ſeculo: ⁊ vſqꝫ in ſeculum. ¶ Secundum Lucam.

cap 7. In illo tēpore Exiit ſermo in vniuerſam iudeā de ieſu. Et nūciauerūt iohāni diſcipuli eius: de oībus his. Et conuocauit duos de diſcipulis ſuis iohānes: ⁊ miſit ad ieſum dicens. Tu es qui vēturus es: an aliū expectamus? Cū autē veniſſent ad eū viri: dixerūt. Iohānes baptiſta: miſit nos ad te dicens. Tu es qui vēturus es: an alium expectamus? In ipſa autē hora: curauit multos a languoribꝰ ſuis ⁊ plagis et ſpiritibꝰ malis: ⁊ cecis multis donauit viſum. Et reſpondens dixit illis. Euntes/ renūciate iohāni: q̄ vidiſtis ⁊ audiſtis. Quia ceci vidēt: claudi ambulant/ leproſi mūdantur. Surdi audiunt/ mortui reſurgūt: pauperes euāgelizantur. Et beatꝰ eſt qui nō fuerit ſcandalizatꝰ in me. Et cū diſceſſiſſent nūcij iohānis/ cepit dicere de iohanne ad turbas. Quid exiſtis in deſertū videre? Arundinē vento agitatam? Sed quid exiſtis videre? Hominē mollibꝰ veſtimētis indutū? Ecce qui in veſte precioſa ſunt ⁊ in delicijs: in domibus regum ſunt. Sed quid exiſtis videre? Prophetā? Vtiqꝫ dico vobis: ⁊ pluſꝙ prophetā. Hic eſt de quo ſcriptum eſt. Ecce mitto angeluꝫ meū ante faciem tuam: qui preparabit viā tuā ante te. Dico enī vobis: maior īter natos mu-

lierum propheta iohanne baptiſta nemo eſt. Qui autem minoꝛ eſt in regno celoꝛum: maioꝛ eſt illo.

¶ Feria. vi. Lcō zacharie ꝓphete.

Cap 2. D Hec dicit dñs. Lauda et letare filia ſyō: qꝛ ecce ego venio ⁊ habitabo in medio tui/ait dñs. Et applicabūtur gentes multe ad dñm in die illa: ⁊ erūt michi in populū. Et habitabo in medio tui: ⁊ ſcies qꝛ dñs exercituū miſit me ad te. Et poſſidebit dñs iudam partē ſuā in terra ſanctificata: ⁊ eliget adhuc hieruſalē. Sileat omnis caro a facie dñi: qꝛ cōſurrexerit de habitaculo ſancto ſuo. Dicit dñs omnipotens.

¶ Euāgeliū Secundum Marcum.

Cap 8. B In illo tpe Dixit ieſus diſcipulis ſuis Videte ⁊ cauete a fermento phariſeorū: et fermento herodis. Et cogitabāt ad alterutrū dicentes: qꝛ panes nō habemus. Quo agnito: ait illis ieſus. Quid cogitatis; quia panes nō habetis? Nōdū cognoſcitis: nec intelligitis. Adhuc cecatū habetis coꝛ veſtrū. Oculos habētes/ nō videtis: ⁊ aures habētes/non auditis. Nec recoꝛdamini quādo quinqꝫ panes fregi in q̄nqꝫ milia: ⁊ quot cophinos fragmentoꝝ plenos ſuſtuliſtis? Dicunt ei Duodecim. Quando ⁊ ſeptē panes in quattuoꝛ milia hominū: quot ſpoꝛtas fragmētoꝝ tuliſtis? Et dicunt ei. Septē. Et dicebat eis. Quomodo nondū intelligitis? Et veniūt bethſaidā ⁊ adducūt ei cecū. Et rogabāt eū/vt illū tāgeret. Et apprehēſa manu ceci: eduxit eū extra vicū. Et expuēs in oculos ei⁹ ⁊ impoſitis manibus ſuis interrogauit eū: ſi quid videret. Et aſpiciēs ait. Video hoīes velut arboꝛes ambulantes. Deinde iterū impoſuit man⁹ ſuꝑ oculos ei⁹ ⁊ cepit videre. Et reſtitutus eſt ita vt clare videret oīa: et miſit illū in domū ſuā dicēs. Vade ī domū tuā: ⁊ ſi in vicū introieris: nemini dixeris.

¶ In vigilia natiuita. dñi. Officiū.

Hodie ſcietis ꝑs. 23. qꝛ veniet dñs ⁊ ſaluabit vos: ⁊ mane videbitis gloꝛiā eius. ꝑs. Dñi eſt terra ⁊ plenitudo eius oꝛbis terrarū: ⁊ vniuerſi qui habitāt in eo. Si hec vigi. in do. euene. dꝛ cātus ſuper Kyri eley. Sctūs et Agnus. ſicut in feſto ſimpl. ix. lecc. ſin autē dꝛ cantus fer. Oratio.

Deus qui nos redēptionis noſtre annua expectatione letificas: preſta vt vnigenitū tuū quē redēptoꝛem leti ſuſcipimus: veniētē quoqꝫ iudicē ſecuri videamus dñm noſtrū ieſum xp̄m filium tuum. Qui tecum viuit.

Nulla fiat mēo. Unus puer accolitus legat hanc lec. alba indutus ad gradū choꝛi: tū ſi dñica fue. legatur in pulpito ⁊ ſemꝑ cū ſuo titu. Lcō yſaye ꝓphe.

Hec dicit dñs de⁹. Propter ſyon Cap 62 A nō tacebo ⁊ ꝓpter hieruſalē non quieſcā: donec egrediatur vt ſplendoꝛ iuſtus eius/⁊ ſaluatoꝛ ei⁹ vt lāpas accēdatur. Et videbūt gētes iuſtū tuū: ⁊ cūcti reges inclytū tuū. Et vocabitur tibi nomē nouū: quod os dñi noīauit. B Et eris coꝛona gloꝛie in manu domini ⁊ dyadema regni in manu dei tui. Nō vocaberis vltra derelicta: et terra tua non vocabitur amplius deſolata. Sed vocaberis voluntas mea in ea: et terra tua inhabitabitur quia complacuit domino in te. Deinde abſqꝫ interualla lo legatur epiſtola. Ad romanos.

Cap. i. A FRatres. Paulus ſeruus ieſu xp̄i
vocatus apoſtolus/ ſegregatꝰ in
euãgeliū dei: quod ante ꝓmiſerat per
ꝓphetas ſuos in ſcripturis ſanctis de
filio ſuo qui factus eſt ei ex ſemine dauid
ſcḋm carnē. Qui predeſtinatus eſt
filius dei in virtute ſcḋꝫ ſpiritū ſanctificationis
ex reſurrectione mortuoꝝ
ieſu xp̄i dn̄i noſtri: per quē accepimus
gratiã ⁊ apoſtolatū ad obediendū fidei
in oīmibus gētibus ꝓ nomine eius. In
quibus eſtis ⁊ vos vocati: ieſu xp̄i dn̄i
noſtri. Gr. Hodie ſcietis quia veniet dn̄s
⁊ ſaluabit nos: ⁊ mane videbitis gl'iam eiꝰ
ꝑ79 ℣. Qui regis iſrael intēde: qui deducis velut
ouē ioſeph/ qui ſedes ſuper cherubin appare
corã effraim beniamin ⁊ manaſſe. Si
hec vigi. in do. euē. miſ. de do. in ca. dr:
⁊ fiat memo. de ſancta maria ⁊ de oībꝰ
ſanctis tm̄. Miſ. vero de vigi. ad autēticū
altare ſine aliqua memo. cum hoc
All'a. ℣. Craſtina die delebitur iniqtas
terre ⁊ regnabit ſuper nos ſaluatoꝛ mundi.
Sequentia. Iubilemus oēs. vtš. fol.
viij. Si vero dn̄ica nō fuerit: tūc All'a
⁊ ſequentia pretermittantur.

¶ Secundum Mattheum.

Cap. i. C IN illo tp̄e. Cū eſſet deſpōſata mater
ieſu maria ioſeph añteq̄ cōuenirent:
inuenta eſt in vtero/ habēs de
ſpūſancto. Ioſeph autē vir eius cū eſſet
iuſtus ⁊ nollet eã traducere: voluit
occulte dimittere eã. Hec autē eo cogitãte
ecce angelus dn̄i in ſomnis apparuit
ei dicēs. Ioſeph fili dauid: noli timere
accipere mariã coniugem tuam.
Quod enim in ea natū eſt: de ſpū ſancto
eſt/ pariet autē filiū: ⁊ vocabis nomē
eius ieſum. Ipſe enim ſaluū faciet
populū ſuū a pctīs eoꝝ. Offer. Tollite
ꝑ.23. portas principes veſtras: ⁊ eleuamini porte
eternales: ⁊ introibit rex glorie. ℣. Dn̄i eſt
Ibid terra ⁊ plenitudo eius orbis terrarū: ⁊ vniuerſi
qui habitant in eo. Iſte ℣ꝰ. ſi dn̄ica
fuit, eo anno pretermittatur. Secreta.

DA nobis queſumus oīpotēs deus
vt ſicut ad adorãda filij tui natalicia
preuenimꝰ: ſic eius munera capiamus
ſempiterna gaudentes. Per
eundem. Prefatio quotidiana. Cōio.
Reuelabitur gloria domini ⁊ videbit oīs Eſa.
caro ſalutare dei noſtri. Poſtcōio. 40 b

DA nobis q̄ſumus dn̄e vnigeniti
filij tui recēſita natiuitate reſpirare:
cuius celeſti myſterio paſcimur
⁊ potamur. Per eundem dominum.

¶ In nocte nati. dn̄i poſt. ix. lec. cãtetur
hoc euange. in pulpito a dyacono.
Initiū ſancti euãgelij Scḋꝫ mattheū.

LIber gñationis ieſu xp̄i filij Cap.
dauid: filij abraham. i. A.
Abraham genuit yſaac.
Iſaac autem: genuit iacob
Iacob autē: genuit iudam
⁊ fratres eius. Iudas aūt: genuit phares
⁊ zarã de thamar. Phares autē: genuit
eſron. Eſron autē: genuit aram.
Arã autem: genuit aminadab. Aminadab
autē: genuit naaſon. Naaſon aūt:
genuit ſalmon. Salmon autē: genuit
booz de raab. Booz autē: genuit obeth
ex ruth. Obeth autē: genuit ieſſe. Ieſſe
autē: genuit dauid regē. Dauid aūt
rex: genuit ſalomonem ex ea que fuit
vrie. Salomon autē: genuit roboam.
Roboã autē: genuit abiam. Abia autē
genuit aſa. Aſa autē: genuit ioſaphat.
Ioſaphat autē: genuit iorã. Iorã autē
genuit oziã. Ozias autem: genuit ioathã.
Ioathã autē: genuit achaz. Achaz
autē: genuit ezechiã. Ezechias autem
genuit manaſſem. Manaſſes autē: genuit
amon. Amon autē: genuit ioſiam
Ioſias autē: genuit iechoniã ⁊ fratres
eius in tranſmigratione babylonis.
Et poſt tranſmigrationem babylonis
iechonias genuit ſalathiel. Salathiel
autē: genuit zorobabel. zorobabel autē:
genuit abiud. Abiud autem: genuit
eliachim. Eliachim autē: genuit azor.
Azor autē: genuit ſadoch. Sadoch aūt

genuit achim. Achim autē: gēuit eliud. Eliud autem: genuit eleazar. Eleazar autē: genuit mathā. Mathā autē: genuit iacob. Jacob autē: genuit ioſeph/ virū marie. De qua natꝰ eſt ieſus qui vocatur chriſtus. Finito euangel. ſacerdos incipit pſalmū. **Te deum lau.** quo dicto rectores chori incipiat miſſā

¶ In gallicantu. Officium.



ps. 2. Dominus dixit ad me filius meꝰ es tu ego hodie genui te. ps. Quare fremuerūt gētes: & ꝑpli meditati ſunt inania. Ibid **Kyri el.** cū ſuis ꝟſibus. Sequatur **Gl'ia in ex.** more dupl. feſt. Sciēdū eſt ꝙ ſemp ad miſ. dr̄ **Gl'ia in ex.** quotiēs ad matu. dr̄ **Te deum.** niſi miſſa. **Salus populi.** vel miſ. de cruce: vel miſ. do. in aliquo feſt. iij. lec. vel infra oct. ſine regi. chori cātāda fuerit. Qn̄ vero aliqua miſſa de vigi. vel de feſt. iij. lec. in capi. die do. dr̄: tūc etiā dr̄ cātus ſup **Kyri eley. Gl'ia in ex.** [illegible] dr̄ **Sāctus & Agnus.** et **Ite miſſa eſt.** ſicut in feſt. iij. lec. Similiter fiat qn̄ dr̄ miſ. dn̄icalis in cap̄. die dn̄ica tūc etiā dicetur **Credo.** Oratio

Deus qui hāc ſacratiſſimā noctē veri luminis feciſti illuſtratione clareſcere: da qͤſumus/ vt cuius lucis myſteria in terra cognouimus: eiꝰ quoqꝫ gaudijs in celo perfruamur. Qui te. Duo clerici de ſcda forma i cappis ſericis in pulpito ſimul cātēt lectionē.

Laudes deo dicā per ſecla: qui me plaſmauit i manu dextera/ atqꝫ redemit cruce purpurea: ſanguine nati. Hic cantetur alternatim.

¶ Lectio yſaie prophete.

In qua xp̄i lucida/ vaticinatur natiuitas. Hec dicit dn̄s. Pater/ filius/ ſctūſſpūs: i quo ſūt oīa cōdita ſupna atqꝫ yma. Pp̄ls gētiū qui ambulabat in tenebris. Que creaſti quē fraude ſubdola hoſtis expulit paradiſo et captiuatū ſecum traxit ad tartara. Vidit lucē magnā. Fulſerūt & immania nocte media paſtoribus lumina. Habitātibus in regione vmbre mortis lux. Sempiterna et redēptio vere noſtra. Orta eſt eis. O ſtupenda natiuitas. Paruulus eni natꝰ eſt nobis. Magnꝰ hic erit ieſus filius dei. Et filiꝰ. Pr̄is ſūmi. Datus eſt nobis. Ab arce ſumma p̄dictū/ ſic erat. Et factus eſt principatus ſup humerū eiꝰ. Ut celos regat/ atqꝫ arua. Et vocabit nomē eius Meſſias/ ſother/ emmanuel/ ſabaoth adonay. Admirabilis. Radix dauid. Cōſiliarius. Dei patris. Deus. Qui creauit oīa. Fortis. Baratri clauſtra perimēs teterrima. Pater futuri ſeculi. Rex omp̄s & cūcta regēs. Princeps pacis. Hic & in euū. Multiplicabitur eius imperiū. In hieruſalē iudea ſiue ſamaria. Et pacis non erit finis. Per ſcla ſempiterna. Sup ſoliū dauid & ſup regnū eius ſedebit. Et regni meta ſui nō erit aliqua. Ut cōfirmet illud. In fidei pignore. Et corroboret in iudicio & iuſtitia. Iudex cum venerit iudicare ſcl'm. A modo. Illi debetur gloria laus & iubilatio. Et vſqꝫ in ſempiternū. Hic cātēt ſiml' vſqꝫ ad finem. Ab ortu ſolis vſqꝫ occiduos ad fines mūdi orbis per climata laus creatori reſonet congrua. Amen dicāt omnia. Ubi non habetur cantus legatur.

Lectio yſaie prophete.

Hec dicit dn̄s deꝰ. Populus gentiū qui ambulabat in tenebris: vidit lucem magnā. Habitantibus in regione vmbre mortis: lux orta eſt eis

Paruulus enim natus eſt nobis: ⁊ filius datꝰ eſt nobis. Et factus eſt pꝛincipatus ſuper humerū eius: ⁊ vocabitur nomen eius admirabilis/ cōſiliarius/ deus foꝛtis/ pater futuri ſeculi/ pꝛinceps pacis. Multiplicabitur eiꝰ imperiū: ⁊ pacis nō erit finis. Sup ſoliū dauid ⁊ ſuper regnū eius ſedebit: vt confirmet illud ⁊ coꝛroboꝛet in iudicio ⁊ iuſtitia. Amodo ⁊ vſq; in ſempiternum. Sine interuallo. ¶ Lectio epiſtole beati pauli apoſtoli. Ad tytum.

Cap 2. D Chariſſime. Apparuit grā dei ſaluatoꝛis noſtri omībꝰ hoībꝰ: erudiēs nos vt abnegātes impietatē ⁊ ſecularia deſideria ſobꝛie ⁊ iuſte ⁊ pie viuamus in hoc ſeculo. Expectātes beatā ſpē: ⁊ aduētū gloꝛie magni dei/ ⁊ ſaluatoꝛis noſtri ieſu xp̄i. Qui dedit ſemetipſuz ꝓ nobis vt nos redimeret ab omī iniquitate: ⁊ mūdaret ſibi populū acceptabilē/ ſectatoꝛē bonoꝝ. Hec loquere: ⁊ exhoꝛtare. In xp̄o ieſu dn̄o noſtro. Gr. Tecū pꝛincipiū in die virtutis tue in ſplendoꝛibus ſanctoꝝ ex vtero ante luciferū genui te. ℣. Dixit dominus domino meo ſede a dextris meis: donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuoꝛum. psal. 109. Abis

ps. 2. Alla. ℣. Dn̄s dixit ad me filius meus es tu ego hodie genui te. Sequentia.

Nato canunt oīa/ dn̄o pie agmina Syllabatim neumata ꝑſtringendo oꝛganica. Hec dies ſacrata/ in qua noua ſunt gaudia: mundo plene edita. Hac nocte ꝑcelſa intonuit/ ⁊ gloꝛia in voce angelica. Fulſerunt ⁊ immania nocte media paſtoꝛibus lumina. Dum fouent ſua pecoꝛa/ ſubito diua: percipiunt monita. Natus alma virgine qui extat ante ſecula. Eſt immenſa in celo glīa pax ⁊ in terra. Hic ergo celi caterua altiſſime iubilat Et tāto canoꝛe tremat alta poli machina. Sonet et ꝑ oīa hac in die glīa voce clara reddita. Humana cōcrepēt cūcta/ deū natū in terra. Cōfracta ſunt imperia hoſtis crudeliſſima. Pax in terra reddita/ nūc letentur oīa nati per exoꝛdia. Solus qui tuetur omnia. Solus qui condidit oīa Ipſe ſua pietate ſoluat omnia peccata noſtra. Amen. ¶ Euangelium moꝛe duplicis feſti. Secundum Lucam.



Cap 2. A In illo tēpoꝛe Exijt edictū a ceſare auguſto vt deſcriberetur vniuerſus oꝛbis. Hec deſcriptio pꝛima: facta ē a ꝑſide ſyrie cyꝛino. Et ibant oēs: vt ꝓfiterētur ſinguli in ſuā ciuitatē. Aſcēdit autē ⁊ ioſeph a galilea de ciuitate nazareth i iudeā ciuitatē dauid que vocatur bethleem: eo ꝙ eſſet de domo ⁊ familia dauid/ vt ꝓfiteretur cum maria deſpōſata ſibi vxoꝛe pꝛegnante. Factū eſt autē cū eſſent ibi ipleti ſunt dies vt pareret. Et peperit filiū ſuum pꝛimogenitū. Et pānis eū inuoluit: et reclinauit eū in ꝑſepio/ q2 nō erat ei locus in diuerſoꝛio. Et paſtoꝛes erāt in regione eadē vigilātes ⁊ cuſtodientes vigilias noctis: ſupꝛa gregem ſuū. Et ecce angelus dn̄i ſtetit iuxta illos: ⁊ claritas dei circūfulſit illos/ ⁊ timuerunt timoꝛe magno. Et dixit illis angelus. Nolite timere. Ecce enī euāgelizo vobis gaudiū magnū quod erit omni populo: q2 natus eſt vobis hodie ſaluatoꝛ qui eſt xp̄s dn̄s in ciuitate dauid. Et hoc vobis ſignū. Inuenietis infantē pānis inuolutū: ⁊ poſitū in ꝑſepio. Et ſubito facta eſt cum angelo multitudo militie celeſtis laudātiū deū/ ⁊ dicētiū Gloꝛia in altiſſimis deo: et i terra pax hominibus bone voluntatis. Credo.

Offer. Letentur celi ⁊ exultet terra: ante fa- ꝑ. 95 ciem domini quoniam venit. Secreta.

Accepta ſit tibi dñe qs hodierne feſtiuitatis oblatio: vt tua gratia largiẽte per hec ſacroſancta cõmercia in illius inueniamur forma in quo tecũ eſt nr̃a ſubſtãtia: ieſus xp̄s dñs nr̃. Qui tecũ. Prefatio. Qz per incarna. Hec prefa. dr̄ in nati. dñi ad oẽs miſ. ⁊ quotidie per ebdo. ⁊ in die circũ. dñi. ⁊ in omnibus miſſis de ſancta maria ab hac die vſqz ad purificatio. Cõicãtes, vero dr̄ tm̃ vſqz ad circũ. ⁊ in die circũ- psal. ci. Cõio. In ſplendoribus ſanctoꝝ ex vte- 109. ro ante luciferũ genui te. Poſtcõio.

Da nobis queſumus dñe deus noſter vt qui natiuitatez dñi noſtri ieſu xp̄i nos frequẽtare gaudemus: dignis cõuerſationibus ad eius mereamur pertingere cõſortium. Qui tecũ.

¶ Ad miſſam in aurora. Officium.

Esa. 9. B Lux fulgebit hodie ſup nos/ qz natus eſt nobis dñs et vocabitur admirabilis deus/ prīceps pacis / pater futuri ſe- ꝑ. 92 culi: cuius regni nõ erit finis. Ps. Dñs regnauit decorẽ indutus eſt: idutus eſt dñs fortitudinẽ ⁊ precinxit ſe. Ad hãc miſſam Kyri el. abſqz vſi. Glia i ex. Sctus, et Agnus, ſicut in feſto ſimplici nouẽ lectionum dicuntur. Oratio.

Da qſumus omĩpotẽs deus/ vt qui noua incarnati verbi tui luce perfundimur: hoc in nr̃o reſplendeat opere: quod per fidẽ fulget in mente. Per eundem dñm. ¶ Memoria de ſancta anaſtaſia ſub hac oratione.

Da qſumus omĩpotẽs deus/ vt qui beate anaſtaſie martyris tue ſolennia colimus: eius apud te patrocinia ſentiamus. Per dñm noſtrum. Ad hãc miſſam nõ dr̄r plures orones vel pauciores. Sequẽs lec. legat̃ i pulpito ab vno clerico de ſecunda forma.

¶ Lectio yſaie prophete.

Hec dicit dñs. Spũs dñi ſup me: Cap. eo qꝫ vnxerit me. Ad annũciãdũ 91. A māſuetis miſit me: vt mederer contritis corde/ ⁊ predicarẽ captiuis indulgẽtiã ⁊ clauſis apertionẽ. Vt predicarẽ annũ placabilẽ dño: ⁊ diẽ vltionis deo noſtro. Vt cõſolarer oẽs lugẽtes: ⁊ ponerẽ cõſolationẽ lugẽtibus ſyõ. Et darẽ eis coronã p cinere: oleũ gaudij pro luctu/ palliũ laudis p ſpũ meroris. Et vocabũtur in ea fortes iuſtitie: planta- B tio dñi ad glorificãdũ. Ecce dñs auditũ fecit: in extremis terre. Dicite filie ſyõ. Ecce ſaluator tuꝰ venit: ecce merces eius cuz eo/ ⁊ opus illius corã illo. Et vocabũt eos ppl̃s ſanctꝰ: redẽpti a dño. Sine interuallo. Lectio epiſtole beati pauli apoſtoli/ ad Tytum.

Chariſſime Apparuit benignitas Cap. ⁊ humanitas: ſaluatoris nr̃i dei. 3. B Nõ ex operibꝰ iuſtitie que fecimꝰ nos: ſed ſcd̃m ſuã miam ſaluos nos fecit. Per lauachrũ regnatiõis ⁊ renouationis ſpũſſancti: quẽ effudit in nos abũde/ per ieſum xp̄m ſaluatorem noſtrũ. Vt iuſtificati gratia ipſius: heredes ſimus ſcd̃m ſpem vite eterne. In xp̄o ieſu: dño noſtro. Gr. Bñdictus qui venit psal. in noĩe dñi: deus dñs ⁊ illuxit nobis. ℣. A 117. domino factũ eſt iſtud: ⁊ eſt mirabile in ocu- Ibid lis noſtris. Alla. ℣. Dñs regnauit deco- ꝑ. 92 rem induit: induit dominus fortitudinem ⁊ precinxit ſe virtute. Sequentia.

Sonẽt regi nato noua cãtica. Cuius pater fecit oĩa: mater eſt virgo ſacratiſſima. Generãs hic neſcit feminã: illa eſt ſine viro grauida. Verbũ corde patris genitũ ante ſecula. Aluus matris geſſit corporatũ per tẽpora. O mira genitura/ o ſtupẽda natiuitas. O proles glorioſa/ humana diuinitas. Hic te naſciturum fili dei vates docti tuo ſpũ dixerãt. Hic te oriẽte laudes tibi cãtãt/ pacẽ terris ãgeli nũciãt

In pellicio

Clemẽta vultus exhylarãt. Oẽs sancti gaudẽtes iubilãt. Salue clamando nosq; salua. Deitas in personis trinus Simplex vsya. Euãge. in pulpito more dñicali legatur. Secundum Lucã.



Cap. 2. C IN illo tẽpore Pastores loquebãt adinuicẽ: Transeamus vsq; bethleẽ: et videamus hoc verbũ quod factũ est/ qđ fecit dñs ⁊ ostẽdit nobis. Et venerũt festinãtes: ⁊ iuenerũt mariã ⁊ ioseph/ ⁊ infantẽ positũ in ꝑsepio Videntes aũt cognouerũt de verbo qđ dictũ erat illis de puero hoc. Et oẽs q̄ audierãt mirati sũt de his q̄ dicta erãt a pastorib9 ad ipsos. Maria aũt cõseruabat oia ꝟba hec: cõferẽs i corde suo. Et reuersi sunt pastores glorificãtes et laudãtes deũ: in omnibus que audierãt ⁊ viderãt sicut dictum est ad illos.

C Credo. Offr. Deus enim firmauit or-
ps. 92 bem terre qui nõ commouebitur: parata sedes tua deus extũc a seculo tu es. Secreta

MUnera nostra q̄sumus dñe natiuitatis hodierne mysterijs apta ꝓueniãt: vt sicut homo genitus idẽ refulsit deus: sic nobis hec terrena substantia cõferat quod diuinum est. Per eundem dominum. Alia secreta.

ACcipe q̄sum9 dñe munera dignãter oblata: et beate anastasie suffragantibus meritis/ ad nostre salutis auxiliũ prouenire concede. Per dñm. Prefatio. ⁊ Cõmunicãtes. de natiui.

zach. 9. C Cõio. Exulta filia syon lauda filia hierusalem: ecce rex tuus venit sanctus et saluator mundi. Postcõmunio.

HUius nos dñe q̄s sacramẽti semper natalis nouitas instauret: cui9 natiuitas singularis humanã repulit vetustatẽ. Per eũdẽ. Alia postcõio.

SAtiasti dñe familiã tuã muneribus sacris: eius q̄sum9 semp interuẽtiõe nos refoue/ cui9 solẽnia celebrãm9. Per.

C Ad tertiam missam in die natiuitatis dñi. Officium.



PUer nat9 est nobis/ ⁊ fili9 dat9 est nobis: cui9 imperiũ sup humerũ ei9/ ⁊ vocabit̃ nomen ei9 magni cõsilij angel9. Ps. Esa. 9.
Cãtate dño cãticũ nouũ: q2 mirabilia fecit ps 97

COncede q̄s oĩps de9/ vt nos Ora. vnigeniti tui noua per carnẽ natiuitas liberet: quos sub peccati iugo vetusta seruitus tenet. Per eundem.

Sola sequens lectio legatur in pulpito ab aliquo de superiori gradu in superpellicio. Lectio ysaie prophete.

HEc dicit dñs. Propt̃ hoc sciet populus me9 nomẽ meũ in die illa: q2 ego ipse q̄ loq̄bar/ ecce assũ. Quã pulchri sup mõtes pedes annũciãtis ⁊ p̄dicãtis pacẽ: annũciãtis bonũ/ p̄dicãtis salutẽ dicẽtis. Syõ/ regnabit de9 tuus f Vox speculatorũ tuorũ. Leuauerũt vocẽ: simul laudabunt/ q2 oculo ad oculũ

Ca 52

videbūt cū cōuerterit dñs ſyō. Gaudete ⁊ laudate ſimĺ deſerta hieruſalē: qꝛ cōſolatꝰ eſt dñs populū ſuum/redemit hieruſalē. Parauit dñs brachiū ſāctū ſuū/ī ocłis oīm gētiū: ⁊ videbūt oēs fines terre: ſalutare dei nr̄i. Lctō epiſtole beati pauli apoſtoli. Ad hebreos.

Cap 1. B FRatres. Multipharie multiſqꝫ modis olim deꝰ loquēs patribꝰ in ꝓphetis: nouiſſime diebꝰ iſtis locutus eſt nobis in filio quē cōſtituit heredem vniuerſoꝝ ꝑ quē fecit ⁊ ſecła. Qui cū ſit ſplēdor glorie ⁊ figura ſubſtātie eiꝰ portāſqꝫ oīa verbo virtutis ſue/purgationē peccatoꝝ faciēs ſedet ad dexterā maieſtatis in excelſis. Tāto melior angelis effectus: q̄to differētius pre illis nomē hereditauit? Cui enim dixit aliqñ angeloꝝ/filiꝰ meus es tu: ego hodie genui te? Et rurſuz. Ego ero illi in patrē: ⁊ ipſe erit michi in filiū. Et cū iterū introducit primogenitū in orbē terre: dicit. Et adorent eū oēs angeli dei. Et ad angelos quidē dicit. Qui facit angelos ſuos ſpūs: et miniſtros ſuos flāmā ignis. Ad filiū autē. Thronus tuus deus in ſeculū ſeculi: virga equitatis virga regni tui. Dilexiſti iuſtitiā ⁊ odiſti iniquitatē: ꝓpterea vnxit te deus/deus tuus oleo exultatiōis pre participibus tuis. Et tu in principio dñe terrā fundaſti: ⁊ opera manuū tuarū ſunt celi. Ipſi peribūt tu autē permanebis: ⁊ oēs vt veſtimētū veteraſcent Et velut amictū mutabis eos: ⁊ mutabūtur. Tu autē idē ipſe es: ⁊ anni tui nō deficiēt.

Pſ 97 Gꝛ. Viderūt oēs fines terre ſalutare dei noſtri iubilate deo om̄is terra. ℣. Notū fecit dñs ſalutare ſuū ante cōſpectū gentiū reuelauit iuſtitiam ſuā. Allia.

Ibid ℣. Dies ſanctificatꝰ illuxit nobis: venite gētes ⁊ adorate dñz/ qꝛ hodie deſcēdit lux magna ſuper terram. Sequentia.

CEleſte organū: hodiē ſonuit ī terra. Ad partū virginis ſuperū cecinit caterua. Quid facis humana turba: cur non gaudes cū ſupera? Vigilat paſtorū cura/vox auditur angelica Cātabāt inclyta carmina/ plena pace ⁊ gloria. Ad xp̄m referunt propria nobis canunt ex gratia. Nec cunctorum ſunt hec dona/ſed mēs quoꝝ erit bona Nec ſūt abſolute data/ ſed decēter ſūt ꝓlata. Affectus deſerāt vicia/ ⁊ ſic nobis par eſt illa/ qꝛ bonis eſt ꝓmiſſa. Iūguntur ſuperis terrea/ob hoc quidem laus eſt iuncta: ſed decenter fit diuiſa. Gaude homo cū perpēdis talia. Gaude caro facta verbi ſocia. Iſte ℣. ter dicat. Nūciāt eius ortū ſydera lucis per indicia. Ineūt duces gregum lumina bethleē vſqꝫ preuia. Inuenitur rex celorū inter animalia. Arto iacet in preſepe rex qui cingit oīa. Stella maris quē tu paris/colit hūc eccłia. Ipſi noſtra ꝑ te pia placeāt ſeruitia. Reſonēt cūcta redempta. ¶ Initium ſancti euangelij Secundum Iohannem.

Cap 1. B IN principio erat verbum: ⁊ verbū erat apud deū: ⁊ deus erat verbū. Hoc erat in principio apud deū. Omnia per ipſum facta ſunt: ⁊ ſine ipſo factū eſt nichil. Quod factum eſt in ipſo vita erat: ⁊ vita erat lux hominū. Et lux in tenebris lucet: ⁊ tenebre eā non cōprehēderūt. Fuit homo miſſus a deo cui nomē erat iohānes. Hic venit ī teſtimoniū vt teſtimoniū perhiberet de lumine: vt oēs crederēt per illū. Non erat ille lux: ſed vt teſtimoniū perhiberet de lumine. Erat lux vera: que illuminat omnem hominem veniētem in hunc mundum. In mundo erat/⁊ mūdus per ipſum factus eſt: et mūdus eū nō cognouit. In ꝓpria venit: ⁊ ſui eū non receperunt. Quotquot autem receperunt eum: dedit eis poteſtatem filios dei fieri/his qui credunt in nomine eius. Qui non ex ſanguinibus: neqꝫ ex voluntate carnis/neqꝫ ex voluntate viri/ſed ex deo nati ſunt. Et verbū caro factū eſt: ⁊ habitauit in nobis

Et vidim⁹ gloꝛiã ei⁹ gl̃iam quaſi vnigeniti a pr̃e. Plenum grẽ: ⁊ veritatis
ꝑ. 88 Offr̃. Tui ſunt celi ⁊ tua eſt terra oꝛbem terrarũ ⁊ plenitudinẽ ei⁹ tu fundaſti/ iuſticia ⁊ iudiciũ p̃paratio ſedis tue. Secreta.

Oblata dñe munera noua vnigeniti tui natiuitate ſanctifica: noſq; p hec a peccatoꝝ nr̃oꝝ maculis clementer emũda. P eũ. Pꝛefatio. ⁊ Cõicãtes. de nati. Cõio. Viderũt oẽs fines terre ſalutare dei noſtri. Poſtcõio.

Preſta q̃s oĩs deus: vt natus hodie ſaluatoꝛ mũdi ſicut diuine nobis gñationis eſt auctoꝛ: ita ⁊ immoꝛtalitatis ſit ipſe largitoꝛ. Qui tecum.

¶ In die ſancti ſtephani pꝛothomartyꝛis. Officium.

ꝑ118 Etenim ſederũt pꝛincipes ⁊ aduerſum me loquebãtur ⁊ iniqui pſecuti ſunt me adiuua me dñe deus meus: qꝛ ſeru⁹ tu⁹ exercebat̃ i tuis iuſtificatiõib⁹. P̃s.
Ibiđ Beati imaculati i via: q̃ ãbulãt i lege dñi. Oꝛ.

Da nobis q̃ſumus dñe imitari qđ colimus: vt diſcamus ⁊ inimicos diligere: qꝛ eius natalicia celebꝛamus qui noluit etiã p perſecutoꝛibus exoꝛare: dñm noſtrũ ieſum xp̃m filiũ tuũ Qui tecũ viuit. ¶ Memoꝛia de natiuita. tñ. Lectio actuũ apoſtoloꝛum.

Caþ 6. B In diebus illis. Stephan⁹ plenus gratia ⁊ foꝛtitudine: faciebat pdigia ⁊ ſigna magna in populo. Surrexerũt autẽ quidã de ſynagoga: que appellabatur libertinoꝝ/ ⁊ cyꝛenenſiũ/ ⁊ alexãdꝛinoꝝ: ⁊ eoꝝ qui erãt a cilicia et aſia/ diſputãtes cũ ſtephano. Et nõ poterant reſiſtere ſapiẽtie: ⁊ ſpiritui qui loquebãtur. Audiẽtes autem hec diſſecabãtur coꝛdibus ſuis: ⁊ ſtridebãt dentibus in eum. Cum autẽ eſſet ſtephanus plenus ſpirituſancto: intendens in celum vidit gloꝛiã dei/ ⁊ ieſum ſtantem a dextris virtutis dei/ ⁊ ait. Ecce video celos apertos: ⁊ filium hominis ſtantem a dextris virtutis dei. Exclamantes autem voce magna continuerunt aures ſuas: ⁊ impetum fecerunt vnanimiter in eum. Et eijciẽtes eum extra ciuitatem: lapidabant. Et teſtes depoſuerunt veſtimenta ſua ſecus pedes adoleſcẽtis: qui vocabatur ſaulus Et lapidabant ſtephanum: inuocantẽ ⁊ dicentem. Dñe ieſu: ſuſcipe ſpiritũ meũ. Poſitis autem genibus: clamauit voce magna dicens. Dñe/ ne ſtatuas illis hoc peccatum. Et cum hoc dixiſſet: obdoꝛmiuit in dño. Gꝛ. Sederunt pꝛincipes ⁊ aduerſum me loquebãtur ꝑ118 ⁊ iniqui perſecuti ſunt me. ℣. Adiuua me dñe de⁹ me⁹/ ſaluũ me fac: pp̃ter miãm tuã ꝑ108 Alla. ℣. Video celos ap̃tos ⁊ ieſum ſtãtem a dextris virtutis dei. Sequentia. Actu. 7·G

Magnus deus in vniuerſa terra. Magna ſunt eius vbiq; om̃ia in celo atq; in terra opera. Qui eſt regũ dñs oĩm a patre genitus ante ſecula. Cui⁹ charitas vera celo ſubleuas ſtephanũ de terra. Atq; perenni vita oꝛnat candida digniter coꝛona. Plenus etenim ſtephanus deitate atq; gratia. Magna dabat pꝛodigia/ docẽs veriſſima dogmata. Cũ autẽ pꝛedicaret: iam preſentia. Noſtre redemptionis noua gaudia. Intento in ſuperna celi patet ianua. Dixitq; circunſtanti plebi voce publica. Sacra plenus gratia. Ecce dei video admirabilẽ gloꝛiã. Claritate fulgida. Atq; ieſum ſtantẽ in virtutis dei dextera. Cũ hoc audiſſet impia gens iudaica. Dans fremitũ cõcita. Quaſſat lapidibus ſtephani membꝛa. Sed ſtat foꝛtiter patiens martyꝛs oꝛat. Ne his chꝛiſte noxã ſtatuas. Sed iam accipe animã meã. Et cũ dixiſſet: in dño obdoꝛmiuit pace eterna. Tu et nobis martyꝛio ſtephane ſempiterna impetra gaudia. Iſte vltimus ℣. dꝛ terna vice in hoc teſt. Scdm̃ mattheũ.



cap. 23 D IN illo tẽpore. Dixit Jeſus turbis iudeorũ: et pͥcipibꝰ ſacerdotũ. Ecce ego mitto ad vos ꝓphetas et ſapientes et ſcribas et ex illis occidetis ⁊ crucifigetis/et ex eis flagellabitis in ſynagogis veſtris. Et ꝑſequimini de ciuitate in ciuitatẽ: vt veniat ſup vos oīs ſãguis iuſtus q̃ effuſus eſt ſup terrã/ a ſanguine abel iuſti/ vſqꝫ ad ſanguinem zacharie filij barachie/quẽ occidiſtis inter tẽplũ/et altare. Amẽ dico vobis: veniẽt hec oīa ſup generationẽ iſtam. Hieruſalẽ hieruſalẽ qui occidis ꝓphetas et lapidas eos q̃ ad te miſſi ſunt: quotiens volui cõgregare filios tuos/queãdmodũ gallina cõgregat pullos ſuos ſub alas et noluiſti? Ecce relinquẽt vobis: domꝰ veſtra deſerta. Dico enī vobis: nõ me videbitis amodo donec dicatis. Bñdictus q̃ venit: ī noīe dñi. Credo. Offer.

ctu. , B Elegerunt apoſtoli ſtephanũ leuitã plenũ fidei et ſpirituſancto quẽ lapidauerunt iudei orantem et dicentem: domīe ieſu accipe ſpiritum meum alleluya. Secreta.

SUſcipe dñe q̃s munera ꝓ cõmemoratione martyris tui ſtephani: vt ſicut illũ paſſio fecit glorioſuȝ: ita nos deuotio reddat innocẽtes. p. Cõio. ctu. 7, G Video celos ap̄tos ⁊ ieſũ ſtãtẽ a dextris ṽtutis dei: dñe ieſu xp̄e accipe ſpiritũ meũ: ⁊ ne ſtatuas illis hoc pctm̄: q̃a neſciunt q̃d faciunt. Poſtcõio.

AUxilietur nobis dñe ſumpta myſteria: ⁊ intercedente beato ſtephano ꝓthomartyre tuo ſẽpiterna protectione confirment. Per.

¶ In die ſcti iohãnis euãgel. Offĩm.

IN medio eccleſie aperuit os eiꝰ/ et impleuit eum dñs ſpiritu ſapiẽtie ⁊ intellectus: ſtola glorie induit eũ. Eccl. 15. A In tp̄e paſchali. Alla alla. Iocũditatẽ ⁊ exultationẽ: theſaurizauit ſup illum. Ibid Oratio.

ECcleſiam tuam q̃s dñe benignꝰ illuſtra: vt beati iohãnis apoſtoli tui/et euangeliſte illuminata doctrinis: ad dona ꝑueniat ſempiterna. Per dñm. Eccl. 15. A ¶ Memoria de natiui. ⁊ de ſctõ ſtephano tantũ. Lectio libri ſapientie.

QUi timet deum: faciet bona. Et qui continens eſt iuſtitie apprehendet illam: et obuiabit illi quaſi mater honorificata. Cibabit illũ pane vite et intellectus: ⁊ aqua ſapientie ſalutaris potabit illũ. Et firmabitur ī illo et non flectetur: ⁊ continebit illũ ⁊ nõ confundetur/et exaltabit illum apud proximos ſuos. In medio eccleſie aperuit os eius: ⁊ implebit eũ dñs ſpiritu ſapiẽtie ⁊ intellectus/⁊ ſtola glorie induit eũ. Iocunditatem et exultationẽ theſaurizabit ſuper eum: et noīe eterno hereditabit illum dñs deus noſter.

Grad. Exijt ſermo inter fratres q̃ diſcipulus ille non moritur. ℣. Sed ſic eum volo manere donec veniã tu me ſequere. Joh. 21, A Alla. ℣. Hic eſt diſcipulus ille qui teſtimonium perhibet de his/et ſcimus: quia verum eſt teſtimonium eius. Sequentia.

IOhãnes ieſu chriſto multum dilecte virgo. Tu eius amore carnalẽ in naui parentẽ liquiſti. Tu leue cõiugis pectus reſpuiſti meſſyam ſecutus Ut eius pectoris ſacra meruiſſes fluẽta potare. Tuqꝫ in terra poſitus/gloriam cõſpexiſti filij dei. Que ſolũ ſanctis in vita credit cõtuẽda eſſe perẽni. Te chriſtus in cruce triũphans matri ſue dedit cuſtodẽ, Ut virgo virginem ſeruares atqꝫ curã ſuppeditares. Tu te carcere flagriſqꝫ fractus teſtimonio ꝓ xp̃i es gauiſus. Idẽ mortuos ſuſcitas inqꝫ ieſu noie venenũ forte vincis. Tibi ſummꝰ tacitũ ceteris verbũ ſuũ pater reuelat. Tu nos oẽs p̃cibꝰ ſedulis apud deũ ſemꝑ cõmẽda iohãnes ieſu care. ¶ Iſte vltimꝰ ꝟſus ter dicat̃ in hoc feſto tantũ. Secũdũ Iohannem.



cap. 21. F IN illo tẽpore. Dixit Ieſus petro. Sequere me. Conuerſus petrꝰ: vidit illũ diſcipulũ quem diligebat ieſꝰ ſequentẽ/ qui et recubuit in cena ſuꝑ pectus eius/ ⁊ dixit Domine quis eſt qui tradet te? Hunc
G ergo cũ vidiſſet petrus: dixit ieſu. Domine/ hic autem quid? Dixit ei ieſus. Sic eum volo manere: donec veniã. Quid ad te? Tu me ſequere. Exijt ergo ſermo iſte inter fratres: quia diſcipulus ille non moritur. Et nõ dixit ei ieſus quia nõ moritur: ſed ſic eũ volo manere donec veniã/ quid ad te? Hic eſt diſcipulus ille qui teſtimoniũ ꝑhibet de his: ⁊ ſcripſit hec. Et ſcimꝰ quia verum eſt teſtimonium eius. ¶ Credo.
ps. 91 Offer. Iuſtus vt palma florebit: ſicut cedrus que in libano eſt multiplicabitur. ¶ In tẽpore paſchali Alla. Secreta.

SUſcipe munera queſumus dñe q̃ in eiꝰ tibi ſolẽnitate deferimus: cuius nos confidimus: patrocinio li-
Ioh. berari. Per. Cõio. Exijt ſermo inter fra-
21. G tres: q̃ diſcipulus ille non moritur: ⁊ nõ dixit ieſus nõ moritur: ſed ſic eũ volo manere donec veniã. In tp̃e paſcha. Alla. Poſtcõ.

REfecti cibo potuqꝫ celeſti deꝰ noſter: te ſupplices exoramꝰ/ vt in cuius hec cõmẽoratione ꝑcepimꝰ eius muniamur ⁊ precibꝰ. P. ¶ In die ſanctorum innocentium martyrũ. Offi.

EX ore infantium ⁊ lactentiũ ꝑfeciſti laudẽ ꝓpter inimicos tuos. ps. 8 Ps. Domine dñs noſter: q̃ admirabile eſt nomẽ tuũ/ in vniuerſa terra. Ibid Gl'ia patri. Oratio.

DEus cuius hodierna die ꝓconiũ innocentes martyres nõ loquendo: ſed moriendo confeſſi ſunt omnia in nobis vitiorũ mala mortifica: vt fidem tuã quã lingua noſtra loquitur/ etiã moribꝰ vita fateatur. Qui viuis. Mẽo. de nati. de ſctõ ſtepha. et de ſctõ iohãne tm̃. Lctõ li. apo. bti iohã. apli.

IN diebus illis. Uidi ſupra mon- cap.
tem ſyon agnum ſtantẽ: ⁊ cum eo 14. A
centũ quadraginta quattuor milia habentes nomẽ eius ⁊ nomẽ patris eius ſcriptũ in frontibꝰ ſuis. Et audiui vocem de celo: tanq̃ vocẽ aquarũ multarũ/ et tanq̃ vocẽ tonitrui magni. Et vocem quã audiui: ſicut cytharedorũ cytharizantiũ in cytharis ſuis. Et cantabant quaſi canticũ nouũ ante ſedẽ dei et ante quattuor animalia ⁊ ſeniores. Et nemo poterat dicere cãticum: niſi illa centum quadragintaquattuor milia: qui empti ſunt de terra. Hi ſũt qui cũ mulieribꝰ nõ ſũt coinquinati: virgines enĩ ſunt. Hi ſequuntur agnũ: quocũqꝫ ierit. Hi empti ſũt ex oĩbꝰ primitie deo et agno: ⁊ in ore ipſoꝝ nõ eſt inuẽtũ mẽdaciũ. Sine macula enĩ ſũt: ante thronũ dei. Gr. Anĩa nr̃a ſicut paſſer erepta eſt: de-
laqueo venãtiũ. ℣. Laqueus cõtritꝰ eſt: ⁊ nos li- pſal.
berati ſumꝰ: adiutoriũ noſtrũ in noie dñi: q̃ 123.
fecit celũ ⁊ terrã. Alla. ℣. Te martyrum Ibid
candidatꝰ laudat exercitꝰ dñe. Sequẽ.

CElſa pueri concrepent melodia.

Pia innocentium: canentes tripudia. Quos īfans xp̄s hodie: vexit ad aſtra Hos trucidauit frendēs inſania. Herodiane fraudis ob nulla crimina. In bethleem ipſius cuncta ⁊ per confinia A bimatu ⁊ infra iuxta naſcēdi tēpora. Herodes rex xp̄i nati verens infelix īperia. Infremit tot⁹ ⁊ erigit arma ſuperbia dextera. Querit lucis ⁊ celi regem cū mēte turbida. Ut extinguat q̄ vitā preſtat p ſua ſecula. Dū nō valēt intueri lucē ſplēdidā nebuloſa querētis pectora. Ira feruet/fraudes auget herodes ſeuus/vt pdat piorū agmina. Caſtra militum dux iniqu⁹ aggregat ferrū figit ī mēbra tenera. Inter vbera lac effudit anteq̄ ſanguinis fierent coagula. Hoſtis nature/natos euiſcerat/atqꝫ iugulat. Ante pſternit q̄ etas paruula ſumat robora. Quā btā ſunt innocentū ab herode ceſa corpuſcula. Quā felices exiſtunt matres: que fuderunt talia pignora. O dulces innocentū acies: o pia iacentū p chriſto certamina. Paruorū trucidantur milia mēbris ex teneris manant lactis flumina. Ciues angelici veniūt ī obuiā. Mira victoria: vite captat premia: turba candidiſſima. Te xp̄e petim⁹ mēte deuotiſſima. Nr̄a q̄ veniſti reformare ſecla inocētū gr̄a Perfrui nos ɔcedas per eterna. Euāgeliū Scd̄m mattheū.



cap. 2, D In illo tempore. Angelus dn̄i apparuit ī ſomnis ioſeph dicēs. Surge: ⁊ accipe puerū et matrē ei⁹ ⁊ fuge in egyptū et eſto ibi vſqꝫ dum dicā tibi. Futurū eſt enim: vt herodes querat puerū ad pdendum eū. Qui conſurgens/accepit puerū et matrē ei⁹ nocte: ⁊ receſſit in egyptū et erat ibi vſqꝫ ad obitum herodis. Ut adimpleretur qđ dictum eſt a dn̄o: per pphetā dicentē. Ex egypto vocaui filium meū. Tunc herodes videns qm̄ illuſus eſſet a magis: iratus eſt valde. Et mittens occidit omnes pueros qui erant in bethleē ⁊ in oībus finib⁹ ei⁹: a bimatu et infra: ſcd̄m tempus quod exquiſierat a magis. Tunc adimpletum eſt quod dictum eſt per hieremiā prophetam dicentē. Uox in rama audita eſt: ploratus et vlulatus multus rachel plorans filios ſuos. Et noluit cōſolari: quia nō ſunt. Credo. Offer.

Anima noſtra ſicut paſſer erepta eſt de laqueo venantium: laqueus contritus eſt et nos liberati ſumus. p̄s. 123 Secreta.

Adeſto q̄s dn̄e munerib⁹ innocentum feſtiuitate ſacrandis: ⁊ preſta vt eoꝝ ſinceritatē poſſim⁹ imitari: quoꝝ tibi dicatā veneramur īfātiā. P.

Cōio. Uox in rama audita eſt ploratus et vlulatus rachel plorans filios ſuos/et noluit conſolari quia non ſunt. mat. 2, C Poſtcōio.

Uotiua dn̄e dona percepim⁹: que ſanctoꝝ innocentiū nobis precibus/⁊ pſentis vite q̄s pariter ⁊ eterne tribue cōferre ſubſidium. Per dn̄m.

¶ In die ſancti Thome marty. Ad miſſam. Officium.

Gaudeamus omnes in dn̄o diem feſtum celebrantes ſub honore thome martyris: de cuius paſſione gaudēt angeli: et collaudant filiū dei. Eccl. vox. ps. Exaudi deus orationē meā cum deprecor: a timore inimici eripe animā meā. p̄s. 43 Oratio.

Deus pro cui⁹ eccleſia glorioſus pontifex thomas gladijs impio-
]

rum occubuit: preſſa queſum⁹/ vt oēs
qui ei⁹ implorāt auxiliū petitionis ſue
ſalutarē cōſequant̄ effectū. Per dn̄m.
Memoria de nati. de ſctō ſtephano. de
ſctō iohāne ⁊ de innocētibus tm̄. Epl'a.
Omnis pontifex. In cōi fol. v. Gr.
ps.20 Poſuiſti domine ſup caput eius: coronā de
Ibid̄ lapide precioſo. ℣. Deſideriū anime eius
tribuiſti ei/ ⁊ voluntate labiorum eius non
ps.8 fraudaſti eum. Alleluya. ℣. Gloria ⁊ ho
nore coronaſti eum dn̄e: et conſtituiſti eum
ſuper opera manuū tuarum. Sequentia.

SOlenne canticū hodie reſonet in
terra. Ad palmā martyris exul=
tet ſuperū caterua. Quid facis turba
iocunda/ gratulare cū ſupera. Jubilet
mens letabunda/ pſallat chriſto vox li
bera. Colat et feſta dn̄ica deuota can=
tuaria. Intonat iuſſa tyrannica/ tur=
bulenta milicia. Dire leges ⁊ mādata/
inſolerter ſunt prolata. Loca chriſto
conſecrata/ prophanauit vis armata.
Sed chriſti ſic in veſtigio ſtabant tho=
me pedes recti: vt nequirēt inde flecti.
In ſui regis obſequio arbitratus lu=
crum mori/ caput offert percuſſori.
Iſte ſequens ℣. ter dicat̄. Gaude tho=
ma/ de cui⁹ victoria. Ortus chriſti cu=
mulantur gaudia. Martyris declara=
tur gloria crebra per indicia. Curant̄
per eius ſuffragia/ languidorū milia.
Trucidatur flos paſtorum inter ſan=
ctuaria. Nec diei nec locorū/ obſtat re=
uerentia. Stella maris que letaris/ te
lactaſſe filiū. Hunc precamur aſſequa
mur/ vt thome cōſortiū eius prece glo
rioſa. Euāgel. Homo quidā nobilis.
ps.20 In cōi fo. v. Credo. Offr. Poſuiſti dn̄e
in capite ei⁹ coronā de lapide precioſo vitā
petijt a te tribuiſti ei alleluya. Secreta.

SAlutaris hoſtie munus ſacrandū
q̄s dn̄e beat⁹ thomas ⁊ pōtifex et
martyr nobis ad ſalutē fore depoſcat:
vt ⁊ cōuerſationis ei⁹ experiamur inſi
gnia ⁊ interceſſionis ei⁹ percipiamus
Ibid̄ ſuffragia. Per. Cōio Magna eſt gloria
eius in ſalutari tuo: gloriā et magnū deco=
rem impones ſuper eum dn̄e. Poſtcōio.

ADiuuet nos omnipotens ⁊ miſe=
ricors de⁹: per hec ſancta q̄ ſum=
pſimus/ beati martyris tui atqꝫ ponti=
ficis thome interceſſio veneranda qui
pro tui nominis honore glorioſo: me=
ruit coronari martyrio. Per dn̄m no.

¶ Sexta die a natiuita. dn̄i ſiue dn̄ica
fuerit ſiue nō. Ad miſſam. Officium.

CUm mediū Sap
ſilentium tenerent 18.
omnia: ⁊ nox in ſuo
curſu mediū iter ha
beret: omnipotens
ſermo tuus domine
de celis a regalibus ſedibus venit. Ps.
Dominus regnauit decorē indutus eſt: in= ps.92
dutus eſt dn̄s fortitudinem et precinxit ſe.
Repetat̄ offm̄. Deinde dicatur Gloria
patri. ⁊ Sicut erat. Tertio repetat̄ offm̄.
Kyri eleyſon. Gl'ia in excel. Sctūs. ⁊
Agnus. ſicut in feſ. ſimp. ix. lc. dicunt̄
hac die ſiue do. fue. ſiue non. Oratio.

OMnipotens ſempiterne deus di=
rige actus noſtros in beneplaci=
to tuo vt in noīe dilecti filij tui merea=
mur bonis operib⁹ abūdare. Qui te.
¶ Memoria de natiuita. de ſancto ſte
phano/ de ſctō iohāne/ de innocē. et de
ſancto thoma tantum. Ad Galathas.

FRatres. Quanto tempore heres cap.
paruul⁹ eſt: nichil differt a ſeruo 4.
cum ſit dn̄s omniū/ ſed ſub tutoribus
et actoribus eſt/ vſqꝫ ad prefinitū tem
pus a patre. Ita et nos cum eſſemus
paruuli: ſub elementis mundi huius/
eramus ſeruientes. At vbi venit pleni
tudo tēporis: miſit de⁹ filiū ſuū: natū
ex muliere/ factū ſub lege/ vt eos qui
ſub lege erāt redimeret: vt adoptionē
filiorū reciperem⁹. Quoniā autē eſtis
filij dei: miſit deus ſpiritū filij ſui in
corda veſtra: clamantem abba pater.
Itaqꝫ iā nō eſt ſeruus: ſed filius. Qđ

ſal. 44. Ibid ſi filiꝰ: ⁊ heres per deū. Gr. Specioſus forma pre filijs hominū: diffuſa eſt gratia ī labijs tuis. ℣. Eructauit cor meū verbū bonum: dico ego opera mea regi. lingua mea calamus ſcribe velociter ſcribentis. Alla.

p̄.92 ℣. Dominus regnauit decorē induit/īduit dominꝰ fortitudinem ⁊ precinxit ſe virtute. Hac die ſemper ſiue dominica fuerit ſiue non / dicitur iſta ſequentia.

Chriſte hodierna celebremus natalicia. Celica reſonent clare camenas agmina. Nunc regis celebrando gratulanter nuptias. Lux noua iā terras illuſtrat veteres pellens tenebras. Reſerat ſuperna grā diu clauſa palatia. Felix mater ⁊ ſola intacta virgo ⁊ puerpera. Iam nato ſtas grauida cum viri ſis cubilis neſcia. Omnis caterua noſtra te rogat domina. Soluas qua noſtra cūcta peccaminū vincula: virgo ſempiterne beata. Digna fuiſti ſola/tollentē crimina. Intra tui vteri clauſtra portare qui gubernat oīa ſupera infera. Hunc ſua laudant facta/gaudētes bona: qua viuunt ſup eſſentia. Nos humilima turba damus debita/poſcentes eius clemētiā. Ut noſtra preſtans tēpora nunc quieta/det placita frui vita vtilia: donādo famulis munera. Ac inter nos diſcrimina ſeua ſoluens poſt funera derelicta/ſedē ducat mortis ac malorum ignaram. Ubi ad dexteram patris almā ſedet cōregnās coeternus per oīa. Potenter cuncta diſponendo cū eo/ſecla preſentia et futura. Beata iuſtis donans oībꝰ p̄mia. Preclara qua lux vere micat ꝙ eſt ſalꝰ eterna et noſtra gloria. Scōm Lucam

cap̄. 2. G In illo tēpore Erant ioſeph ⁊ maria mater ieſu: mirantes ſup his que dicebantur de illo. Et benedixit illis ſymeon ⁊ dixit ad mariā matrē eiꝰ. Ecce poſitus eſt hic in ruinam ⁊ in reſurrectionē multorū ī iſrael: et ī ſignū cui cōtradicetur. Et tuā ipſius animā pertranſibit gladius: vt reuelētur ex multis cordibus cogitationes. Et erat anna ꝓphetiſſa filia phanuel: de tribu aſer. Hec proceſſerat in diebꝰ multis: et vixerat cū viro ſuo annis ſeptem/a ꝟginitate ſua. Et hec vidua erat vſqꝫ ad annos octogintaquattuor: que non diſcedebat de tēplo/ieiunijs ⁊ obſecrationibus ſeruiens nocte ac die. Et hec ipſa hora ſuperueniens ꝯfitebatur domino: ⁊ loquebatur de illo omnibꝰ qui expectant redēptionē iſrael. Et vt perfecerunt oīa ſcōm legē dñi: reuerſi ſūt in galileā in ciuitatem ſuā nazareth. Puer autē creſcebat ⁊ cōfortabat̄: plenus ſapientia. Et grā dei erat in illo.

Credo. Offer. Deus enī firmauit orbem terre qui nō cōmouebitur/parata ſedes tua deus extunc: a ſeculo tu es. p̄.92 Secreta.

Accepta dñe queſumus ſacrificiū plebis tue: quam ieſu chriſti filij tui dñi noſtri iubeas eſſe conſortē: qui humanitatis noſtre dignatus eſt fieri particeps. Qui tecum viuit ⁊ regnat.

¶ Alia de natiuitate ſcꝫ Oblata dñe.
Alia de ſancto ſtephano. Suſcipe dñe.
Alia de ſctō iohāne. Suſcipe munera.
Alia de innocenti. Adeſto queſumꝰ.
Alia de ſancto tho. mar. ſcꝫ Salutaris hoſtie. ⁊c. vts̄ in feſt. eorūdem. Prefatio et Communicantes. de natiuitate.

Cōio Tolle puerum et matrem eius ⁊ vade in terram iuda: defuncti ſunt enim qui querebant animam pueri. mat. 2. D Poſtcōio.

Sumpto ſacrificio queſumus domine tua generaliter exultet eccleſia: quo infirmitates eius ſunt aſſumpte: vt diuine particeps fieret ipſa ſubſtantie. Per dominū noſtrū ieſum chriſtum filium tuum. Qui tecum vi.

¶ Alia de natiuitate. ſcilicet Preſta queſumus. de ſancto ſtephano. Auxilientur nobis. de ſancto iohāne. Refecti cibo. de innocentibus. Uotiua. et de ſancto thoma marty. Adiuuet nos. vt ſupra in feſtis eorundem.

¶ In die ſancti ſilueſtri. Officium.

psal. 131. Sacerdotes tui domine induant iuſticiā/ et ſancti tui exultent: propter dauid ſeruū tuum non auertas faciē chriſti

Eod. tui. P̄s. Memēto dñe dauid: ⁊ omnis manſuetudinis eius. Gl̄ia p̄ri. Sicut. Oratio

Da queſumus oīpotens deus: vt beati ſilueſtri cōfeſſoris tui atqꝫ pontificis venerāda ſolēnitas: ⁊ deuotionē nobis augeat ⁊ ſalutē. Per dñ͞z.

¶ Mēoria de natiuitate. ſcilicet Concede nobis q̄ſumus. De ſcō ſtephano Da nobis q̄s dñe. De ſcō iohāne. Eccleſiā tuā q̄s dñe. ⁊c. De innocentibꝰ. Deus cuius hodierna die preconium. ⁊c. Et de ſcō thoma. Deus p̄ cuius. Epiſtola. Ecce ſacerdos magnus. In

Eccl. 44. D cōmuni vnius cōfeſſoris. Gr̄. Ecce ſacerdos magnus qui in diebus ſuis placuit deo. ℣. Non eſt inuentus ſimilis illi: qui cōſeruaret legem excelſi.

p̄s. 88 Alla. ℣. Inueni dauid ſeruū meū oleo ſancto meo vnxi eū. Seq̄ntia. Adeſt nobis dies alma. ⁊c. de cōi. Euangeliū. Hō quidā peregre. In cōi vnius confeſſoris. fo. xi. Offer.

Ibid. Inueni dauid ſeruū meū/ et in oleo ſancto vnxi eū: manus enī mea auxiliabitur ei: et brachium meū confortabit eum. Secreta.

Adeſto domine q̄s oblationibꝰ noſtris/ nec vllis mentis ⁊ corporis patiaris ſubiacere periculis: quos bt̄i ſilueſtri confeſſoris tui atqꝫ pontificis munit glorioſa confeſſio. Per dñm.

¶ Alie de natiuit. de ſancto ſtephano: de ſancto iohāne: de innocentibꝰ: et de ſancto thoma. vt ſ̄ notatum eſt. Cōio.

mat. 24 D Beatus ſeruus quē cum venerit dñs inuenerit vigilantem: amen dico vobis ſup oīa bona ſua conſtituet eum. Poſtcōmunio.

Queſumus omp̄s deus: vt hodierne munus ſolēnitatis acceptum intercedente beato ſilueſtro cōfeſſore tuo atqꝫ pontifice: et corporibꝰ noſtris

ſalutē preſtet et mentibus. Per dñm.

¶ Alia de nati. ſcꝫ. Preſta queſumꝰ. De ſancto ſtephano. Auxilietur. De ſancto iohā. Refecti. De innocentib. Votiua. ¶ De ſcō tho. mr. Poſtcōio.

Adiuuet nos omp̄s et miſericors deus: per hec ſancta que ſumpſimus beati martyris tui atqꝫ pōtificis thome/ interceſſio veneranda: qui pro tui nominis honore: glorioſa meruit coronari martyrio. Per dñm noſtrū.

¶ In die circunciſionis. Officium.



Puer natꝰ eſt nobis ⁊ filius datus eſt nobis cuius imperium ſuper humerum eius: et vocabitur nomen eius magni cōſilij angelus. Es 9. P̄s. Cantate domino canticū nouum: q̄ mirabilia fecit. Gl̄ia p̄ri et filio. psal. 97. Oro

Deus q̄ nobis nati ſaluatoris diem celebrare cōcedis octauū: fac nos q̄s eius perpetua diuinitate muniri/ cuius ſumus carnali cōmercio reparari. Qui tecū.

Nulla fiat memoria ad hanc miſſam. Epiſtola. Apparuit gratia dei ſalua. vt in prima miſſa. in die natiuita. dñi fo. x. Gr̄. Viderunt oēs fines terre ſalutare dei noſtri: iubilate deo omnis terra. ℣. Ibi Notum fecit dominꝰ ſalutare ſuū: ante cōſpectum gentium reuelauit iuſticiam ſuam. Ibi Alla. ℣. Multipharie olim deꝰ loquens patribus i prophetis: nouiſſime diebꝰ iſtis locutus eſt nobis in filio ſuo. He 1. Sequētia.

EYa recolamus laudibꝰ piis digna huius diei gaudia/ in qua nobis lux oꝛitur gratiſſima. Noctis interit nebula/ pereũt noſtri criminis vmbꝛacula. Hodie ſeculo maris ſtella eſt enixa noue ſalutis gaudia. Quẽ tremũt baratra/ moꝛs cruẽta pauet ipſa a quo peribit moꝛtua. Gemit capta peſtis antiqua/ coluber liuidus / perdit ſpolia. Homo lapſus ouis abducta reuocatur ad eterna gaudia. Gaudent in hac die agmina/ angeloꝝ celeſtia. Quia erat dꝛagma decima perdita/ ⁊ eſt inuenta. O pꝛoles nimiũ beata/ qua redempta eſt natura. Deꝰ qui creauit oĩa/ naſcit̃ ex femina. Mirabilis natura/ mirifice induta aſſumens qđ nõ erat: manens qđ erat. Induit̃ natura/ diuinitas humana: quis audiuit talia/ dic rogo facta? Querere venerat paſtoꝛ pius qđ perierat. Induit galeã: certat vt miles armatura. Pꝛoſtratꝰ i ſua ꝓpꝛia/ ruit hoſtis ſpicula auferũtur tela. In quibus fidebat diuiſa ſunt illius ſpolia/ capta pꝛeda ſua. Chꝛiſti pugna fortiſſima/ ſalus noſtra eſt vera. Qui nos ſummam ad patriam/ duxit poſt victoriam. In qua ſibi laus eſt eterna.

¶ Euangelium. Secundum Lucam.

IN illo tẽpoꝛe. Poſtq̃ꝫ conſummati ſunt dies octo vt circuncideretur Luce . C puer: vocatum eſt nomen eius ieſus. Quod vocatum eſt ab angelo: pꝛiuſq̃ in vtero conciperetur. Credo. Offer.

88 Tui ſunt celi ⁊ tua eſt terra: oꝛbem terrarũ et plenitudinem eius tu fundaſti: iuſtitia et iudicium pꝛeparatio ſedis tue. Secreta.

PReſta queſumus oĩpotens deus: vt per hec munera que dñi noſtri ieſu chꝛiſti archane natiuitatis myſterio gerimus: purificate mentis intelligentia conſequamur. Per eundẽ dominum noſtrũ. Cõio. Viderunt omnes 67 fines terre ſalutare dei noſtri. Poſtcõio.

PReſta queſumꝰ dñe vt qđ noſtri ſaluatoꝛis iterata ſolẽnitate percepimus: perpetue nobis ſaluationis cõferat medicinam. Per eundem dñm.

¶ In octa. ſcti ſtephani: ſcti iohãnis/ et ſctoꝝ inocẽtiũ ſiue dñica fuerit ſiue nõ/ ad miſſaꝫ oĩa fiãt ſicut i pꝛima die: pꝛeter ſeq̃n. et Credo. et p̃fatio. Et dr̃ cantus ſup Kyꝛi eleyſon. Glia in excelſis. Sanctus. ⁊ Agnus. ſicut in fer. ſimplici. ix. lc. Tamẽ ſi dñica fuerit: dr̃ Credo. ſed nulla ſequentia: et etiam fiant memoꝛie de ſanctis per oꝛdinem. Memoꝛia autẽ fiat de ſancta maria in octa. ſãcti ſtephani/ et ab hinc vſqꝫ ad purifica. tam in feſtis q̃ in ferijs/ et in dñicis: niſi in vigi. epy. et in die eiuſdẽ cum oꝛatione Deus qui ſalutis. ⁊c.

¶ In vigilia epyphanie. Officiũ.

LUx fulgebit hodie ſuper nos/ q̃a natus eſt nobis dñs et vocabitur admirabilis deꝰ/ pꝛinceps pacis pater futuri ſeculi: cuius regni non erit finis. p̃s. Eſa. 9. B

Dñs regnauit decoꝛẽ indutꝰ eſt: indutꝰ eſt dominꝰ foꝛtitudinẽ: et pꝛecinxit ſe. Glia. p̃. 92

Hac die ſi dñica fuerit: dr̃ cantus ſup Kyꝛi el. Glia i excel. Sctũs. ⁊ Agnꝰ. ſicut i fer. ſimp. ix. lc. Si vo do. tue. dr̃ cantꝰ ſicut i fer. iij. lc. ſine regimĩe chori/ ⁊ nõ dr̃ Glia i excel. nec Credo. nec Ite miſſa eſt. qꝛ quaſi vigilia habet̃: tñ dyaconꝰ ⁊ ſubdya. dalmatica ⁊ tunica (vtãtur. Oꝛo.

COꝛda nr̃a q̃s dñe venture feſtiuitatis ſplẽdoꝛ illuſtret: quo mũdi huiꝰ tenebꝛis carere valeamꝰ: ⁊ ꝑueniamꝰ ad patriã claritatis eťne. P đ. Mẽo. de ſcõ tho. Deꝰ ꝑ cuiꝰ. vt̃s. ⁊ de ſctõ edWardo rege ⁊ ꝯfeſ. oꝛ.

DEus qui vnigenitũ filiũ tuũ dominũ noſtrũ ieſuꝫ chꝛiſtũ glorioſiſſimo regi edWardo i foꝛma viſibili demõſtraſti: tribue q̃s/ vt eiꝰ meritis ⁊ pꝛecibꝰ ad eternã ipſiꝰ dñi nr̃i ieſu xp̃i viſionẽ ꝑtingere mereamur. Qui tec.

¶ Non dicũtur plures vel pauciores orõnes ad hanc missam siue dñica fuerit: siue nõ. Epla. Apparuit benignitas vrã. in nocte natiuit. dñi ad secundã missam. fol. xi. Gr.
psal. 117. Benedictus qui venit in nomine dñi/deus dñs et illuxit nobis.
Ibidẽ ℣. A dño factum est illud et est mirabile in oculis nostris. Siue dñica fuerit/ siue nõ semp hac die dicitur All'a. ℣.
ps. 92 Domin⁹ regnauit decorem induit. induit domin⁹ fortitudinẽ: et precinxit se virtute. Non dicit̃ sequẽtia. Scdm mattheum
cap. 2. D



In illo tẽpore Defuncto herode: ecce angel⁹ dñi apparuit i somnis ioseph in egypto dicens. Surge et accipe puerum & matrem ei⁹: et vade in terrã israel. Defuncti sunt enim qui querebãt animã pueri. Qui cõsurgens accepit puerũ et matrẽ ei⁹: et venit in terram israel. Audiens aũt q archelaus regnaret in iudea ꝓ herode patre suo: timuit illo ire. Et admonitus in somnis: secessit in partes galilee/& veniens habitauit in ciuitatẽ q̃ vocatur nazareth: vt adimpleretur qd dictũ est per ꝓphetas qm̃ nazaren⁹ vocabitur. Offr.
ps. 92 Deus enĩ firmauit orbẽ terre qui non commouebitur: parata sedes tua deus extunc a seculo tu es. Secreta.

Tribue quesum⁹ dñe vt eum presentib⁹ imolemus sacrificiis et sumamus; quẽ venture solẽnitatis pia munera prologuuntur: dñm nostrum iesum christũ filiũ tuũ. Qui tecum vi. ¶ De sctõ tho. Secr. Salutaris hostie vrã. Alia secr. de scõ edWardo. Secr.

Sacris altarib⁹ assistentes nos domine quesum⁹ spiritussancti luce perfunde: vt qd tibi in honore beati regis edWardi deuote offerimus; nobis ipso interueniente fiat remediũ salutare. Per do. In vnitate eiusd. Prefatio quotidiana. Cõio. Tolle puerũ & matrem ei⁹ & vade in terrã iuda/defuncti sunt eni qui querebãt animã pueri. Postcõio. Ma 2. D

Da nobis quesum⁹ dñe digne celebrare mysteriũ/ qd i nostri saluatoris infantia miraculis choruscãtib⁹ declaratur: et corporalibus incrementis manifesta designatur humanitas. Per eundẽ dñm nr̃m iesum christum. ¶ Alia postcõ. de sãcto tho. Adiuuet nos vrã. De sctõ edWardo. Postcõio.

Vitalis alimonie cõuiuio saginati q̃s dñe de⁹ noster: vt beati regis edWardi cõfessoris tui suffragantib⁹ meritis: celestis cõuiuij mereamur esse participes. P do. ¶ In nocte epyphanie post. ix. ℟. cantet̃ hoc euangel. Dñs vobiscum. Et cum spiritu tuo. ¶ Sequentia sancti euangelij Secundum Lucam. Gloria tibi domine.

Factum est autẽ cũ baptizaretur omnis populus & iesu baptizato et orante/apertum est celum et descendit spiritussanctus corporali specie sicut colũba in ipsum. Et vox de celo facta est: tu es fili⁹ me⁹ dilectus/in te cõplacuit michi. Et ipse iesus erat incipiens quasi annorũ triginta: vt putabatur filius ioseph. Qui fuit heli: qui fuit mathat/q̇ fuit leui. Qui fuit melchi: qui fuit iane: qui fuit ioseph. Qui fuit mathathie: qui fuit amos: qui fuit naum. Qui fuit esli: qui fuit nagge: q̇ fuit mathat. Qui fuit mathathie: qui fuit semei/q̇ fuit ioseph. Qui fuit iuda: qui fuit iohãna: qui fuit resa. Qui fuit zorobabel/qui fuit salathiel: qui fuit neri. Qui fuit melchi: q̇ fuit addi/ qui fuit thosan. Qui fuit helmadan: qui fuit her: qui fuit iesu. Qui fuit

Ca. D

E

heliezer: q̇ fuit iorim: qui fuit mathat. Qui fuit leui: qui fuit ſymeõ/ qui fuit iuda. Qui fuit ioſeph: qui fuit iona: q̇ fuit eleachim. Qui fuit melcha: q̇ fuit mēna: qui fuit matatha. Qui fuit nathan: qui fuit ieſſe: qui fuit obeth: qui fuit booz: q̇ fuit ſalmon. Qui fuit naaſon: qui fuit aminadab: qui fuit aram. Qui fuit eſron: q̇ fuit phares: qui fuit iude. Qui fuit iacob: qui fuit yſaac/ qui fuit abꝛahe. Qui fuit thare: q̇ fuit nachoꝛ/ q̇ fuit ſaruch. Qui fuit ragau qui fuit phalech: qui fuit heber. Qui fuit ſale: qui fuit chainā/ q̇ fuit arphaxat. Qui fuit ſem: qui fuit noe: qui fuit lamech. Qui fuit mathuſale: q̇ fuit enoch: qui fuit iareth. Qui fuit malaleel: qui fuit chainā/ q̇ fuit enos. Qui fuit ſeth: qui fuit adā: qui fuit dei. Jeſus autē plenus ſpū ſancto: regreſſus eſt a ioꝛdane. ¶ Finito euāgelio: incipiat ſacerdos in cappa ſerica. hm̄. Te deum.

¶ In die epyphanie domini. Ad magnam miſſam. Officium.



ECce aduēit mat.
dñatoꝛ dñs: ⁊ regnū 2. A
in manu ei⁹ et poteſtas et imperiū. Ps.
Deus iudiciū tuū regi da: et iuſticiā tuā .71
filio regis. Gloꝛia patri. Sicut erat. Kyꝛie

fons bonitatis. Oꝛemus. Oꝛatio.

DEus qui hodierna die vnigenitū tuū gētibus ſtella duce reuelaſti: cōcede propicius/ vt qui iam te ex fide cognouimus: vſq3 ad contēplandā ſpeciem/ tue celſitudinis pducamur. Per eūdem dñm noſtrum ieſum chꝛiſtum.

Epiſtola. Lectio yſaie prophete.

SUrge illuminare hieruſalē q2 venit Caꝑ
lumen tuū: ⁊ gloꝛia dñi ſuper 60 A
te oꝛta eſt. Quia ecce tenebꝛe operient
terrā: ⁊ caligo populos. Super te autē
oꝛietur dñs: ⁊ gloꝛia eius in te videbitur.
Et ambulabūt gentes in lumine
tuo: ⁊ reges in ſplendoꝛe oꝛtus tui.
Leua in circuitu oculos tuos et vide:
omnes iſti congregati ſunt/ venerunt
tibi. Filij tui de lōge veniēt: ⁊ filie tue
de latere ſurgent. Tunc videbis ⁊ affues/
⁊ mirabitur ⁊ dilatabitur coꝛ tuum:
quādo conuerſa fuerit ad te multitudo
maris/ foꝛtitudo gētiū venerit tibi.
Inūdatio cameloꝝ operiet te: dromedarij madiā ⁊ effa. Omnes de ſaba B
venient: aurū/ ⁊ thus deferētes: ⁊ laudem
domino annunciantes. Gr. Oēs Eſa.
de ſaba venient aurum et thus deferentes 60. b
⁊ laudem domino annunciantes. ℣. Surge Ibis
illuminare hieruſalem: quia gloꝛia domini
ſuper te oꝛta eſt. Alla. ℣. Vidimus mat.
ſtellā eius in oꝛiente: ⁊ venimus cum muneribus 2. A
adoꝛare dominum. Sequentia.

EPyphaniā dño canamus gloꝛioſam. Qua prolem dei vere magi adoꝛāt. Immenſam caldei cuius p ſecla venerātur potentiā. Quē cūcti pphete precinere venturū gentes ad ſaluandas. Cuius maieſtas ita eſt inclinata vt aſſumeret ſerui foꝛmā. Ante ſecula qui de⁹ ⁊ tēpoꝛa homo factus eſt ex maria. Sequēs verſus dr ter. Balaā de quo vaticinans: exibit ex iacob rutilās inquit ſtella. Et cōfringet ducū agmina regionis moab maxima potentia. Huic magi munera deferunt preclara/ aurū ſimul thus ⁊ myrꝛham

Thure deū predicāt/ auro regem magnū/ hominē mortalē myrrha. In ſomnis hos monet angelus ne redeant ad regē cōmotū propter regna. Pauebat etenim nimium regē natū/ verēs amittere regni iura. Magi ſibi ſtella micāte preuia. Pergūt alacres itinera patriā. Que eos ducebat ad propriā linquentes herodis mādata. Qui percuſſus corde nimiū pre ira. Extēplo mandat īfantulos per cūcta. Inquiri bethleem confinia: ⁊ mox priuari eos vita. Dis nūc caterua tinnulū īſtigat laudibus organi neuma. Myſtice offerēs regi regū xp̄o munera p̄cioſa. Poſcēs vt per orbē regna om̄ia ꝓtegat in ſecula ſempiterna. Secundum Mattheum.

Cap. 2. A. Cum natus eſſet ieſus in bethleē iude in diebus herodis regis: ecce magi ab oriēte venerunt hieroſolymā dicentes. Ubi eſt qui natus eſt rex iudeorū? Uidimus enim ſtellā eius in oriēte: ⁊ venimus adorare eū. Audiēs autē herodes rex turbatus eſt: ⁊ om̄is hieroſolyma cū illo. Et cōgregās oēs principes ſacerdotū ⁊ ſcribas populi: ſciſcitabatur ab eis vbi xp̄s naſcerēt. At illi dixerūt ei. In bethleē iude. Sic enim ſcriptū eſt per prophetam. Et tu bethleem terra iuda: nequaq̄ minima es in principibus iuda. Ex te eni exiet dux: qui regat populum meum iſrael. Tūc herodes clam vocatis magis: diligenter didicit ab eis tēpus ſtelle que apparuit eis. Et mittēs illos in bethleē: dixit. Ite/ ⁊ interrogate diligenter de puero: ⁊ cum inueneritis renūciate michi/ vt ⁊ ego veniēs adorē eū. Qui cū audiſſent regē: abierūt. Et ecce ſtella quā viderant in oriēte antecedebat eos: vſq; dum veniēs ſtaret ſupra vbi erat puer. Uidētes autē ſtellā: gauiſi ſunt gaudio magno valde. Et intrantes domū: inuenerūt puerū cū maria matre eiꝰ. Et ꝓcidētes adorauerūt eū. Et apertis theſauris ſuis: obtulerūt ei munera aurū/ thus/ ⁊ myrrhā. Et reſpōſo accepto in ſomnis ne redirēt ad herodē: ꝑ aliā viā reuerſi ſunt in regionē ſuā. Offer. Reges tharſis ⁊ inſule munera offerēt reges arabū ⁊ ſaba dona adducent/ ⁊ adorabunt eū om̄es reges terre/ omnes gentes ſeruient ei. ꝑ. 71 Secreta.

Eccleſie tue q̄ſumus dn̄e dona ꝓpicius intuere: quibus nō iā aurū/ thus ⁊ myrrha ꝓfertur: ſed qđ eiſdē muneribus declarat̄/ immolat̄ ⁊ ſumitur ieſus xp̄s dn̄s noſter. Qui tecū viuit. Prefatio. Quia cū vnigenitꝰ. Hec prefatio dr̄ per totas oct. ⁊ in oct. ⁊ Cōicantes. ſimiliter. Cōio. Uidimꝰ ſtellā eius in oriente/ ⁊ venimus cum muneribus adorare dominum. mat. 2. A. Poſtcōio.

Preſta q̄ſumus oīp̄s deus/ vt que ſolēni celebramꝰ officio: purificate mētis intelligētia ꝯſequamur. Per dn̄m. Quotidie infra oct. dr̄ eadē miſſa, ſed ſine ſequentia ⁊ Credo. Tamē in dn̄ica dr̄ Credo. ſed nulla ſequentia.

¶ Dn̄ica infra octa. ad miſſam dr̄ cātus ſuper Kyrieleyſon. Gloria in excelſis, Sanctus et Agnus. per ordinē ſicut infra octa. cū regimine chori habet. cetera ſicut in die preter ſequētiā cū hoc euāgelio. Secūdum Johannem.



Cap. 1. D. In illo tēpore. Uidit iohannes ieſum venientē ad ſe: et ait. Ecce agnꝰ dei: ecce q̄ tollit peccata mūdi. Hic ē de quo dixi. Poſt me venit vir qui ante me factꝰ eſt: q2 prior me erat/ ⁊ ego neſciebā eū. Sed vt ma

nifeſtetᷣ in iſrael : ꝓpterea veni ego in aqua baptizans. C Et teſtimoniũ perhibuit iohãnes dicẽs. ps. 71 Qui vidi ſpirituʒ deſcẽdẽtẽ quaſi colũbã de celo ⁊ mãſit ſuper eũ/⁊ ego neſciebam eũ. Sed qui miſit me baptizare in aqua : ille michi dixit. Sup quẽ videris ſpm̃ deſcẽdentẽ ⁊ manẽtẽ ſuper eũ:hic eſt qui baptizat in ſpirituſancto. Et ego vidi ⁊ teſtimonium perhibui qꝛ hic eſt filius dei.

¶ Quod ſi dñica infra octa. nõ eueñ. tunc in. iiij. fer. infra octa. legatur hoc ꝑdictũ euãge. Tertia die infra octa. fiat mẽo. de martyrib⁹ luciãno/ ſociiſqꝫ eius cũ oɫone de cõi plurimoꝝ marty.

¶ In octa. epyphanie. Officium.

mal. A Ecce aduẽit dñator dñs: ⁊ regnũ in manu ei⁹ et poteſtas et imperiũ. ps. 71 Deus iudiciũ tuũ regi da: et iuſticiã tuã filio regis. Gloria patri. Sicut erat. Oratio

Deus cuius vnigenitus in ſubſtãtia noſtre carnis apparuit: preſta queſumus/ vt per eum quem ſimilem nobis foris agnouimus : intus reformari mereamur. Qui tecum viuit.

¶ Memoria de ſctõ hylario. Oratio.

Adeſto dñe ſupplicationibus noſtris: et interceſſione beati hylarii cõfeſſoris tui atqꝫ põtificis cui⁹ depoſitionẽ celebramus: perpetuã nobis mĩam benign⁹ impẽde. Per d. ¶ Memo. de ſancta maria. Oratio. De⁹ qui ſalutis eterne. Lectio yſaie prophete.

Cap 25 A Domine de⁹ meus honorificabo te: laudẽ tribuã nomini tuo / qui facis mirabiles res. Cõſiliũ tuũ antiquũ: verũ fiat. Dñe/excelſum eſt brachiũ tuũ de⁹ ſabaoth : corona ſpei que ornata eſt gloria. Exultet deſertũ ⁊ exultẽt ſolitudines iordanis: ⁊ populus meus videbit altitudinẽ domini ⁊ maieſtatẽ dei/⁊ erit congregatus ⁊ redemptus per deũ. Et veniet in ſyon cũ gloria et letitia ſempiterna : ſuper caput eius laus et exultatio. Et aperiam in montibus flumina: in mediis campis fontes dirumpam/⁊ terram ſitientem ſine aqua infundam. Ecce puer meus exaltabitur et eleuabitur: et ſublimis erit valde. Haurietis aquas ĩ gaudio de fontibus ſaluatoris: ⁊ dicetis in illa die confitemini dño/⁊ inuocate nomẽ eius. Notas facite in ꝑplis ꝟtutes eius : mementote qm̃ excelſum eſt nomen eius. Cãtate dño qꝛ mirabilia fecit. Annunciate hec in vniuerſa terra Dicit dñs omnipotens. Gr. Omnes Eſa. 60. b de ſaba venient aurum et thus deferentes ⁊ laudem domino annunciantes. ℣. Surge Ibidẽ illuminare hieruſalem: quia gloria domini ſuper te orta eſt. Alla. ℣. Vidimus mat. 2. A ſtellã eius in oriente: ⁊ venimus cum muneribus adorare dominum. Non dr ſeque. licet dñica fuerit. Sedm Mattheum.

Cap 3. D In illo tẽpore. Venit ieſus a galilea in iordanẽ ad iohannem vt baptizaretur ab eo. Iohãnes autẽ prohibebat eũ: dicẽs. Ego a te debeo baptizari: ⁊ tu venis ad me. Reſpondẽs autẽ ieſus: dixit ei. Sine modo: ſic enim decet nos implere omnẽ iuſtitiã. Tũc dimiſit eũ. Baptizatus autẽ ieſus confeſtim aſcendit de aqua / et ecce aperti ſunt ei celi ⁊ vidit ſpiritũ dei deſcẽdentẽ ſicut colũbã ⁊ venientẽ ſuper ſe. Et ecce vox de celis: dicẽs. Hic eſt fili⁹ meus dilectus : in quo michi bene cõplacui. Offer. Reges tharſis ⁊ inſule mune- ps. 71 ra offerent: reges arabum ⁊ ſaba dona adducent ⁊ adorabunt eum omnes reges terre/omnes gentes ſeruient ei. Secreta.

Hoſtias tibi dñe pro nati filii tui apparitione deferimus ſuppliciter exorantes : vt ſicut idem noſtrorũ auctor eſt munerum: ita ipſe ſit miſericors ⁊ ſuſceptor ieſus chriſtus dominus noſter. Qui tecum viuit et reg.

¶ Alia ſecreta de ſancto hylario.

SAncti hylarij precibus tibi domine q̄ſumus grata reddatur oblatio: ꝑ cuius eſt depoſitione immolãda. Per. ¶ Alia ſecreta de ſancta maria.

OBlatis dñe muneribus ſuppliciter depꝛecamur: vt qui verã verbi tui incarnationem fideliter veneramur: verã eiuſdẽ ſubſtantiã carnis ac ſanguinis quã per ſpiritũ ſanctũ virgo mater edidit/ in hoc pꝛeſenti myſterio ſalubꝛiter percipiamus. Per eũdẽ Pꝛefatio. Quia cũ vnigenitus. ⁊ Cõ- mat. municãtes. vt in die. Cõio. Vidimus 2. A. ſtellam eius in oꝛiente: ⁊ venimus cũ muneribus adoꝛare dominum. Poſtcõio.

CEleſti nos q̄s dñe lumine ſemper ⁊ vbiq₃ pꝛeueni: vt myſteriũ cui⁹ nos participes eſſe voluiſti: ⁊ puro cernamus intuitu/ ⁊ digno pcipiam⁹ effectu. P. Alia poſtcõio de ſancto hylario

SVmpſimus dñe pignus redẽptionis eterne: ſit nobis q̄s interueniẽte beato hylario cõfeſſoꝛe tuo atq₃ pontifice: vite pꝛeſentis auxiliũ pariter et future. Per dominum noſtrum.

Alia poſtcõio de ſancta maria.

DA queſum⁹ miſericoꝛs de⁹/ eius nos cõtinua interceſſione vegetari: cuius integra virginitate/ ſuſcepimus auctoꝛẽ noſtre ſalutis: dñm nr̃m ieſum xp̄m filiũ tuũ. Qui tecũ viuit.

¶ Dominica pꝛima poſt octa. epyphanie. Ad miſſam.

Officium.

Eccle laus. IN excelſo thꝛono vidi ſedere virum quẽ adoꝛat multitudo angeloꝝ pſallentes in vnũ ecce cui⁹ imperij nomen eſt in eternum

℣.99 ℣s. Iubilate deo omnis terra: ſeruite domino in leticia. Oratio.

VOta queſumus dñe ſupplicãtis populi celeſti pietate pꝛoſequere vt ⁊ que agenda ſunt videant: ⁊ adimplenda que viderint cõualeſcant. Per dñm noſtrum. Ad Romanos.

Ca. 12. I FRatres. Obſecro vos per miſericoꝛdiã dei: vt exhibeatis coꝛpoꝛa veſtra hoſtiam viuentem ſanctam/ deo placentẽ/ rationabile obſequiũ veſtrũ. Et nolite confoꝛmari huic ſeculo ſed refoꝛmamini i nouitate ſenſus veſtri/ vt pꝛobetis que ſit volũtas dei bona/ ⁊ bñplacẽs ⁊ perfecta. Dico enim per gratiã que data eſt michi omnibus qui ſunt inter vos non plus ſapere q̄ opoꝛtet ſapere: ſed ſapere ad ſobꝛietatem/ ⁊ vnicuiq₃ ſicut deus diuiſit menſuram fidei. Sicut enim in vno coꝛpoꝛe multa mẽbꝛa habemus: omnia autem mẽbꝛa non eundẽ actũ habent/ ita multi vnum coꝛpus ſumus in chꝛiſto. Singuli autem: alter alterius mẽbꝛa In chꝛiſto ieſu: domino noſtro. Grad.

℣. 71 Benedictus dñs deus iſrael qui facis mirabilia magna ſolus a ſeculo. ℣. Suſcipiant Ibi montes pacem populo tuo/ ⁊ colles iuſticiã

℣. 99 Alla. ℣. Iubilate deo omnis terra: ſeruite dño in leticia. Nulla die dñica per annũ dicitur ſequentia ad miſſam quando de dñica agitur niſi in aduẽtu: ⁊ in tempoꝛe paſchali/ ⁊ niſi in domi. infra ebdomadam natiuitatis domini.

¶ Euangelium Secundum Lucam



Ca. 2. F CUm factus eſſet ieſus annoꝝ duodeci aſcẽdentibus illis hieroſolimã ſecundu₃ conſuetudinẽ diei feſti/ conſummatiſq₃ diebus cũ redirent: remãſit puer ieſus in hieruſalem/ et nõ cognouerũt parentes eius. Exiſtimãtes autẽ illũ

eſſe in comitatu: venerunt iter diei et requirebāt eū inter cognatos ⁊ notos ⁊ nō inuenientes: regreſſi ſunt in hieruſalē G requirētes eū. Et factum eſt poſt triduū/ inuenerūt illū in tēplo ſedentem in medio doctorū: audientē illos ⁊ interrogantē eos. Stupebāt autē oēs qui eū audiebāt: ſuper prudentiā ⁊ reſpōſis eius. Et videntes: admirati ſunt Et dixit mater eius ad illū. Fili/quid feciſti nobis ſic? Ecce pater tu⁹ ⁊ ego: dolentes querebamus te. Et ait ad illos. Quid eſt quod me querebatis? Neſciebatis qꝛ in his que patris mei ſunt: oportet me eſſe? Et ipſi nō intellexerūt verbū: quod locutus eſt ad illos. Et deſcendit cū eis ⁊ venit nazareth: et erat ſubditus illis. Et mater eius conſeruabat omnia verba hec: cōferens in corde ſuo. Et ieſus proficiebat ſapientia: etate ⁊ gratia: apud deū

ps.99 ⁊ homines. Offer. Iubilate deo omnis terra/iubilate deo omnis terra/ſeruite dño in leticia: intrate in conſpectu eius in exultatione/qꝛ dñs ipſe eſt deus. Secreta.

OBlatū tibi dñe ſacrificiū viuificet nos q̃ſumus ſemper et muniat. Per dominū. Prefatio quotidiana

Luce 2. G Cōio. Fili/quid feciſti nobis ſic: ego ⁊ pater tuus dolentes querebamus te: ⁊ quid eſt qḋ me querebatis/neſciebatis qꝛ in his q̄ patris mei ſunt oportet me eſſe. Poſtcōio.

TUa nos dñe ſancta libātes ⁊ perfecte capiamus purgationis effectum: ⁊ cōtinuum diuine defenſionis auxilium. Per dñm. Si tēpus a deo breue fuerit ab oct. epy. vſqꝫ ad .lxx. ꝙ tres miſſe dñicales: ſcilicet In excelſo throno. Omnis terra. ⁊ Adorate. non poſſint ſingule in ſingul. cantari ebdo. tunc due vel tres miſſe ſi temporis breuitas expetierit in vna eademqꝫ ebdo. cantentur. Et ſi aliquod feſt. iij. lec. ibidem contigerit: totum ſeruitium fiat de feſto vſqꝫ ad miſ. ⁊ ad illā miſſam: que erit de temporali/ fiat ſecunda oratio de ipſo feſt. tertia de ſancta maria/ quarta de omnibus ſanctis/ quinta ꝓ vniuerſali eccleſia. Cetere vero miſ. que ſequūtur/ eo anno oīno pretermittātur. Hoc etiā bene obſeruetur ꝙ nunq̃ ante primā dñicā poſt octa. epy. cātetur miſ. In excelſo throno. niſi qñ nulla dñica inter octa. epy. ⁊ .lxx. cōtigerit: tūc enim in fer. primo loco poſt octa. epy. cātetur: ⁊ due miſ. ſcꝫ Omnis terra. ⁊ Adorate deum. in fer. ſequētibus eiuſdē ebdo. cātentur: ⁊ tunc nichil fiat de feſtis triū lec. que ibidē cōtingere poſſunt. Cū autē prolixum fuerit tempus. Offi. Adorate. per tres dñicos cātetur. Si vero tres fuerint dñice inter octa. epypha. ⁊ ſeptuageſimā: ita ꝙ tria officia predicta cantentur: tunc in ferijs poſt tertiam dñicam ſi vacauerint/dicuntur epiſtole ⁊ euangelia de quarta et quinta dominica in miſſis de die.

¶ Feria quarta. Epl'a. Ad romanos.

FRatres. Voluntas quidem cordis mei: ⁊ obſecratio ad deum fit Cap. 10. B pro illis in ſalutem Teſtimoniū enim perhibeo illis: ꝙ emulationē quidem dei habēt/ſed nō ſcḋm ſcientiā. Ignorantes enim iuſtitiā dei: ⁊ ſuā querentes ſtatuere: iuſtitie dei non ſunt ſubiecti. Finis enim legis xp̄s ad iuſtitiā: omni credenti. Scḋm mattheum.

IN illo tpe. Cū audiſſet ieſus ꝙ io Cap. 4. B hānes tradit⁹ eſſet: receſſit i galileā Et relicta ciuitate nazareth: venit ⁊ habitauit i ciuitate capharnaū maritima i finibus zabulon ⁊ neptalim/ vt adimpleretur quod dictū eſt per yſaiā ꝓphetā. Terra zabulō ⁊ terra neptalim C via maris trās iordanē galilee gentiū Populus q̄ ambulabat i tenebris vidit lucē magnā. Et ſedētib⁹ in regiōe vmbre mortis: lux orta eſt eis. Et exinde cepit ieſus p̄dicare: ⁊ dicere. Penitētiā agite: appropinquabit enī regnū celorū.

¶ Feria ſexta. Epl'a Ad Romanos.

Cap. 13. A FRatres. Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus: ſubdita ſit. Nõ eſt enim poteſtas: niſi a deo. Que B aũt ſunt: a deo ordiata ſunt. Itaq; qui reſiſtit poteſtati: dei ordinationi reſiſtit. Qui autẽ reſiſtũt: ipſi ſibi damnationẽ acquirunt. Nã qui principãtur nõ ſunt timori boni operis: ſed mali. Uis autẽ nõ timere poteſtatem: bonũ fac ⁊ habebis laudẽ ex illa. Dei enim miniſter: eſt tibi in bonũ. Si aũt male egeris: time. Non enim ſine cauſa: gladiũ portat. Dei enim miniſter eſt: vindex in irã ei qui malũ agit. Ideoq; neceſſitate ſubditi eſtote: nõ ſolũ propter irã/ ſed etiã ꝓpter cõſciẽtiã. Ideo ⁊ tributa p̃ſtatis. Miniſtri enĩ dei ſunt in hoc ipſum ſeruiẽtes. Secũdũ Lucam



Cap. 4. C IN illo tp̃e Egreſſus eſt ieſus i ꝟtute ſpiritus i galileã: ⁊ fama exijt p vniuerſã regionem de illo. Et ipſe docebat in ſynagogis eorũ: ⁊ magnificabaẗ ab omnibus. Et venit nazareth vbi erat nutritus: ⁊ intrauit ſecũdũ cõſuetudinẽ ſuã die ſabbati in ſynagogam: ⁊ ſurrexit legere. Et traditus eſt illi: liber yſaie ꝓphete. Et vt reuoluit librũ: inuenit locũ vbi ſcriptum erat. Spiritus dñi ſuper me propter quod vnxit me: euangelizare pauperibus miſit me/ ſanare cõtritos corde. Predicare captiuis remiſſionẽ: ⁊ cecis viſum/ dimittere confractos in remiſſionem/ predicare annũ dñi acceptũ/ ⁊ diẽ retributionis. Et cũ plicuiſſet librũ: reddidit miniſtro/ ⁊ ſedit. Et omniũ in ſynagoga oculi erãt intẽdẽtes in eũ. Cepit autẽ dicere ad illos: qꝛ hodie impleta eſt hec ſcriptura in auribus veſtris. Et oẽs teſtimoniũ illi dabãt: ⁊ mirabãtur in verbis gratie: que ꝓcedebãt de ore ipſius. Per totã ebdomadã dr̃ miſſa dñicalis: niſi feſtũ intercurrat vnde fiat ſeruitiũ/ ⁊ niſi quãdo miſſa Salus populi. vel quando dicitur de feſto loci/ vel de ſancta maria.

¶ Dñica .ij. poſt octa. epy. Officium

OMnis terra adoret te deus ⁊ pſallat tibi pſalmũ dicat nomini tuo altiſſime. ps.65 p̃s. Jubilate deo om̃is terra: pſalmũ dicite nomini eius/ date gloriã laudi eius. Ibid Oratio

OMnipotens ſempiterne deus qui celeſtia ſimul et terrena moderaris/ ſupplicationes populi tui clementer exaudi: ⁊ pacem tuam noſtris concede temporibus. Per dominum noſtrum ieſum xp̃m. Ad romanos.

Cap 12 B FRatres. Habẽtes donationes ſecũdũ gratiam que data eſt nobis differẽtes: ſiue prophetiã ſecundũ rationẽ fidei/ ſiue miniſteriũ in miniſtrãdo/ ſiue qui docet in doctrina. Qui exhortatur in exhortando qui tribuit in ſimplicitate/ qui preeſt in ſollicitudīe/ qui miſeretur in hylaritate. Dilectio ſine ſimulatione. Odiẽtes malũ: adherẽtes bono. Charitatem fraternitatis inuicẽ diligẽtes. Honore inuicẽ preuenientes. Sollicitudine nõ pigri. Spiritu feruẽtes: dño ſeruiẽtes. Spe gaudẽtes: in tribulatione patiẽtes. Orationi inſtantes: neceſſitatibus ſanctorũ communicantes/ hoſpitalitatem ſectãtes. Benedicite perſequentibus vos: benedicite ⁊ nolite maledicere. Gaudete cum gaudentibus/ flere cum flentibus. Idipſum inuicem ſentientes: non alta ſapientes: ſed humilibus cõ-

psal. ſentientes. Grad. Miſit dominus verbum
106. ſuum et ſanauit eos / ⁊ eripuit eos de
Ibid interitu eorum. ℣. Confiteantur domino
miſericordie eius / ⁊ mirabilia eiꝰ filijs hominum.
psal. Alla. ℣. Laudate deum omnes
148. angeli eius: laudate eum omnes virtutes
eius. Euangeliũ Secundũ Johannẽ.



Cap 2. A In illo tpe Nuptie facte ſunt in chana galilee. Et erat mater ieſu ibi. Vocatus eſt autem ieſus et diſcipuli eius ad nuptias. Et deficiente vino: dixit mater eius ad eum. Vinum non habent. Et dixit ei ieſus Quid michi ⁊ tibi eſt mulier? Nondũ venit hora mea. Dixit mater eius miniſtris. Quodcunqꝫ dixerit vobis facite. Erãt autem ibi lapidee hydrie ſex poſite ſecũdum purificationem iudeorum capiẽtes ſingule metretas binas vel ternas. Dixit eis ieſus. Implete hydrias aqua. Et impleuerunt eas: vſqꝫ ad ſummũ. Et dixit eis ieſus. Haurite nunc: et ferte architriclino. Et tulerunt. Vt autem guſtauit architriclinus aquam vinum factum: ⁊ non ſciebat vnde eſſet / miniſtri autem ſciebãt qui hauſerant aquã. Vocat ſponſum architriclinus: et dicit ei. Omnis homo primũ bonum vinũ ponit: ⁊ cũ inebriati fuerint / tũc id quod deterius eſt Tu autẽ ſeruaſti vinũ bonũ vſqꝫ adhuc. Hoc fecit initium ſignoꝛuꝫ ieſus in chana galilee: ⁊ manifeſtauit gloriam ſuam. Et crediderunt in eum:
p.65 diſcipuli eius. Offer. Iubilate deo vniuerſa terra: iubilate deo vniuerſa terra / pſalmũ dicite nomini eius venite audite ⁊ narrabo vobis omnes qui timetis deum quanta fecit deus anime mee alleluya. Secreta.

Vt tibi grata ſint domine munera populi tui ſupplicãtis ab omni queſumus contagione peruerſitatis emunda. Per dñm. Prefatio quotidiana.
Joh. Cõio. Dicit dominꝰ implete hydrias aqua ⁊ ferte architriclino / ⁊ dum gu-
2. A ſtaſſet architriclinus aquam vinum factũ: dixit ſponſo: ſeruaſti vinum bonum vſqꝫ adhuc: hoc ſignum fecit ieſus primum coram diſcipulis ſuis. Poſtcõmunio.

Augeatur in nobis dñe q̃ſumus tue virtutis operatio: vt diuinis vegetati ſacramentis / ad eorum promiſſa capiẽda / tuo ſemper munere preparemur. Per dominum noſtrum.

¶ Feria quarta. Ad tymotheum.

Cap Chariſſime. Fidelis ſermo: ⁊ omni
1. B acceptione dignus. Quia xp̃s ieſus venit in hunc mũdũ peccatoꝛes ſaluos facere: quoꝝ primꝰ ego ego ſuꝫ. Sed ideo miam cõſecutus ſum: vt in me pꝛimo oſtenderet xp̃s ieſus omneꝫ patientiã ad infoꝛmationẽ eoꝝ qui credituri ſunt illi: in vitã eternam. Regi aũt ſecloꝝ imoꝛtali / inuiſibili / ſoli deo honoꝛ ⁊ gl̃ia: in ſecula ſeculoꝝ amen.

¶ Euangeliũ Secundum Marcum

Cap In illo tempoꝛe. Egreſſus ieſus
6. A abijt in patriam ſuam: ⁊ ſequebãtur illum diſcipuli ſui. Et facto ſabbato cepit in ſynagoga docere. Et multi audiẽtes: admirabanẽ in doctrina eiꝰ dicẽtes Vnde huic hec oĩa? Et que eſt ſapiẽtia que data eſt illi: ⁊ virtutes tales que per manus eius efficiuntur? Nonne hic eſt faber filiꝰ marie / frater iacobi ⁊ ioſeph / ⁊ iude / ⁊ ſymonis? Nõneꝫ ſoroꝛes eius hic nobiſcũ ſunt? Et ſcandalizabãtur in illo. Et dicebat eis ieſus. Qꝛ non eſt ꝓpheta ſine honoꝛe niſi in patria ſua: et in domo ſua et in cognatione ſua. Et nõ poterat ibi vir-

tutē vllā facere: niſi paucos īfirmos/ impoſitis manib⁹ curauit. Et mirabatur: propter incredulitatem eorum.

¶ Feria ſexta. Epla. Ad Romanos.

Caṗ 14 C Fratres. Scio ⁊ cōfido in dño ieſu: qꝛ nichil cōmune per ipſuꝫ: niſi ei qui exiſtimat quid cōmune eſſe/ illi cōmune eſt. Si enim propter cibum frater tuus ſcādalizatur/ aut cōtriſtatur: iam nō ſecundū caritatē ambulas. Noli cibo tuo illū perdere: ꝓ quo chriſtus mortuus eſt. Nō ergo blaſphemetur bonū noſtrū. Nō eſt enim regnum dei eſca ⁊ potus: ſed iuſtitia pax ⁊ gaudiū in ſpiritu ſancto. Qui eniꝫ in hoc ſeruit xp̄o: placet deo/ ⁊ ꝓbatus eſt hominibus. Itaqꝫ que pacis ſunt ſectemur: ⁊ que edificationis ſunt inuicem cuſtodiamus. Noli ꝓpter eſcā deſtruere opus dei. Omnia quidē munda ſunt ſed malū eſt homini qui per offendiculū mādūcat. Bonum eſt nō mādūcare carnē/ ⁊ non bibere vinū: neqꝫ in quo frater tuus offenditur/ aut ſcandalizatur/ aut infirmatur. Tu fidē quā habes: penes temetipſum habe corā deo. Beatus qui nō iudicat ſemetipſuꝫ: in eo qđ ꝓbat. Qui autē diſcernit ſi mādūcauerit: dānatus eſt/ qꝛ non eſt ex fide. Omne autē quod nō eſt ex fide: peccatū eſt. ¶ Euāgeliū Secūdū Lucā.



Caṗ 14 E In illo tp̄e Deſcēdit ieſus in capharnauꝫ ciuitatem galilee ibi qꝫ docebat illos ſabbatis. Et ſtupebant in doctrina eius qꝛ in poteſtate erat ſermo ipſius. Et in ſynagoga erat homo habēs demoniū immūdū: et exclamauit voce magna dicēs. F Sine. Quid nobis ⁊ tibi ieſu nazarene? Veniſti perdere nos? Scio te: qꝛ ſis ſanct⁹ dei. Et increpauit illū ieſus dicēs. Obmuteſce ⁊ exi ab eo. Et cū ꝓieciſſet illud demoniū in mediū: exijt ab illo nichilqꝫ illū nocuit. Et factus eſt pauor in omībus ⁊ colloquebātur adinuicem dicentes. Quid eſt hoc verbū: quia in poteſtate ⁊ virtute imperat ſpiritibus immundis/ ⁊ exeunt? Et diuulgabatur fama de illo: in omnem locum regionis.

¶ Dñica. iij. poſt oct. epy. Officium.

Adorate deū oēs angeli eius: audiuit ⁊ letata eſt ſyō/ et exultauerūt filie iude. ṗ.96 ṗs. Dñs regnauit exultet terra: letētur inſule multe. Ibis Gloria patri.

Oratio.

Omnipotens ſempiterne deus infirmitatem noſtram propicius reſpice: atqꝫ ad protegendum nos dexteram tue maieſtatis extende. Per dominum noſtrum.

¶ Ad romanos.

Caṗ 12 D Fratres. Nolite eſſe prudentes apud voſmet ipſos. Nulli malū: pro malo reddentes. Prouidentes bona: non tantum coram deo: ſed etiam coram omnibus hominibus. Si fieri poteſt quod ex vobis eſt cum omnibus hominibus pacem habētes. Non voſmet ipſos defendentes chariſſimi ſed date locum ire. Scriptum eſt enim. Michi vindictam: et ego retribuā dicit dñs. Sed ſi eſurierit inimic⁹ tuus: ciba illum. Si ſitit: potum da illi. Hoc enim faciens: carbones ignis congeres ſuper caput eius. Noli vinci a malo: ſed vince in bono malum. Građ.

Timebunt gentes nomen tuum domine: ⁊ ṗ 101 oēs reges terre gloriam tuam. ℣. Quopſal. 101. niam edificauit dominus ſyon: ⁊ videbitur in maieſtate ſua. Alla. ℣. Dñs regnauit exultet terra: letentur inſule multe. ꝑ,96

¶ Euangeliũ Secundum mattheũ.



caꝑ. 8. A In illo tẽpore. Cũ deſcendiſſet ieſꝰ de monte: ſecute ſunt euz turbe multe. Et ecce leproſus veniens: adorabat euz dicẽs. Domine: ſi vis/potes me mũdare. Et extendens ieſus manũ: tetigit eũ dicẽs. Volo: mundare. Et cõfeſtim mũdata eſt lepra eiꝰ. Et ait illi ieſus. Vide nemini dixeris: ſed vade oſtende te ſacerdoti: ⁊ offer munꝰ tuũ qđ precepit moyſes in teſtimoniũ illis. Cũ autẽ itroiſſet capharnaũ: acceſſit ad eũ centurio rogans eũ et dicens. Dñe/puer meus iacet in domo paralyticus: ⁊ male torquetur. Et ait illi ieſus. Ego veniã: ⁊ curabo eũ. Et reſpõdẽs centurio: ait. Dñe/ nõ ſum dignꝰ vt itres ſub tectũ meũ: ſed tantũ dic verbo/et ſanabitur puer meꝰ. Nã et ego hõ ſum ſub poteſtate cõſtitutꝰ: habens ſub me milites Et dico huic vade: ⁊ vadit. Et alio veni et venit. Et ſeruo meo fac hoc: ⁊ facit. Audiens autẽ ieſus miratus eſt: et ſequẽtibꝰ ſe dixit. Amẽ dico vobis: nõ inueni tantã fidẽ in iſrael. Dico autẽ vobis: ꝙ multi ab oriente ⁊ occidente veniẽt/ ⁊ recũbent cũ abraham ⁊ yſaac et iacob i regno celorũ. Filii aũt regni eiiciẽtur i tenebras exteriores: ibi erit fletus ⁊ ſtridor dentiũ. Et dixit ieſus centurioni. Vade/et ſicut credidiſti: fiat tibi. Et ſanatꝰ eſt puer: i illa hora.

Offer. Dextera dñi fecit virtutem/dextera domini exaltauit me: non moriar ſed viuam: ⁊ narrabo opera domini. pſal 117. Secreta.

Vite perpetue myſteria venerãda recolimus te dñe deprecãtes: vt et deuotis eadem ſacrificiis/et dignis operibus aſſequamur. Per. Prefatio quotidiana. Cõio Mirabant oẽs de his que procedebant de ore dei. Luce 4.D Poſtcõio.

Quos tantis dñe largiris vti myſteriis: preſta qs: vt effectibꝰ eorũ nos veraciter aptare digneris. Per dñm. ¶ Feria quarta ad Romanos.

caꝑ. 15. Fratres. Obſecro vos per dñm noſtrũ ieſum chriſtũ ⁊ per caritatẽ ſpũſſcti: vt adiuuetis me in orõibꝰ veſtris ad deũ. Ut liberer ab infidelibus qui ſunt in iudea: et obſequii mei oblatio accepta fiat i hieroſolyma ſanctis. Ut veniam ad vos in gaudio per volũtatẽ dei: vt refrigerer vobiſcum. Deus autem pacis: ſit cum omnibus vobis. Amen. Secundum Marcum.

ca. 3. A In illo tpe. Intrauit ieſus in ſynagogam: ⁊ erat ibi homo habẽs manũ aridã/ ⁊ obſeruabãt eũ ſi ſabbatis curaret vt accuſarent illũ. Et ait homini habenti manũ aridã. Surge in mediũ. Et dixit eis. Licet ſabbatis benefacere/an male: animã ſaluã facere an perdere? At illi tacebant. Et circunſpiciens eos cum ira: contriſtatus ſuper cecitate cordis eorum/ dixit homini. Extende manum tuam. Et extendit. Et reſtituta eſt manus illi.

¶ Feria vi. Epiſtola. Ad Corinthios

caꝑ. 3. C Fratres Neſcitis: quia templum dei eſtis/ ⁊ ſpũs dei habitat in vobis? Si quis autẽ templũ dei violauerit: diſperdet illũ deus. Templũ enim dei ſanctum eſt: qđ eſtis vos. Nemo ſe ſeducat. Si quis videtur inter vos ſapiens eſſe in hoc ſeculo: ſtultus fiat vt ſit ſapiens. Sapiẽtia enĩ huius mũdi: ſtulticia eſt apud deũ. Scriptũ eſt enĩ. Cõprehendã ſapiẽtes: in aſtutia eorũ.

Et iterũ. Dñs nouit cogitationes ſapientiũ: quoniã vane ſũt. Nemo itaqꝫ glorietur: in hominib⁹. Omnia enim veſtra ſunt: ſiue paulus/ ſiue appollo/ ſiue cephas/ ſiue mundus / ſiue vita/ ſiue mors/ ſiue preſentia/ ſiue futura. Oia enim veſtra ſunt. Uos autẽ xp̄i: chriſtus autem dei. Scdm Mattheũ.

mat. 4. D In illo tp̄e. Circuibat ieſus totam galileã: docens in ſynagogis eorũ/ et predicans euãgeliũ regni/ ⁊ ſanans omnẽ languorẽ ⁊ omnẽ infirmitatẽ in pp̄lo. Et abiit opinio ei⁹: in totã ſyriã. Et obtulerũt ei oẽs male habẽtes variis languorib⁹ ⁊ tormentis cõprehenſos: et q̄ demõia habebãt/ ⁊ lunaticos/ et paralyticos et curauit eos. Et ſecute ſunt eũ turbe multe. ¶ Dñica. iiij. poſt octauas epyphanie. Officium.

ꝑ.96 Adorate dominũ oẽs angeli ei⁹/ audiuit et letata eſt ſyon ⁊ exultauerunt filie iude ꝑs. Ibid Dñs regnauit exultet terra: letentur inſule multe. Gloria pri. Oratio.

Deus qui nos in tantis periculis cõſtitutos ꝓ humana ſcis fragilitate nõ poſſe ſubſiſtere: da nobis ſalutẽ mentis ⁊ corporis: vt ea que ꝓ peccatis noſtris patimur/ te adiuuãte vincamus. Per dñm nr̃m. Ad Romanos

cap. 13. C Fratres. Nemini quicq̄ debeatis: niſi vt inuicẽ diligatis. Qui enĩ diligit proximũ: legẽ impleuit. Nã nõ adulterabis: nõ occides/ nõ furaberis nõ falſum teſtimoniũ dices/ nõ concupiſces rem proximi tui. Et ſi qđ eſt aliud mandatum: in hoc verbo inſtauratur. Diliges proximũ tuũ: ſicut teipſum. Dilectio proximi: malũ nõ operatur. Plenitudo ergo legis: eſt dilectio. Gr.

pſal. 101. Gos. Timebunt gentes nomẽ tuum domine: et omnes reges terre gloriam tuam. ꝟ. Quoniam edificauit dñs ſyon: et videbitur in maieſtate ſua. All'a. ꝟ. Dominus regnauit exultet terra: letentur inſule multe. ꝑ.96

¶ Euangelium. Scdm Mattheum.



cap. 8. C In illo tẽpore Aſcẽdẽte ieſu in nauiculam: ſecuti ſunt eum diſcipuli eius. Et ecce mot⁹ magnus factus eſt ĩ mari: ita vt nauicula operiretur fluctibus. Erat autẽ illis: ventus cõtrarius. Ipſe vero dormiebat. Et acceſſerunt ad eum diſcipuli eius: et ſuſcitauerunt eũ dicẽtes. Dñe/ ſalua nos: perimus. Et dicit eis ieſus. Quid timidi eſtis modice fidei? Tunc ſurgens ĩperauit vẽtis ⁊ mari/ et facta eſt trãquillitas magna. Porro homines mirati ſunt dicẽtes. Qualis eſt hic: quia venti ⁊ mare: obediũt ei? Offer. Dextera dñi fecit virtutem/ dextera domini exaltauit me: non moriar ſed viuam: ⁊ narrabo opera domini. Secreta. pſal. 117.

Concede q̄s oĩps de⁹/ vt huius ſacrificii mun⁹ oblatũ: fragilitatẽ noſtrã ab oĩ malo purget ⁊ muniat. P. Prefatio quotid. Cõio. Mirabant oẽs de his q̄ procedebant de ore dei. Poſtcõio. Luce 4. D

Munera tua nos deus / et a delectationibus terrenis expediant et celeſtibus ſemp̄ inſtaurãt alimẽtis.

¶ Feria quarta Ad Corinthios.

1. cap. 7. A Fratres. Bonum eſt homini mulierẽ nõ tangere. Propter fornicationẽ autẽ vnuſquiſqꝫ vxorẽ ſuã habeat: ⁊ vnaqueqꝫ mulier virũ ſuũ habeat. Uxori vir debitũ reddat: ſimiliter autẽ et vxor viro. Mulier ſui cor-

poris poteſtatem non habet / ſed vir. Similiter autẽ et vir/ſui corporis poteſtatem nõ habet: ſed mulier. Nolite fraudare inuicem: niſi forte ex conſenſu ad tempus vt vacetis orationi. Et iterum reuertimini in idipſum: ne tẽtet vos ſathanas: propter incontinentiam veſtram. Secundum Lucam.

cap. 9. G IN illo tpe. Factum eſt ambulantibus diſcipulis ĩ via: dixit quidã ad ieſum. Sequar te quocumqȝ ieris. Dixit illi ieſus. Vulpes foueas habẽt et volucres celi nidos: filius autẽ hominis nõ habet vbi caput ſuũ reclinet. Ait autẽ ad alterũ. Sequere me. Ille autẽ dixit. Dñe/permitte michi primũ ire: et ſepelire patrẽ meum. Dixitqȝ ei ieſus. Sine vt mortui ſepeliant mortuos ſuos: tu autẽ vade ⁊ annuncia regnum dei. Et ait alter. Sequar te domine: ſed primũ permitte michi renũciare his que domi ſunt. Et ait ad illũ ieſus. Nemo mittens manũ ſuam ad aratrum: et aſpiciens retro: aptus eſt regno dei. ¶ Feria. vi. ad Corinthios

1. ca. 7. D FRatres. Vnuſquiſqȝ in qua vocatione vocatus eſt: in ea permaneat. Seruꝰ vocatꝰ es: nõ ſit tibi cure. Sed ⁊ ſi potes fieri liber: magis vtere. Qui enim in domino vocatus eſt ſeruus: libertꝰ eſt domini. Similiter qui liber vocatus eſt: ſeruus eſt chriſti. Precio empti eſtis: nolite fieri ſerui hominum. Vnuſquiſqȝ in qua vocatione vocatus eſt frater: in hac permaneat apud deum. Secundum Marcũ

cap. 10 B IN illo tpe. Offerebant ieſus paruulos vt tãgeret illos. Diſcipuli autẽ cõminabantur offerẽtibꝰ. Quos cum videret ieſus: indigne tulit/et ait illis. Sinite paruulos venire ad me: ⁊ ne prohibueritis eos. Taliũ enim eſt regnũ dei. Amen dico vobis: quiſquis non receperit regnum dei velut paruulus nõ intrabit ĩ illud. Et cõplexãs eos: ⁊ imponens manꝰ ſuper illos: benedicebat eos. ¶ Dominica quinta poſt octauas epyphanie. Officium.

ADorate deum omnes angeli eius/audiuit et letata eſt ſyon/⁊ exultauerunt filie iude. ps. Dominus regnauit exultet terra: letentur inſule multe. Gloria patri et filio ⁊ ſpũi ſctõ. Sicut erat. Oratio. p.96 Eod.

FAmiliam tuam queſumus domine continua pietate cuſtodi: et que in ſola ſpe gratie celeſtis innititur: tua ſemper protectiõe muniatur. Per dominum noſtrum ieſum chriſtum filium tuum. Qui tecũ viuit et regnat in vnitate ſpũs ſcti deꝰ. Per omnia ſecla ſeclorũ. amẽ. Ad Colocẽſes

FRatres. Induite vos ſicut electi dei ſancti et dilecti viſcera miſericordie: manſuetudinem/benignitatem/ humilitatem / modeſtiam/ patientiam/ſupportantes inuicem/⁊ donantes vobiſmetipſis ſi quis aduerſus aliquem habet querelam. Sicut et dominus donauit vobis: ita et vos. Super omnia autem hec caritatẽ habete: quod eſt vinculum perfectionis. Et pax chriſti exultet in cordibus veſtris: in qua et vos vocati eſtis in vno corpore et grati eſtote. Verbum chriſti habitet in vobis abundanter / in omni ſapientia docentes/ et commonentes voſmetipſos ĩ pſalmis et hymnis et canticis ſpiritualibus in gratia: cantantes in cordibus veſtris deo. Omne autem quodcumqȝ facitis in verbo aut in opere: omnia in nomine domini noſtri ieſu chriſti facite/gratias agentes deo ⁊ patri. Per ieſum chriſtum dominũ noſtrũ. Gr. cap. 3. B

Timebunt gentes nomen tuum domine: ⁊ omnes reges terre gloriam tuam. ℣ Quoniam edificauit dominus ſyon: ⁊ videbitur in maieſtate ſua. Alla. ℣ Dñs regnauit exultet terra: letentur inſule multe. pſal. 191. Ibid p.96

¶ Euangeliū. Secundū Mattheum cap. 13.C



IN illo tēpore. Dixit Jesus discipulis suis parabolā hāc. Simile factū est regnum celorum homini qui seminauit bonū semen: in agro suo. Cū autē dormirēt homines: venit inimic⁹ ei⁹ ⁊ supseminauit zizania in medio tritici: ⁊ abiit. D Cū autem creuisset herba et fructū fecisset: tunc apparuerūt ⁊ zizania. Accedentes aūt serui patrisfamilias. Dixerūt ei. Dñe nōne bonū semē seminasti i agro tuo? Unde ergo habet zizania? Et ait illis. Inimicus hō: hoc fecit. Serui autē dixerunt ei. Uis imus/⁊ colligimus ea? Et ait. Non. Ne forte colligētes zizania: eradicetis simul cū eis ⁊ triticum. Sinite vtraqꝫ crescere vsqꝫ ad messē: et in tpe messis dicā messorib⁹. Colligite primū zizania: ⁊ alligate ea i fasciculos ad cōburēdū. Triticū aūt ꝯgregate: i horreū meū. Offer. psal. 117. Dextera dñi fecit virtutē dextera dñi exaltauit me: nō moriar sed viuā ⁊ narrabo opa dñi. Secreta

Suscipe q̄s dñe tuoꝝ oblationes/ precesqꝫ seruoꝝ: vt sub tue ꝓtectionis auxilio ⁊ collata nō ꝑdant/et q̄ expetunt apprehendant. p d. Prefatio quotidiana. Cōio. Luce 4.D Mirabātur omnes de his que ꝓcedebant de ore dei. Postcōio.

Deus q̄ nos sacramēti tui participatiōe ꝯtingis: ꝟtutis ei⁹ effect⁹ in nr̄is cordib⁹ opare: vt muneri diuino qd̄ sumpsim⁹/ ꝑ ipsum mun⁹ aptemur. p do. ¶ Fer. iiij. Ad timotheum.

Charissime. Obsecro primū oīm fieri obsecratiōes: orōnes/postulationes/grāꝝ actiones ꝓ oib⁹ hoib⁹ 1.2. ca.A Pro regib⁹ ⁊ oib⁹ q̄ in sublimitate sūt cōstituti: vt quietā ⁊ tranquillā vitam agam⁹ i oī pietate ⁊ castitate. Hoc enī B bonū est: ⁊ acceptū corā saluatore nostro deo. Qui oēs homies vult saluos fieri ⁊ ad agnitionē veritatis venire. Un⁹ enī de⁹: vn⁹ ⁊ mediator dei ⁊ hominū/hō xp̄s iesus. Qui dedit semetipsum redēptionē ꝓ oib⁹: cui testimoniū tempoꝛib⁹ suis ꝯfirmatū est/i quo posit⁹ sū ego ꝑdicator ⁊ apl's. Ueritatē dico: nō mētior doctor gētiū i fide ⁊ veritate. ¶ Euāgeliū. Secūm Mattheū



IN illo tēpore. cap. 21.C Dixit iesus turbis iudeoꝝ. Hō quidam habebat duos filios et accedens ad primū dixit. Fili/ vade hodie operari in vineam meam. Ille autem respondens: ait. Nolo. Postea autem penitentia motus: abiit. Accedēs autē ad alterum: dixit similiter. At ille respondens: ait. Eo domine. Et nō iuit. Quis ex duobus fecit voluntatē patris? Dicunt ei. Primus. Dicit illis iesus. Amen dico vobis: quia publicani et meretrices precedent vos in regno dei. Uenit enim ad vos iohannes in via iustitie: ⁊ non credidistis ei. Publicani autē et meretrices crediderunt ei: vos autē videntes/nec penitētiam habuistis postea vt crederetis ei. Qui habet aures audiendi audiat.

¶ Dominica in ſeptuageſima. Ad miſſam. Officium.

ps.17 Circundederunt me gemit⁹ mortis: dolores inferni circundederūt me: ⁊ in tribulatione mea inuocaui dñm/⁊ exaudiuit de tēplo ſancto ſuo vocē meā. Eod. ps. Diligam te dñe fortitudo mea: dominus firmamentum meū ⁊ refugium meum et liberator me⁹. Gloria patri. ¶ Ab hac die vſqʒ ad vigil. paſche non dicitur Glīa in excelſis. de quocūqʒ dr̄ miſſa niſi ep̄s in cena dñi celebra. Oratio.

Preces populi tui q̄s dñe clementer exaudi: vt qui iuſte ꝑ peccatis nr̄is affligimur: ꝓ tui noīs glīa miſericorditer liberemur. ꝑ. Ad Corinthios

1. cap. 9. D Fratres. Neſcitis ꝙ hi qui in ſtadio currunt: oēs quidē currunt/ſed vnus accipit brauiū. Sic currite: vt cōprehēdatis. Omnis enim qui in agone contendit: ab oībus ſe abſtinet. Et illi quidē vt corruptibilem coronā accipiant: nos aūt incorruptam. Ego igitur ſic curro: nō quaſi in certū. Sic pugno: nō quaſi aerē verberans. Sed caſtigo corpus meū/et in ſeruitutē redigo: ne forte cum alijs predicauerim: ipſe reprob⁹ efficiar. cap. 10 A Nolo autem vos ignorare fratres: quoniā patres noſtri omnes ſub nube fuerunt: et oēs mare tranſierunt et oēs in moyſe baptizati ſunt in nube et in mari. Et oēs eandē eſcam ſpiritalem manducauerunt: et oēs eundē potum ſpiritalem biberunt B Bibebāt aūt de ſpiritali: conſequente eos petra. Petra autem erat chriſtus.

ps.9 Gr. Adiutor in oportunitatibus/in tribulatione ſperent in te qui nouerūt te: qm̄ nō Ibid derelinquis querentes te dñe. ℣. Qm̄ nō in finem obliuio erit pauperis/patientia pauperum non peribit in eternum: exurge domine nō preualeat homo. Nō repetatur grad. qñ dicit̄ tractus. vt s. Tractus.

pſal. 129. et oia infra De profundis clamaui ad te dñe: dñe exaudi vocem meam. ℣. Fiant aures tue intendentes: in orationem ſerui tui. ℣. Si iniquitates obſeruaueris domine: domine quis ſuſtinebit? ℣. Quia apud te propiciatio eſt: et propter legem tuam ſuſtinui te domine. Secundum Mattheum



cap. 2. A In illo tēpore Dixit ieſus diſcipulis ſuis parabolā hanc. Sil̄e eſt regnum celorum homini patrifamilias: qui exijt primo mane cōducere operarios in vineam ſuam. Cōuentione autem facta cum operarijs ex denario diurno: miſit eos in vineā ſuā. Et egreſſus circa horam tertiam: vidit alios ſtantes in foro ocioſos/et dixit illis. Ite et vos in vineam meā: ⁊ qđ iuſtum fuerit dabo vobis. Illi autē abierunt. Iterum autem exijt circa ſextam et horam nonā: et fecit ſimiliter. Circa vndecimā vero exijt: ⁊ inuenit alios ſtantes/⁊ dixit illis. Quid hic ſtatis tota die ocioſi? Dicunt ei. Quia nemo nos conduxit. Dicit illis. Ite ⁊ vos in vineā meam. Cum ſero autē factum eſſet: dixit dñs vinee procuratori ſuo. Uoca opārios et redde illis mercedē: incipiens a nouiſſimis vſqʒ ad primos. B Cum veniſſent ergo qui circa vndecimā horā venerant: acceperūt ſingulos denarios. Uenientes autē ⁊ primi: arbitrati ſunt ꝙ plus eſſent accepturi. Acceperunt autē ⁊ ipſi: ſingulos denarios. Et acci

pientes/murmurabāt aduersus patrẽ
familias: dicentes. Hi nouissimi vna
hora fecerunt: ⁊ pares illos nobis fecisti/
qui portauim⁹ pondus diei ⁊ estus.
At ille respōdens vni eorū dixit. Amice/
nō facio tibi iniuriā. Nōne ex denario
cōuenisti mecū? Tolle qđ tuū est:
et vade. Volo autē et huic nouissimo
dare: sicut et tibi. An non licet michi
qđ volo facere? An oculus tuus neq̄
C est: quia ego bonus sum? Sic erūt nouissimi
primi: ⁊ primi nouissimi. Multi
enim sunt vocati: pauci vero electi.
ps. 91 Offer. Bonum est confiteri dn̄o: ⁊ psallere
nomini tuo altissime. ℣. Quoniam magnificata
Ibid sunt opera tua dn̄e: nimis profunde
Ibid facte sunt cogitationes tue. ℣. Ecce inimici
tui domine peribunt: et dispergētur omnes
qui operantur iniquitatem. Secreta.

Muneribus nostris quesum⁹ domine
precibusq̄ susceptis/et celestib⁹
nos mūda mysterijs: ⁊ clementer
exaudi. Per. Prefatio quotidiana
ps. 30 Cōio. Illumina faciem tuam super seruū
tuū/saluū me fac in tua mīa dn̄e non confundar
quoniam inuocaui te. Postcōio.

Fideles tui deus per tua dona firmētur:
vt eadē ⁊ percipiendo requirant/
⁊ querēdo sine fine percipiāt. Per do.

¶ Sciendū est q̄ seruitiū huius diei
non differtur ꝓpter aliqđ festū nisi cū
purificat. beate marie vel dedicatio ecclesie
in hac die contigerit: tunc enim
differatur vsq̄ ad. iij. fer. et tractus.
De profundis. pretermittatur: quoniā
in ferialib⁹ dieb⁹ nō dicit tractus ante
iiij. fer. in capite ieiunij nisi tātum in
missis ꝓ defunctis: nec etiā in fer. sine
regimine chori. Quodcūq̄ vero aliud
festum i hac do. vel in aliqua do. vsq̄
ad passionē dn̄i contigerit: semp differatur/
licet dup. fes. fue. et fiat seruitiū
de ipsa dn̄ica nulla facta de fes. memoria:
nisi sit fes. iij. lec. qđ non differtur:
sed tūc de eo fiat mēoria: vsq̄ ad. xl. tātū.
A quarta autē fer. in capite ieiunij
vsq̄ i crastinū oct. pasche nisi fiat ad
missam de fes. iij. lc. nec etiam mēoria.

¶ Fer. iiij. Epla. Ad Corinthios.

Fratres. Si opertum est euange- 2. co.
lium nostrum: in his qui pereūt 4. B
est opertum. In quibus de⁹ huius seculi
excecauit mentes infidelium: vt
non fulgeat illuminatio euāgelij glorie
christi/qui est ymago dei. Non enī
nosmetipsos predicam⁹ sed iesum christum
dominū nostrum: nos autem seruos
vestros per iesum. Quoniam de⁹
qui dixit de tenebris lucem splendescere:
ipse illuxit in cordibus nostris ad
illuminationem sciētie claritatis dei/
in facie christi iesu. Habemus autem
thesaurum istum absconditum in vasis
fictilibus: vt sublimitas sit virtutis
dei/et non ex nobis. In omnib⁹ tribulationē
patimur: sed non angustiamur.
Aporiamur: sed nō destituimur. C
Persecutionem patimur: sed non derelinquimur.
Humiliamur: sed nō confundimur.
Deiicimur: sed non perimus.
Semper mortificationem iesu
christi in corpore nostro circumferentes:
vt et vita iesu in corporibus nostris
manifestetur. Semper enim nos
qui viuimus/in mortem tradimur ꝓpter
iesum: vt et vita iesu manifestetur
i carne nostra mortali. Ergo mors
in nobis operatur: vita autem in vobis.
¶ Secundum Mattheum.

In illo tēpore Egressus iesus ibat
per galileam nec volebat quenq̄ cap.
scire. Docebat autē discipulos suos: ⁊ 9. E
dicebat illis. Quoniā filius hominis
tradetur in manus hominū/⁊ occidēt
eū: ⁊ occisus tertia die resurget. At illi
ignorabant verbū: ⁊ timebāt eū interrogare.
Et venerūt capharnaū. Qui
cum domi essent: interrogabat eos.
Quid in via tractabatis? At illi tacebant.
Siquidē inter se in via disputauerant:
quis esset eorū maior. Et residens
vocauit duodecim: ⁊ ait illis. Si

quis vult prim⁹ eſſe: erit oīm nouiſſimus/
⁊ oīm miniſter. Et accipiēs puerū:
ſtatuit eū in medio eoꝝ. Quē cū cōplex⁹
eſſet: ait illis. Quiſquis vnū ex
huiuſmodi pueris receperit ī nomine
meo: me recipit. Et quicūqꝫ me ſuſceperit:
nō me ſuſcipit/ ſed eum qui me
miſit. Qui habet aures audiendi: audiat.
¶ Feria. vi. Ad Corinthios.

cap. 2,4. C Fratres. Habētes ſpiritum fidei
ſicut ſcriptū eſt. Credidi ꝓpter
qđ locut⁹ ſum: ⁊ nos credim⁹ ꝓpter qđ
et loquimur/ ſciētes qm̄ q̇ ſuſcitauit ieſum
⁊ nos cū ieſu ſuſcitabit/ ⁊ ꝯſtituet
vobiſcū. Oia enim ꝓpter vos vt grā
D abūdans ꝑ multas grārū actiōes: abūdet
ī gloriā dei ꝓpter qđ nō deficimus.
Sed licet is q̇ foris eſt nr̄ hō corrūpat̄:
tamē is q̇ int⁹ eſt renouat̄ de die ī diē.
Id eni qđ in ꝑſenti eſt momētaneū et
E leue tribulationis nr̄e: ſupramodū in
ſublimitate eternū glīe pōdus operat̄
in nobis/ nō cōtēplantib⁹ nobis q̄ vidētur:
ſed q̄ nō videtur. Que eni videntur:
tēporalia ſunt. Que autē nō vidētur:
eterna ſunt. Scd̄m Mattheum.

cap. 12. C In illo tēpore. Dixit ieſus phariſeis.
Qui nō eſt mecum: cōtra me
eſt: ⁊ qui nō cōgregat mecum/ ſpargit.
Ideo dico vobis. Omne pctm̄ ⁊ blaſphemia
remittet̄ hominib⁹: ſpūs autē
blaſphemie non remittet̄. Et quicūqꝫ
dixerit ꝟbū cōtra filiū hominis: remittetur
ei. Qui autē dixerit contra ſpm̄
ſanctū: nō remittet̄ ei/ neqꝫ ī hoc ſeculo/
neqꝫ ī futuro. Aut facite arborē bonā
⁊ fructū ei⁹ bonū: aut facite arborē
malā ⁊ fructū ei⁹ malum. Siquidē ex
fructu: arbor cognoſcitur. Progenies
viperarū: quō poteſtis bona loqui cū
ſitis mali? Ex abūdātia eni cordis os
loquit̄. Bonus hō: de bono theſauro
ꝓfert bona. Et malus hō: de malo theſauro:
ꝓfert mala. Dico autē vobis:
qm̄ omne verbū ocioſum qđ locuti fuerint
homines: reddent rationē de eo in
die iudicij. Ex verbis eni tuis iuſtificaberis:
et ex verbis tuis condemnaberis.
¶ Dominica in .lx. Officium.

Exurge quare pſal. 43.
obdormis dn̄e/ exurge
et ne repellas ī finē:
quare faciē tuam
auertis/ obliuiſceris
tribulationē noſtrā
adheſit in terra venter noſter: exurge
domine adiuua nos et libera nos. ℣s.
Deus auribus noſtris audiuimus: patres Ibid
noſtri annunciauerunt nobis. Oratio.

Deus qui conſpicis quia ex nulla
noſtra actione confidimus: concede
propicius/ vt cōtra omnia aduerſa
doctoris gentium protectione muniamur.
Per dn̄m noſtrū ieſum xp̄m.
Hec ſequēs epiſtola tota legatur hac
die tantū: quādo vero dicitur per ebdō.
ſemꝑ incipiatur ad iſtam clauſulam.
Damaſci prepoſitus. et elegatur vſqꝫ
ad finem. Ad Corinthios.

Fratres. Libenter ſuffertis inſipientes: 2.ca.
cum ſitis ipſi ſapientes 11. D
Suſtinetis enim ſi quis vos in ſeruitutem
redigit: ſi quis deuorat: ſi quis
accipit/ ſi quis extollitur/ ſi quis in faciē
vos cedit. Secundū ignobilitatem
dico: quaſi nos infirmi fuerim⁹ in hac
parte. In quo quis audet in inſipientia
dico: audeo et ego. Hebrei ſunt: et
ego. Iſraelite ſūt ⁊ ego. Semē abrahe
ſunt: ⁊ ego. Miniſtri chriſti ſūt: ⁊ ego
Ut minus ſapiens dico: plus ego. In
laborib⁹ plurimis: in carcerib⁹ abundantius:
in plagis ſupra modū/ in mortibus
frequenter. A iudeis quinquies
quadragenas vna minus accepi. Ter
virgis ceſus ſum: ſemel lapidat⁹ ſum/
ter naufragium feci. Nocte ac die: in
profundum maris fui. In itineribus F
ſepe: periculis fluminū/ periculis latronū/
periculis ex genere/ ꝑiculis ex
gentib⁹/ periculis in ciuitate/ ꝑiculis

in ſolitudine/ periculis in mari/ periculis
in falſis fratribus. In laboꝛe et
erūna: in vigilijs multis. In fame et
ſiti: i ieiunijs multis. In frigoꝛe et nuditate:
pꝛeter illa que extriſecus ſunt/
inſtantia mea quotidiana ſollicitudo
omniū eccleſiarum. Quis infirmat̄/
et ego non infirmoꝛ? Quis ſcandalizatur/
G et ego nō vroꝛ? Si gloriari opoꝛtet:
que infirmitatis mee ſunt gloꝛiaboꝛ.
Deus et pater domini noſtri ieſu
chriſti ſcit qui eſt benedictus in ſecula:
ꝙ non mentioꝛ. Diuiſio.

Damaſci pꝛepoſitus gentis arethe regis:
cuſtodiebat ciuitatem damaſcenorum:
vt me cōpꝛehenderet. Et per feneſtrā
in ſpoꝛta dimiſſus ſum ꝑ murū
12.ca et ſic effugi manus eius. Si gloꝛiari
pi. A oportet: non expedit quidem. Veniam
autem ad viſiones: ⁊ reuelatiões dñi.
Scio hominem in chriſto/ ante annos
quattuoꝛdecim ſiue in coꝛpoꝛe/ ſiue extra
coꝛpus neſcio deꝰ ſcit: raptū huiuſmodi
vſqȝ ad tertiū celum. Et ſcio huiuſmodi
hominem ſiue in coꝛpoꝛe ſiue
extra coꝛpus neſcio deus ſcit: quoniā
raptus eſt in paradiſum/ et audiuit archana
verba que nō licet homini loqͥ.
Pꝛo huiuſmodi gloꝛiaboꝛ: pꝛo me autē
nichil/ niſi in infirmitatibꝰ meis. Nā
et ſi voluero gloꝛiari: nō ero inſipiens
Veritatem enim dicam. Parco autē
ne quis me exiſtimet ſupꝛa id qđ videt
in me: aut audit aliquid ex me. Et ne
magnitudo reuelationū extollat me:
datus eſt michi ſtimulus carnis mee
angelus ſathane qui me colaphiſet.
C Pꝛopter quod ter dominū rogaui/ vt
diſcederet a me: et dixit michi. Sufficit
tibi gratia mea. Nam virtus: in infirmitate
perficitur. Libenter igitur
gloꝛiaboꝛ in infirmitatibus meis. Vt
inhabitet in me virtus chriſti. Grad.
ps. 82 Sciant gentes quoniam nomen tibi deus/
tu ſolus altiſſimus ſuper omnem terram.
Ibid ℣. Deus meus pone illos vt rotam ⁊ ſicut
ſtipulam ante faciem venti. Tractus.

Commouiſti dñe terrā et conturbaſti ps. 59
eam. ℣. Sana cōtritiones eius quia Ibid
mota eſt. ℣. Vt fugiant a facie arcus: vt liberentur Ibid
dilecti tui. Secundum Lucam.



cap. 8. A In illo tēpoꝛe. Cū turba plurima conueniret: ⁊ de ciuitatibus pꝛoperarent ad ieſum: dixit ꝑ ſimilitudinē. Erit qui ſeminat: ſeminare ſemen ſuū. Et dū ſeminat: aliud
cecidit ſecus viam ⁊ conculcatum eſt/
et volucres celi comederunt illud. Et
aliud cecidit ſupꝛa petrā: ⁊ natū aruit
quia non habebat humoꝛem. Et aliud
cecidit inter ſpinas: et ſimul exoꝛte ſpine
ſuffocauerunt illud. Et aliud cecidit
in terram bonā: et oꝛtum fecit fructum
centuplū. Hec dicens/ clamabat
Qui habet aures audiendi audiat. B
Interrogabant autē eū diſcipuli eiꝰ: q̄
eſſet hec parabola. Quibus ipſe dixit.
Vobis datū eſt noſſe myſteriū regni
dei: ceteris autē in parabolis/ vt videntes
nō videant/ ⁊ audientes nō intelligant.
Eſt autē hec parabola. Semen
eſt verbū dei. Qui autē ſecus viam:
hi ſunt qui audiūt. Deinde venit dyabolus/
⁊ tollit verbū de coꝛde eoꝝ: ne
credentes ſalui fiant. Nam qui ſupꝛa
petram: qui cū audierint cū gaudio ſuſcipiunt
ꝟbū. Et hi radices nō habēt:
quia ad tēpus credunt/ ⁊ in tēpoꝛe tentationis
recedūt. Quod autē ī ſpinas C
cecidit: hi ſunt qui audierūt/ ⁊ a ſollicitudinibꝰ
⁊ diuitijs ⁊ voluptatibꝰ vite

eſtes ſuffocãtur/ ⁊ non referũt fructũ
Qđ aũt in bonã terrã: hi ſunt q̃ in cor
de bono ⁊ optĩo audiẽtes ꝟbũ retinẽt.
Et fructũ afferũt in patiẽtia. Offerī.
ſ.16 Perfice greſſus meos i ſemitis tuis vt non
moueãtur veſtigia mea/ inclina aurẽ tuã ⁊
exaudi verba mea: mirifica miãs tuas qui
Ibid ſaluos facis ſperantes in te dñe. ℣. Exau-
di dñe iuſtitiã meã: itẽde deprecationẽ meã/
Ibid auribus pcipe orõnẽ meã. ℣. Cuſtodi me
dñe vt pupillã oculi ſub vmbra alaꝝ tuarũ
ꝓtege me/ eripe me dñe ab ipio. Secreta.

INtende q̃s dñe hoſtiã familie tue
vt quã ſacris muneribus facis eſ
ſe participem: tribuas ad eius plenitu
dinẽ peruenire. Per. Prefatio quoti-
dia. Cõio. Introibo ad altare dei/ ad deũ
qui letificat iuuẽtutẽ meam. Poſtcõio.

SUpplices te rogamus oĩs deus/
vt quos tuis reficis ſacramentis
tibi etiã placitis moribus dignãter de
ſeruire concedas. Per dominum.

¶ Feria quarta. Ad corinthios.

2.ca. FRatres. Ego teſtẽ deũ inuoco in
1. D aĩam meã/ ꝙ parcens vobis non
veni vltra corinthium: nõ q2 domina-
mur fidei veſtre ſed adiutores ſumus
2.cor gaudij veſtri/ nã fide ſtatis. Statui au
c.2.A tẽ hoc ipſum apud me: ne iterũ in triſti
cia venirẽ ad vos. Si enim ego contri
ſtor vos: ⁊ q̇s eſt q̇ me letificet/ niſi qui
ꝯtriſtatur ex me? Et hoc ipſuz ſcripſi
vobis vt nõ cuz venero triſticiã ſuper
triſtitiã habeaz de quibus oportuerat
me gaudere cõfidẽs in oĩbꝰ vobis/ q2
B meũ gaudiũ omniũ veſtruz eſt. Nã ex
multa tribulatione et anguſtia cordis
ſcripſi vobis per multas lachrymas
nõ vt cõtriſtemini: ſed vt ſciatis quaz
charitatẽ habeã abũdãtius in vobis.
Si quis autẽ cõtriſtauit me: nõ me cõ-
triſtauit/ ſed ex parte vt non onerẽ oẽs
C vos. Sufficit illi qui hmõi eſt: obiurga
tio hec que fit a pluribus ita vt ecõtra
rio magis donetis ⁊ cõſolemini ne for
te abundantiori triſticia abſorbeatur/
qui hmõi eſt. Propter qđ obſecro vos C
vt ꝯfirmetis illũ in caritate. Ideo enĩ
⁊ ſcripſi vobis vt cognoſcã experimẽ-
tũ veſtrũ/ an in oĩbus obediẽtes ſitis.
Si cui autem aliquid donaſtis ⁊ ego.
Nã ⁊ ego quod donaui ſi quid donaui
ꝓpter vos in perſona xp̃i: vt nõ circũ-
ueniamur a ſathana. Nõ enim ignora
mus cogitationes eius. Scđm marcũ

INillo tpe. Cepit ieſus docere ad Cap
mare: ⁊ cõgregata eſt ad eũ turba 4. A
multa/ ita vt in nauim aſcendẽs ſede-
ret in mari. Et omnis turba circa ma
re: ſuper terrã erat. Et docebat illos ĩ
parabolis multa: ⁊ dicebat illis in do-
ctria ſua. Audite. Ecce exijt ſeminãs:
ad ſeminãdũ. Et dũ ſeminat: aliud ce-
cidit circa viã/ ⁊ venerũt volucres celi
⁊ comederũt illud. Aliud vero cecidit
ſuper petroſa vbi non habuit terram
multã/ ⁊ ſtatim exortum eſt qm̃ nõ ha-
bebat altitudinẽ terre. Et quãdo exor
tus eſt ſol exeſtuauit: et eo ꝙ nõ habe-
bat radicẽ exaruit. Et aliud cecidit in
ſpinas: ⁊ aſcẽderũt ſpine ⁊ ſuffocaue-
runt illud: ⁊ fructũ nõ dedit. Et aliud
cecidit in terrã bonã: ⁊ dabat fructum
aſcẽdentẽ ⁊ creſcentẽ/ ⁊ afferebat vnũ
triceſimũ/ ⁊ vnum ſexageſimũ/ ⁊ vnũ
centeſimum. Et dicebat. Qui habet B
aures audiendi audiat.

¶ Feria ſexta. Ad Corinthios.

FRatres. Sciẽtes timorẽ dñi ho- 2.ca.
minibus ſuademus: deo aũt ma- 5.B
nifeſti ſumus. Spero aũt ⁊ in cõſcien
tijs vr̃is: manifeſtos nos eſſe. Nõ enĩ
iterũ cõmẽdamꝰ nos vobis: ſed occaſio
nẽ damus vobis gloriandi ꝓ nobis vt
habeatis ad eos qui in facie gloriãtur:
⁊ nõ in corde. Siue enim mẽte excedi-
mus deo: ſiue ſobrij ſumꝰ vobis. Cha
ritas enim chriſti: vrget nos. Eſtimã-
tes hoc quoniaz ſi vnus pro omnibus
mortuus eſt: ergo omnes mortui ſunt
Et pro omnibus mortuus eſt chriſtus
vt ⁊ qui viuunt/ iam non ſibi viuant:

ſed ei qui pꝛo ipſis moꝛtuus eſt: et reſurrexit. Secundum Lucam

Caꝑ 17 E



IN illo tp̄e Interrogatꝰ ieſꝰ a phariſeis qñ venit regnū dei: reſpōdit eis ⁊ dixit. Nō veniet regnū dei cū obſeruatiōe: neqꝫ dicēt ecce hic/ aut ecce illic. Ecce enim regnū dei: intra vos eſt. Et ait ad diſcipulos ſuos. Venient dies quādo deſideretis videre vnū diē filij hominis: ⁊ nō videbitis. Et dicēt vobis. Ecce hic: ⁊ ecce illic. Nolite ire neqꝫ ſectamini. Nā ſicut fulgur choꝛuſcās de ſub celo in ea que ſub celo ſunt fulget: ita erit filiꝰ hominis in die ſua.

F Primū autē opoꝛtet illū multa pati: ⁊ repꝛobari a generatione hac. Et ſicut factū eſt in diebus noe: ita erit ⁊ in diebus filij hominis. Edebāt ⁊ bibebant vxoꝛes ducebāt ⁊ dabātur ad nuptias vſqꝫ in diē qua intrauit noe in archā: ⁊ venit diluuiū ⁊ perdidit omnes. Similiter ſicut factum eſt in diebus loth edebāt ⁊ bibebāt/ emebāt ⁊ vendebāt/ plantabāt ⁊ edificabāt. Qua die autē exijt loth a ſodomis: pluit ignem ⁊ ſulphur de celo ⁊ omnes perdidit. Secundū hec erit: qua die filius hominis reuelabitur. In illa hoꝛa qui fuerit in tecto ⁊ vaſa eius in domo: ne deſcendat tollere illa. Et qui ī agro ſimiliter: nō reddeat retro. Memoꝛes eſtote vxoꝛis loth.

G Quicūqꝫ queſierit animā ſuam ſaluā facere: ꝑdet illā. Et quicūqꝫ ꝑdiderit illā: viuificabit eā. Dico vobis. In illa nocte erūt duo ī lecto vno: vnꝰ aſſumetur/ ⁊ alter relinquetur. Due erūt molētes in vnū: vna aſſumetur/ ⁊ altera relinquetur. Duo in agro: vnꝰ aſſumetur/ ⁊ alter relinquetur. Reſpōdentes/ dicūt illi. Vbi dñe? Qui dixit illis. Vbicunqꝫ fuerit coꝛpus: illuc cōgregabuntur ⁊ aquile.

Dñica in quinquageſima. Offi.

ꝑ. 30 ⁊ pſ. 70.

ESto michi ī deū ꝓtectoꝛē ⁊ in locū refugij: vt ſaluuꝫ me facias: qm̄ firmamētū meū ⁊ refugiū meū es tu: et pꝛopter nomen tuum dux michi eris ⁊ enutries me. Pſ. In te domine ſperaui: non confundar ineternum: in iuſticia tua libera me et eripe me. Ibid

Oꝛatio.

PReces noſtras q̄s dñe clementer exaudi: atqꝫ a peccatoꝛū vinculis abſolutos ab omni aduerſitate cuſtodi. Per dñm noſtrū. Ad Coꝛinthios.

Caꝑ 1. 13. A

FRatres. Si linguis hominū loquar ⁊ angeloꝝ: charitatē autem nō habeā/ factus ſum velut es ſonans aut cymbalū tinniens. Et ſi habuero ꝓphetiā ⁊ nouerim myſteria omnia/ ⁊ omnē ſcientiā/ ⁊ ſi habuero omnē fidē ita vt mōtes trāſferā: caritatē autē nō habuero nichil ſum. Et ſi diſtribuero in cibos pauperū oēs facultates meas ⁊ ſi tradidero coꝛpus meū/ ita vt ardeam: charitatem autem nō habuero/ nichil michi ꝓdeſt. Charitas patiēs eſt: benigna eſt. Charitas nō emulatur: nō agit perperā/ nō inflatur/ nō eſt ambicioſa/ nō querit que ſua ſunt. Nō irritatur/ nō cogitat malū/ nō gaudet ſuper iniquitate: cōgaudet autē veritati. Omnia ſuffert/ oīa credit: oīa ſperat/ oīa ſuſtinet. Charitas nūq̄ excidit. Siue pꝛophetie euacuabūtur/ ſiue lingue ceſſabunt: ſiue ſciētia deſtruetur. Ex parte enim cognoſcimus: ⁊ ex parte ꝓphetamus. Cū autem venerit

quod ꝑfectū est: euacuabitur quod ex parte est. Cum essem paruulus: loquebar vt paruulꝰ/ sapiebā vt paruulus/ cogitabā vt paruulus. Quādo autem factus sum vir: euacuaui q̄ erant paruuli. Videmꝰ nūc per speculū in enigmate: tūc autē facie ad faciē. Nunc cognosco ex parte: tūc autē cognoscā sicut ⁊ cognitus sum. Nūc autē manent fides/ spes/ charitas: tria hec. Maior
ƥ76 autem horū: est charitas. Gr. Tu es deus qui facis mirabilia solus/ notam fecisti in gentibus virtutem tuam. ℣. Liberasti in brachio tuo populum tuum filios israel iacob ⁊ ioseph. Tractus.

ƥ.66 Iubilate deo omnis terra/ seruite domino in leticia. ℣. Intrate in conspectu eius/ in exultatione. ℣. Scitote quoniam dominus ipse est deus/ ipse fecit nos ⁊ non ipsi nos. ℣. Nos autem populus eius/ et oues pascue eius.

Ibid
Ibid

¶ Euangelium Secundum Lucam

Luc. 18.F



In illo tēpore assumpsit iesus duodecim discipulos suos ⁊ ait illis. Ecce ascēdimꝰ hierosolymā ⁊ consummabūtur oīa que scripta sūt per ꝓphetas de filio hominis. Tradetur enim gētibus: ⁊ illudetur/ ⁊ flagellabitur/ ⁊ cōspuetur. Et postq̄ flagellauerint occidēt eū: et die tertia resurget. Et ipsi nichil horū intellexerunt. Erat autē verbū istud abscōditum ab eis: ⁊ nō intelligebāt que dicebantur. Factū est autē cū appropinquaret hierico: cecus quidā sedebat secus viā mēdicās. Et cū audiret turbā pretereuntem interrogabat quid hoc esset. Dixerunt autē ei: q iesus nazarenus trāsiret. Et clamauit dicens. Iesu fili dauid: miserere mei. Et qui preibant: increpabāt eū vt taceret. Ipse vero multomagis clamabat. Fili dauid miserere mei. Stans autē iesus: iussit illū adduci ad se. Et cū appropinquasset: interrogauit illū dicens. Quid tibi vis faciam? At ille dixit. Dn̄e vt videam. Et iesus dixit illi. Respice. Fides tua te saluum fecit. Et confestim vidit: et sequebatur illum magnificans eum. Et omnis plebs vt vidit: dedit laudeꝫ deo. Offr. Benedictus es domine doce psal. 118.
me iustificationes tuas: benedictus es dn̄e doce me iustificationes tuas in labijs meis pronunciaui omnia iudicia oris tui. ℣. Beati immaculati in via/ qui ambulāt in lege dn̄i: beati qui scrutātur testimonia eiꝰ in toto corde exquirūt eum. ℣. Aufer a plebe tua opprobriū ⁊ contemptū: quia mādata tua non sumus obliti dn̄e. Secreta.

Ibid
Ibid

Hec hostia q̄s dn̄e emūdet nostra delicta: ⁊ ad sacrificiū celebrādū subditorū tibi corpora/ mētesq; sanctificet. Per dn̄m. Prefatio quoti. Cōio. Manducauerunt et saturati sunt nimis et ƥ77
desiderium eorum attulit eis dominus nō sunt fraudati a desiderio suo. Postcōio.

Quesumꝰ oīp̄s deꝰ: vt qui celestia alimēta percepimus/ per hec contra oīa aduersa muniamur. Per dn̄m.

¶ Feria. iiij. in capite ieiunij post sextā in primis fiat sermo ad populum si placuerit. Deinde prosternāt se clerici in choro/ et dicant septem psalmos penitentiales cum Gloria patri. ⁊ Sicut erat. ⁊ ān. Ne reminiscaris. Excellētior vero sacerdō. indutꝰ vestibꝰ sacerdotalibus in cappa serica rubea cuꝫ dyacono a dextris/ ⁊ subdyacono a sinistris cuꝫ ceteris ministris altaris qui oēs sint albis cū amictibꝰ induti ante altare dicāt p se septē psalmos penitētiales in prostratiōe cum Antiphona. Ne reminiscaris.



pſ. 6 Domine ne ĩ furoꝛe tuo arguas me: neqꝫ in ira tua coꝛripias me. Miſerere mei dñe qm̄ infirmꝰ ſuꝫ: ſana me dñe qm̄ cõturbata ſunt oſſa mea. Et aĩa mea turbata eſt valde: ſed tu dñe vſqꝫquo. Conuertere dñe ⁊ eripe animã meã: ſaluũ me fac ꝓpter miam tuã. Qm̄ nõ eſt in moꝛte qui memoꝛ ſit tui: in inferno autẽ quis cõfitebit̃ tibi. Laboꝛaui in gemitu meo/ lauabo per ſingulas noctes lectũ meũ: lachꝛymis meis ſtratũ meũ rigabo. Turbatꝰ eſt a furoꝛe oculꝰ meus: iueteraui inter oẽs inimicos meos. Diſcedite a me oẽs qui oꝑamini iniq̃tatẽ: qm̄ exaudiuit dñs vocẽ fletꝰ mei. Exaudiuit dñs deꝓcationẽ meã: dñs oꝛationẽ meã ſuſcepit. Erubeſcant ⁊ cõturbẽtur vehemẽter oẽs iĩmici mei: conuertantur et erubeſcant valde velociter. Gloꝛia patri. Sicut erat in.

pſ. 31. Beati quoꝝ remiſſe ſunt iniq̃tates: ⁊ quoꝝ tecta ſũt pctã. Beatꝰ vir cui nõ ĩputauit dñs pctm̃: nec eſt ĩ ſpũ eiꝰ dolꝰ. Qm̄ tacui inueterauerũt oſſa mea: dũ clamarẽ tota die. Qm̄ die ac nocte grauata eſt ſuꝑ me manꝰ tua: cõuerſus ſuꝫ in erũna mea/ dũ cõfigit̃ ſpina. Delictũ meũ cognitũ tibi feci: ⁊ iniuſticiã meã nõ abſcõdi. Dixi cõfiteboꝛ aduerſũ me iniuſticiã meã dño: ⁊ tu remiſiſti ĩpietatẽ peccati mei. Pro hac oꝛabit ad te oĩs ſctũs: in tẽpoꝛe oppoꝛtuno. Verũtamẽ ĩ diluuio aquaꝝ multarũ ad eũ nõ approximabũt. Tu es refugiũ meũ a tribulatione q̃ circũdedit me/ exultatio mea erue me a circũdãtibus me. Intellectũ tibi dabo ⁊ iſtruã te ĩ via hac qua gradieris: firmabo ſuꝑ te ocłos meos. Nolite fieri ſicut equꝰ ⁊ mulꝰ: quibꝰ nõ eſt itellectꝰ. In chamo ⁊ freno maxillas eoꝝ cõſtringe: q̇ nõ approximãt ad te. Multa flagella peccatoꝛis: ſperãtẽ aũt ĩ dño mia circũdabit. Letamini ĩ dño ⁊ exultate iuſti: ⁊ gloꝛiamini oẽs recti coꝛde. Gl'ia pr̃i.

pſ. 37 Domine ne in furoꝛe tuo arguas me: neqꝫ in ira tua coꝛripias me. Qm̄ ſagitte tue iſixe ſũt michi: ⁊ cõfirmaſti ſuꝑ me manũ tuã. Non eſt ſanitas in carne mea: a facie ire tue/ nõ eſt pax oſſibus meis a facie pctõꝝ meoꝝ. Qm̄ iniq̃tates mee ſuꝑgreſſe ſũt caput meũ: ⁊ ſicut onꝰ graue grauate ſũt ſuꝑ me. Putruerũt ⁊ coꝛrupte ſũt cicatrices mee: a facie iſipiẽtie mee. Miſer factꝰ ſũ ⁊ curuatꝰ ſũ vſqꝫ in finẽ: tota die cõtriſtatꝰ igrediebar. Qm̄ lũbi mei impleti ſũt illuſiõibꝰ: et nõ eſt ſanitas in carne mea. Afflictꝰ ſũ ⁊ humiliatꝰ ſũ nimis: rugiebam a gemitu coꝛdis mei. Dñe ante te om̄e deſideriũ meũ: ⁊ gemitꝰ meꝰ a te nõ eſt abſcõditꝰ. Coꝛ meũ cõturbatũ eſt dereliquit me vꝛtꝰ mea: ⁊ lumẽ ocłoꝝ meoꝝ/ ⁊ ipſũ nõ eſt mecũ. Amici mei ⁊ ꝓximi mei: aduerſũ me appꝛopiquauerũt ⁊ ſteterũt. Et q̇ iuxta me erãt de lõge ſteterũt: ⁊ vim faciebãt qui q̃rebãt aĩam meã. Et q̃ inq̃rebãt mala michi locuti ſũt vanitates: ⁊ dolos tota die meditabãtur. Ego aũt tanq̃ ſurdꝰ nõ audiebã: ⁊ ſicut mutꝰ nõ aperiẽs os ſuũ. Et factꝰ ſũ ſicut homo nõ audiẽs: ⁊ nõ habẽs ĩ oꝛe ſuo redargutiões. Qm̄ in te dñe ſpaui: tu exaudies me dñe deꝰ meꝰ. Qꝛ dixi nequãdo ſuꝑgaudeāt michi inimici mei: ⁊ dū cōmouētur pedes mei ſuꝑ me magna locuti ſunt. Qm̄ ego in flagella paratus ſuz: ⁊ doloꝛ me⁹ in cōſpectu meo ſemꝑ. Qm̄ iniq̄tatē meā annūciabo: ⁊ cogitabo ꝓ pctō meo. Inimici aūt mei viuūt ⁊ cōfirmati ſūt ſuꝑ me: ⁊ multiplicati ſunt qui oderūt me inique. Qui retribuūt mala ꝓ bonis detrahebāt michi: qm̄ ſequebar bonitatem. Ne derelinquas me dn̄e deus me⁹: ne diſceſſeris a me. Intende in adiutoꝛiū meū: dn̄e deus ſalutis mee. Gloꝛia patri.

p. 50 Miſerere mei deus: ſcd̄m magnā miſericoꝛdiā tuā. Et ſcd̄m multitudinē miſerationū tuarū: dele iniq̄tatē meā. Amplius laua me ab iniq̄tate mea: ⁊ a pctō meo mūda me. Qm̄ iniquitatē meā ego cognoſco: ⁊ pctm̄ meum cōtra me eſt ſemꝑ. Tibi ſoli peccaui ⁊ malū coꝛā te feci: vt iuſtificeris in ſermonib⁹ tuis ⁊ vincas cū iudicaris. E enī in ĩiquitatib⁹ cōcept⁹ ſum: et in peccatis cōcepit me mater mea. Ecce enī veritatē dilexiſti: incerta ⁊ occulta ſapiētie tue manifeſtaſti michi. Aſperges me dn̄e yſopo ⁊ mūdaboꝛ: lauabis me et ſuper niuē dealbaboꝛ. Auditui meo dabis gaudiū ⁊ leticiam: ⁊ exultabūt oſſa humiliata. Auerte faciē tuā a pctīs meis: ⁊ oēs iniq̄tates meas dele. Coꝛ mūdū crea in me de⁹: ⁊ ſpm̄ rectū innoua in viſceribus meis. Ne ꝓiicias me a facie tua: ⁊ ſpiritū ſctm̄ tuū ne auferas a me. Redde michi leticiam ſalutaris tui: ⁊ ſpū ꝑncipali cōfirma me. Docebo iniq̄uos vias tuas: ⁊ impii ad te cōuertētur. Libera me de ſāguinibus deus deus ſalutis mee: ⁊ exultabit lingua mea iuſticiā tuā. Dn̄e labia mea aperies: ⁊ os meū annūciabit laudē tuā. Qm̄ ſi voluiſſes ſacrificiū dediſſem: vtiq̄z olocauſtis nō delectaberis. Sacrificiū deo ſpūs cōtribulatus: coꝛ cōtritū ⁊ humiliatū deus nō deſpicies. Benigne fac dn̄e ĩ bona voluntate tua ſyon: vt edificentur muri hieruſalem. Tunc acceptabis ſacrificium iuſticie oblationes et olocauſta: tunc imponent ſuper altare tuum vitulos. Gloꝛia patri. Sicut erat.

Domine exaudi oꝛationē meā: et clamoꝛ meus ad te veniat. p 102 Non auertas faciē tuā a me: in quacūq̄z die tribuloꝛ inclina ad me aurē tuā. In quacunq̄z die inuocauero te: velociter exaudi me. Qꝛ defecerūt ſicut fumus dies mei: ⁊ oſſa mea ſicut cremiū aruerūt. Percuſſus ſum vt fenū et aruit coꝛ meū: qꝛ oblitus ſum comedere panē meū. A voce gemitus mei adheſit os meū carni mee. Similis factus ſū pellicano ſolitudinis: factus ſuz ſicut nicticoꝛax in domicilio. Vigilaui ⁊ factus ſum: ſicut paſſer ſolitarius in tecto. Tota die exꝓbꝛabāt michi inimici mei: ⁊ qui laudabāt me aduerſuz me iurabāt. Qꝛ cinerē tāq̄ panē manducabā: et potū meū cū fletu miſcebā. A facie ire indignationis tue: qꝛ eleuans alliſiſti me. Dies mei ſicut vmbꝛa declinauerūt: ⁊ ego ſicut fenū arui. Tu autez dn̄e ineternū permanes: et memoꝛiale tuū in gn̄atione ⁊ generationē. Tu exurgens dn̄e miſereberis ſyon: qꝛ tēpus miſerēdi eius/ qꝛ venit tēpus. Qm̄ placuerūt ſeruis tuis lapides eius: et terre eius miſerebuntur. Et timebūt gentes nomen tuū dn̄e: ⁊ oēs reges terre gloꝛiā tuā. Qꝛ edificauit dn̄s ſyon: et videbitur in gl̄ia ſua. Reſpexit in oꝛationē humiliū: ⁊ non ſpꝛeuit precē eoꝝ. Scribātur hec in generatione altera: ⁊ populus qui creabitur laudabit dn̄m. Quia ꝓſpexit de excelſo ſancto ſuo: dn̄s de celo in terram aſpexit. Vt audiret gemitus cōpeditoꝝ: vt ſolueret filios interēptoꝝ. Vt annūciēt in ſyon nomē dn̄i: ⁊ laudem eius in hieruſalē. In cōueniendo populos in vnū: ⁊ reges vt ſeruiāt dn̄o. Reſpōdit ei ĩ via ꝟtutis ſue: pau citatē dierū meoꝝ nūcia michi. Ne reuoces me in dimidio dierū meoꝝ: in generatiōe ꝛ generationē anni tui. Initio tu dñe terrā fundaſti: ꝛ opera manuū tuaꝝ ſunt celi. Ipſi peribunt tu autē permanes: ꝛ omnes ſicut veſtimētū veteraſcēt. Et ſicut opertoriū mutabis eos ꝛ mutabuntur: tu autē idē ipſe es/ ꝛ anni tui non deficiēt. Filii ſeruoꝝ tuoꝝ habitabunt: ꝛ ſemen eoꝝ in ſeculū dirigetur. Gloria patri.

psal. 129. De profundis clamaui ad te dñe: dñe exaudi vocē meā. Fiant aures tue intendentes: in vocem deprecationis mee. Si iniquitates obſeruaueris dñe: dñe quis ſuſtinebit? Qꝛ apud te propiciatio eſt: ꝛ propter legē tuā ſuſtinui te dñe. Suſtinuit aīa mea in verbo eius: ſperauit anima mea in dño. A cuſtodia matutina vſqꝫ ad noctem ſperet iſrael in dño. Quia apud dominū miſericordia ꝛ copioſa: apud eū redēptio. Et ipſe redimet iſrael: ex omnibus iniquitatibus eius. Glia patri.

psal. 142. Domine exaudi orationē meā: auribus percipe obſecrationē meā: in veritate tua exaudi me in tua iuſticia. Et non intres in iudiciū cū ſeruo tuo: qꝛ nō iuſtificabitur in conſpectu tuo omīs viuēs. Quia perſecutus eſt inimicus animā meam: humiliauit in terra vitā meā. Collocauit me in obſcuris ſicut mortuos ſeculi: et anxiatꝰ eſt ſuper me ſpūs meꝰ: in me turbatū eſt cor meū. Memor fui dierū antiquorū meditatus ſum in oībus operibꝰ tuis: in factis manuū tuarū meditabar. Expādi manus meas ad te: aīa mea ſicut terra ſine aqua tibi. Velociter exaudi me domie: defecit ſpiritus meus. Nō auertas faciē tuā a me: et ſimilis ero deſcēdētibus in lacū. Auditā fac michi mane mīaꝫ tuā: qꝛ in te ſperaui. Notā fac michi viā in qua ambulem: qꝛ ad te leuaui animā meā. Eripe me de inimicis meis dñe ad te cōfugi doce me facere voluntatem tuaꝫ/ qꝛ deus meꝰ es tu. Spiritus tuus bonus deducet me in terrā rectā: propter nomen tuū dñe viuificabis me in equitate tua. Educes de tribulatiōe animā meā: ꝛ in miſericordia tua diſperdes oēs inimicos meos. Et perdes omnes qui tribulāt animā meā: quoniaꝫ ego ſeruus tuus ſum. Gloria patri. Sicut erat ān. Ne reminiſcaris domine delicta noſtra vel parentum noſtrorum: neqꝫ vindictam ſumas de peccatis noſtris. Kyri eley. Xp̄e eley. Kyri eleyſō. Pater noſter. ¶ Et hec omnia ſine nota dicitur tam a ſacerdote q̈ a toto choro (puero interim tenente vexillum cilicinum prope ſiniſtrum cornu altaris) Deinde erigat ſe ſacerdos cū dyacono ꝛ ſubdyacono: ꝛ ſolus dicat ſuper populū cōuerſus ad orientem corā dextro cornu altaris: hoc modo. Et ne nos inducas in tentationē. Chorus reſpondeat. Sed libera nos a malo. Saluos fac ſeruos tuos ꝛ ancillas tuas. Deus meus ſperantes in te. Mitte eis dñe auxilium de ſancto. Et de ſyon tuere eos. Conuertere domine vſqꝫquo. Et deprecabilis eſto ſuper ſeruos tuos. Adiuua nos deꝰ ſalutaris noſter. Et propter gloriam nominis tui domine libera nos et propicius eſto peccatis noſtris propter nomen tuum. Domine exaudi orationē meā. Et clamor meus. Dñs vobiſcū. Et cū ſpiritu tuo. Oremus. Oratio.

Exaudi queſumus dñe preces noſtras ꝛ confitentiū tibi parce peccatis: vt quos conſcientie reatus accuſat/ indulgētia tue miſerationis abſoluat. Per xp̄m dñm noſtrū. ℟. Amen. Et oēs orationes dicūtur cū Oremus ꝛ finiantꝰ more lec. Non dicitur. Dñs vobiſcū. niſi ante primā orōnē tantū. Alia oratio cum Oremus. Oratio.

Adſit q̄s dñe famulis tuis inſpiratio gratie ſalutaris: que corda eorū fletuū vbertate reſoluat/ ſicqꝫ macerãdo cõficiat vt iracũdie tue motus idonea ſatiſfactione cõpeſcat. Per dominum noſtrum. Oꝛemus. Oꝛatio.

DA queſumus dñe deus noſter his famulis tuis continuam purgationis ſue obſeruantiam penitẽdo gerere: ⁊ vt hoc efficacius implere valeant: gratia eos tue viſitationis pꝛeueniat ⁊ ſubſequatur. Per chꝛiſtũ dominum noſtrum. Oꝛemus. Oꝛatio.

PReueniat hos famulos tuos queſumus dñe mĩa tua: vt oẽs ĩiquitates eoꝝ celeri indulgentia deleãtur. Per xp̃m. Oꝛemus. Oꝛatio.

ADeſto dñe ſupplicationibus noſtris: nec ſit ab his famulis tuis clementie tue longinqua miſeratio: ſana vulnera/ eoꝛũq; remitte peccata: vt nullis a te iniquitatibus ſeparati/ tibi domino ſemper valeãt adherere. Per xp̃m dñm noſtrũ. Oꝛemus. Oꝛatio.

DOmine deus noſter/ qui offenſione noſtra nõ vinceris: ſed ſatiſfactione placaris/ reſpice queſumus ſuper famulos tuos qui ſe tibi grauiter peccaſſe confitentur: tuũ eſt enĩ abſolutionẽ criminũ dare: ⁊ veniã pꝛeſtare peccãtib⁹: qui dixiſti penitẽtiã te malle peccatoꝛuꝫ q̃ moꝛtem: concede ergo dñe his famulis tuis: vt tibi penitẽtie excubias celebꝛent/ et coꝛrectis actib⁹ ſuis cõferri ſibi a te ſempit̃na gaudia gratulentur. Per. Oꝛemus. Oꝛatio.

DEus cuius indulgentia omĩs homo indiget: memento famuloꝛũ/ famularumq; tuarum: et qui lubꝛica/ terreniq; coꝛpoꝛis fragilitate nudati virtute in multis deliquerunt: queſumus/ vt des veniam cõfitentibus parcas ſupplicib⁹/ vt qui ſuis meritis accuſantur: tua miſeratione ſaluentur. Per xp̃m dñm noſtrum. Hic nõ dicit̃ Dñs vobiſcũ. neq; Oꝛemus. ſed vertat ſe ſacerdos ad populum et extẽdẽs manum dicat ſuper eos ſine nota: ſed in audientia hoc modo.

ABſoluimus vos vice beati petri apoſtoloꝛum pꝛincipis cui collata eſt a dño poteſtas ligandi atq; ſoluẽdi: ⁊ q̃tum ad vos pertinet accuſatio ⁊ ad nos remiſſio: ſit vobis omĩpotẽs deus vita et ſalus/ omniũ peccatoꝛũ veſtroꝛum pius indultoꝛ. Qui viuit ⁊ regnat cuꝫ deo patre in vnitate ſpũſſan.

¶ Deinde ſurgant omnes a pꝛoſtratione oſculãtes terrã vel foꝛmulas ſacerdote dicente Oꝛemus. ⁊c. Deinde fiat bñdictio cineꝝ ſine Dñs vobiſcũ. ⁊ ſine Qui viuit ⁊ regn. ⁊c. a ſacerdote ad oꝛientem euerſo. Oꝛatio.

OMnipotẽs ſempiterne deus/ qui miſereris omniũ ⁊ nihil odiſti eoꝛũ que feciſti/ diſſimulans peccata hominũ pꝛopter penitentiã/ qui etiã ſubuenis in neceſſitate laboꝛantibus bene ✠ dicere et ſancti ✠ ficare hos cineres dignare: quos cauſa humilitatis ⁊ ſancte religionis/ ad emũdãda delicta noſtra/ ſup̱ capita noſtra moꝛe niniuitarũ ferre conſtituiſti: ⁊ da per inuocationeꝫ ſancti tui nominis: vt oẽs qui eos ad depꝛecãdã miam tuã ſup̱ capita ſua tulerint: a te mereant̃ omniũ delictoꝝ ſuoꝝ veniã percipere: ⁊ hodie ſic eoꝛuꝫ inchoare ſancta ieiunia: vt in die reſurrectionis purificatis mentibus ad ſanctũ mereãtur accedere paſcha: ⁊ in futuro ꝑpetuã accipere gloriã. Per dñm. Hic aſpergat aqua benedicta ſuper cineres. Deinde dicitur Dominus vobiſcũ. ⁊ Oꝛemus. Oꝛo.

DEus qui non moꝛtẽ ſed penitentiam deſideras peccatoꝛum/ fragilitatẽ conditionis humane benigniſſime reſpice: ⁊ hos cineres quos cauſa pꝛeferende humilitatis atq; pꝛomerẽde venie capitibus noſtris imponi decreuimus bene ✠ dicere ⁊ ſancti ✠ ficare ꝑ tua pietate digneris: vt q̇ nos cineres eſſe monuiſti/ ⁊ ob pꝛauitatis noſtre meritũ in puluerẽ reuerſuros cognoſcimus: peccatoꝝ omniũ veniam ⁊

pꝛemia penitentibus repꝛomiſſa miſericoꝛditer
cõſequi mereamur. Per do.
Poſtea diſtribuãtur cineres ſuper capita
clericoꝝ ⁊ laicoꝝ a dignioꝛibus
ꝑſonis: ſigno crucis cineribus ſignet
ſic dicendo. Memento homo qꝛ cinis
es: et in cinerẽ reuerteris. In nomine
patris et filij et ſpiritusſancti. Amen.
Et interim cantentur ſequentes añe.
p̃.68 Exaudi nos dñe: qm̄ benigna eſt miſericoꝛdia
tua ſecũdũ multitudinẽ miſerationũ
tuarũ reſpice nos dñe. p̃s. Saluũ me fac
deus qm̄ intrauerũt aque vſqꝫ ad animã
meã. Non dicitur niſi pꝛim⁹ ℣.pſi.
ſed ſtatim ſequatur Glĩa pr̃i. Deinde
Johe repetatur añ. Exaudi. Alia añ. Iuxta
2.D veſtibulũ ⁊ altare ploꝛabãt ſacerdotes ⁊ leuite
miniſtri dñi dicẽtes: parce dñe parce populo
tuo: ⁊ ne diſſipes oꝛa clamantiũ ad te
dñe. Alia añ. Immutemur habitu in cinere
⁊ cilicio: ieiunemus ⁊ ploꝛemus ante dominũ
: quia multũ miſericoꝛs eſt dimittere
peccata noſtra deus noſter. Peracto hoc
officio dicat ſacerdos ad grada. choꝛi.
Dñs vobiſcũ. et Oꝛemus. Oꝛatio.
DEus qui iuſte iraſceris/ ⁊ clemẽter
ignoſcis: afflicti populi tui lachꝛymas
ſuſcipe/ ⁊ iram tue indignationis
quam iuſte meretur ꝓpiciatus
auerte. Per chꝛiſtum dñm noſtrum.
Alia oꝛatio cum Oꝛemus.
COncede nobis queſumus domine
pꝛeſidia militie chꝛiſtiane ſic
ſanctis inchoare ieiunijs: vt cõtra ſpirituales
nequicias pugnaturi cõtinẽtie
muniamur auxilijs. Per dominũ.
¶ Eiectis penitẽtib⁹ vt patet officiũ
in ꝓceſſionalib⁹ ĩcipiat̃ miſ. hoc modo
Sap MIſereris omniũ
11.D dñe ⁊ nichil odiſti
coꝝ q̄ feciſti diſſimulãs
peccata hominũ/
ꝓpter penitentiã
⁊ parcens illis: qꝛ tu
p̃.56 es dominus deus noſter. p̃s. Miſerere
mei deus miſerere mei: quoniam in te confidit
anima mea. Non repetatur officiũ
ſed ſtatim ſequat̃ Gloꝛia. Dicto Kyrieley.
ſacerdos dicat Dñs vobiſcum
⁊ Oꝛem⁹. Et poſtea dicat dyaco. Flectam⁹
genua. ⁊ tũc oẽs genu flectãt:
deinde dyacono dicente ſic Leuate.
Surgãt oẽs oſculãtes foꝛmulas. Oꝛ
PReſta queſumus domine fidelibus
tuis/ vt ieiunioꝛum venerãda
ſolennia ⁊ congrua pietate ſuſcipiant
et ſecura deuotione percurrant.
Per dñm. Ab hac die vſqꝫ ad cenã domini/
in omnibus miſſis de ieiunio: fiat
memoꝛia pꝛo penitentibus cum hac
oꝛatione. Exaudi queſumus domine
ſupplicum. vt patet in fine libꝛi. Hac
die ⁊ tribus diebus ſequentibus quinqꝫ
dicuntur oꝛationes ſicut in pꝛima
dominica aduen. domini ſupꝛadictum
eſt. Lectio iohelis pꝛophete.
HEc dicit dñs deus. Conuertimini Cap
ad me in toto coꝛde veſtro: in 2.C
ieiunio/ ⁊ fletu/ ⁊ plãctu: ⁊ ſcindite coꝛda
veſtra: ⁊ nõ veſtimenta veſtra. Et
conuertimini ad dominũ deũ veſtrũ:
quia benignus ⁊ miſericoꝛs eſt patiẽs
⁊ multe miſericoꝛdie/ ⁊ pꝛeſtabilis ſuper
malicia. Quis ſcit ſi cõuertatur ⁊
ignoſcat deus: et relinquat poſt ſe benedictionẽ?
Sacrificiũ ⁊ libamen dño
deo noſtro. Canite tuba in ſyon: ſanctificate D
ieiunium/ vocate cetum/ congregate
populũ/ ſanctificate eccleſiã.
Coadunate ſenes: congregate paruulos
⁊ ſuggentes vbera. Egrediat̃ ſpõſus
de cubili ſuo: ⁊ ſponſa de thalamo
ſuo. Inter veſtibulum ⁊ altare ploꝛabunt
ſacerdotes miniſtri dñi et dicent.
Parce domine parce populo tuo: ⁊ ne
des hereditatem tuam in oppꝛobꝛium
vt dominẽtur eis nationes. Quare dicũt
in populis vbi eſt deus eoꝝ? zelat⁹
eſt dñs terrã ſuam: ⁊ pepercit populo
ſuo. Et reſpondit dñs: ⁊ dixit populo
ſuo. Ecce ego mittã vobis frumẽtum E

et vinum et oleum: et replebimini in eis: et nō dabo vos vltra opprobrium in gentibus. Dicit domin⁹ oīpotens.
p̄.56 Gr. Miſerere mei de⁹ miſerere mei: qm̄
Ibid in te cōfidit aīa mea. ℣. Miſit de celo ⁊ liberauit me dedit in opprobriū ꝯculcātes me.
Chorus alternatim dicat Tractus.

psal. 102. Domine non ſecūdum peccata noſtra que fecimus nos: neqꝫ ſecundum iniquitates noſtras retribuas nobis. ℣. Dñe
p̄.78 ne memineris iniquitatum noſtrarum antiquarū cito anticipent nos mīe tue: quia pauperes facti ſumus nimis. Hic nō fiat genuflexio cū dr̄ ℣. Adiuua nos deus ſa-
Eod. lutaris noſter/ et ꝓpter gloriā nominis tui dñe libera nos/ ⁊ ꝓpicius eſto peccatis nr̄is propter nomen tuū. Iſte tract⁹ dr̄ oī. ij. fer. et vi. fer. ad miſſā de ieiunio vſqꝫ ad cenam domini. Scdm Mattheū.

cap. 6. B In illo tempore. Dixit ieſus diſcipulis ſuis. Cum ieiunatis nolite fieri ſicut hypocrite triſtes. Exterminant enī facies ſuas vt appareant hominib⁹ ieiunantes. Amen dico vobis:
C quia receperunt mercedem ſuam. Tu autem cum ieiunas/ vnge caput tuū ⁊ faciem tuā laua: ne videaris hominibus ieiunans/ ſed patri tuo qui eſt in abſcondito. Et pater tuus qui videt ī abſcondito: reddet tibi. Nolite theſaurizare vobis theſauros in terra: vbi erugo et tinea demolitur et vbi fures effodiunt et furantur. Theſaurizate autem vobis theſauros ī celo: vbi nec erugo nec tinea demolitur/ et vbi fures non effodiunt neqꝫ furantur. Ubi enim eſt theſaurus tuus: ibi eſt et cor
p̄.29 tuū. Offr̄. Exaltabo te dñe qm̄ ſuſcepiſti me nec delectaſti inimicos meos ſup̄ me domine clamaui ad te ⁊ ſanaſti me. ℣. Dñe abſtraxiſti ab inferis animam meā/ ſaluaſti me a deſcendentib⁹ in lacū. Secreta.

Hac nos domine queſum⁹ his muneribus offerendis cōuenienter aptari: quibus ipſius venerabilis ieiunij celebramus exordiū. Per dñm.

Prefatio. Qui corporali ieiu. Hec p̄fatio dicitur in omni miſſa de ieiunio vſqꝫ ad cenam domini. et Flectamus genua Leuate. et Humiliate capita
veſtra deo. Cōio. Qui meditabitur in ps. 1.
lege domini die ca nocte dabit fructum ſuū in tempore ſuo. Poſtcommunio.

Percepta nobis domine prebeant ſacramenta ſubſidium vt et tibi grata ſint noſtra ieiunia: ⁊ nobis proficiant ad medelam. Per dñm noſtrū. Finitis poſtcōmunib⁹ preter illā que dicetur ſuper populū ſic. Per omnia ſecula ſeculorum. ℟. Amen. Dicat ſacerdos. Oremus. Deinde dicat dyaconus. Humiliate capita veſtra deo. Super populum. Oratio.

Inclinantes ſe domine maieſtati tue propiciatus intende: vt qui diuino munere ſunt refecti: celeſtibus ſemp̄ nutriantur auxilijs. Per. Et ſic miſſa cum Bñdicamus dño. finiatur.

¶ Feria. v. ad miſſam. Officium.

Dum clamarem ad dominū exaudiuit vocem meā ab his qui appropiquāt michi/ et humiliauit eos qui eſt ante ſecula/ et manet in eternum/ iacta cogitatum tuum in dño ⁊ ipſe te enutriet. ps̄ psal. 54.
Exaudi de⁹ orationē meā: ⁊ ne deſpexeris Ibid
deprecationem meā: intende michi ⁊ exaudi me. Gloria pr̄i. Flectamus. Oratio.

Deus qui culpa offenderis penitētia placaris: preces populi tui ſupplicantis propicius reſpice: et flagella tue iracundie que ꝓ peccatis noſtris meremur propiciat⁹ auerte. Per dñm nr̄m ieſum. Lectio yſaie ꝓphete.

In dieb⁹ illis. Egrotauit ezechias cap. 38. A vſqꝫ ad mortem: ⁊ introiuit ad eū yſaias filius amos prophetā ⁊ dixit ei. Hec dicit dñs. Diſpone domui tue: qꝛ morieris tu et nō viues. Et conuertit ezechias faciem ſuam ad parietem: et oꝛauit ad dominum/ et dixit. Obſecro domine memento queſo quomodo ambulauerim coꝛam te in veritate et in coꝛde perfecto: et quod bonum eſt in oculis tuis fecerim. Et fleuit ezechias fletu magno. Et factum eſt verbum domini ad yſaiam pꝛophetam: dicens. Vade: ⁊ dic ezechie. Hec dicit dominꝰ deus dauid patris tui. Audiui oꝛationem tuā: ⁊ vidi lachꝛymas tuas. Ecce ego adijciam ſup dies tuos quindecim annos: ⁊ de manu regis aſſyꝛioꝝ eruā te/ ⁊ ciuitatem iſtam/ et pꝛotegam eam pſal. 54. Dicit dñs: oīpotens. Gr. Iacta cogitatum tuum in domino et ipſe te enutriet. ℣. Ibid. Dum clamarem ad dominū exaudiuit vocem meā ab his qui appꝛopinquant michi. Repetatur grad. Sc̄dm Mattheum.

cap. 8. A IN illo tempoꝛe. Cum introiſſet ieſus capharnaum: acceſſit ad eum centurio rogans eum et dicens. Dñe/ puer meꝰ iacet in domo paralyticus: et male toꝛquet̄. Et ait illi ieſus. Ego veniam: et curabo eū. Et reſpondens centurio: ait. Domine non ſum dignꝰ vt intres ſub tectum meum: ſed tantū dic verbo/ et ſanabitur puer meꝰ. Nā et ego homo ſum ſub poteſtate conſtitutus: habens ſub me milites. Et dico huic vade: ⁊ vadit. Et alij veni et venit. Et ſeruo meo fac hoc: et facit. Audiens autem ieſus miratus eſt: et ſequentibus ſe/ dixit. Amen dico vobis: non inueni tantam fidem in iſrael. B Dico autem vobis: ꝙ multi ab oriēte et occidente venient/ et recumbent cū abꝛaham yſaac et iacob in regno celoꝛum. Filij autem regni: eijcientur in tenebꝛas exterioꝛes. Ibi erit fletus et ſtridoꝛ dentium. Et dixit ieſus centurioni. Vade: ⁊ ſicut credidiſti: fiat tibi Et ſanatꝰ eſt puer: in illa hoꝛa. Offr. p̄.24 Ad te dñe leuaui animā meā/ deus meꝰ in te confido nō erubeſcam: neqꝫ irrideant me inimici mei: etenī vniuerſi qui te expectant non confundentur. ℣. Dirige me in veritate tua et doce me: quia tu es deus ſalutaris meus et te ſuſtinui tota die. Cod. Secreta.

Offerimus tibi dñe munera que dediſti: vt et creationis tue circa moꝛtalitatem noſtrā teſtificentur auxilium: et remedium nobis īmoꝛtalitatis operentur. Per dñm. Pꝛefatio. Qui coꝛpoꝛali. Cōio. Acceptabis ſacrificium iuſtitie oblationes et olocauſta ſup altare tuum domine. p̄.50 Poſt cōmunio.

Concede fidelibus tuis domine queſumus et ſine ceſſatione capere paſchalia ſacramenta: ⁊ deſiderāter expectare ventura: vt in myſterijs quibus renouati ſunt permanentes: ad nouam vitā his operibꝰ perducantur. Per dñm. Sup populū. Oremꝰ. Humiliate capita veſtra deo. Oratio.

Parce domine parce populo tuo/ vt dignis flagellationibus caſtigatus: in tua miſeratione reſpiret. Per dñm noſtrū ieſum chꝛiſtū filium tuū. Qui tecū. ¶ Feria. vj. in capite ieiunij. Ad miſſam. Officium.

Audiuit dominus et miſertꝰ eſt michi: dñs factꝰ eſt adiutoꝛ meꝰ. p̄.29 Ps. Exaltabo te dñe qm̄ ſuſcepiſti me: nec delectaſti inimicos meos ſuper me. Cod. Gloꝛia patri Oremus. Flectamus genua leuate. Oratio.

Inchoata ieiunia queſumus domine benigno fauoꝛe pꝛoſequere: vt obſeruantiam quā coꝛpoꝛaliter exhibemus/ mentibus etiam ſinceris exercere valeamus. Per dñm noſtrum ieſum chꝛiſtū. Lectio yſaie pꝛophete.

Hec dicit dñs deꝰ. Clama ne ceſſes: quaſi tuba exalta vocē tuā. Et annūcia populo meo ſcelera eoꝝ: et domui iacob peccata eoꝝ. Me etenī de die in diem querunt/ et ſcire vias meas volunt: quaſi gens que iuſtitiā

ſecerit/et que iudicium dei ſui nō
dereliquerit. Rogant me iudicia iuſticie: ⁊
appropinquare deo volūt. Quare
ieiunauimus et nō aſpexiſti:
humiliauimus animas noſtras ⁊ neſciſti? Ecce
in die ieiunij veſtri/inuenitur
voluntas veſtra: ⁊ oēs debitores veſtros
B repetitis. Ecce ad lites ⁊ cōtentiones
ieiunatis: et percutitis pugno impie.
Nolite ieiunare ſicut vſqȝ ad hanc
diem: vt audiatur in excelſo clamor
veſter. Nunquid tale eſt ieiunium quod
elegi/per diem affligere hominem
animam ſuam? Nunquid contorquere
quaſi circulum caput ſuum: ⁊ ſaccum
et cinerem ſternere? Nunquid iſtud
vocaui ieiunium: et diem
acceptabilem domino? Nonne hoc eſt magis
ieiunium quod elegi? Diſſolue
colligationes impietatis: ſolue faſciculos
deprimentes. Dimitte eos qui
confracti ſunt liberos: ⁊ omne onus
diſrumpe. Frange eſurienti panem tuum:
et egenos vagoſqȝ induc in domum
tuam. Cum videris nudum operi eū:
et carnem tuam ne deſpexeris. Tunc
erumpet quaſi mane lumen tuum: et
ſanitas tua citius orietur/et ante ibit
faciem tuam iuſtitia tua/ et gloria
domini colliget te. Tunc inuocabis: et
dominus exaudiet. Clamabis: ⁊ dicet
ecce aſſum. Quia miſericors ſum:
þ.26 dominus deus tuus. Gr. Unā petij a
domino hanc requirā/vt inhabitē i domo dñi
Eod. ℣. Ut videam voluntatem domini/⁊
protegar a templo ſancto eius. Tractus.

pſal. DOmine non ſecūdum peccata noſtra
102. que fecimus nos: neqȝ ſecundum
þ.78 iniquitates noſtras retribuas nobis. ℣. Dñe
ne memineris iniquitatum noſtrarum
antiquarū cito anticipent nos mĩe tue: quia
pauperes facti ſumus nimis. Hic nō fiat
Eod. genuflectio cū dr ℣. Adiuua nos deus
ſalutaris noſter/et ꝓpter gloriā nominis tui
dñe libera nos/⁊ ꝓpicius eſto peccatis nr̄is
propter nomen tuū. ¶ Sc̄dm Mattheū



IN illo tpe cap. 5.G
Dixit ieſus
diſcipulis
ſuis. Audiſtis
qȝ dictum eſt.
Diliges
proximū
tuum: et
odio habebis
inimicum tuū.
Ego autē
dico vobis. Dilige inimicos veſtros/
benefacite his q̄ oderūt vos/et orate pro
perſequētibꝰ ⁊ calūniantibus vos: vt
ſitis filij pr̄is veſtri q̄ in celis eſt. Qui
ſolē ſuū oriri facit ſup bonos ⁊ malos:
et pluit ſup iuſtos ⁊ iniuſtos. Si enim
diligitis eos qui vos diligūt: quā
mercedem habebitis? Nonne ⁊ publicani
hoc faciunt? Et ſi ſalutaueritis
fratres veſtros tantū: quid amplius
facitis? Nonne et ethnici hoc faciunt?
Eſtote ergo ⁊ vos perfecti ſicut ⁊
pater veſter celeſtis ꝑfectus eſt. Attēdite
ne iuſtitiā veſtrā facias corā
hominibꝰ: vt videamini ab eis. Alioquin cap.
mercedē nō habebitis: apud patrē veſtrū q̄ 6.A
in celis eſt. Cū ergo facis elemoſinā:
noli tuba canere āte te ſicut hypocrite
faciūt i ſynagogis ⁊ i vicis/vt
honorificent̄ ab hoibꝰ. Amē dico vobis:
receperūt mercedē ſuā. Te aūt faciēte
elemoſinā: neſciat ſiniſtra tua q̄d faciat
dextera tua vt ſit elemoſina tua
abſcōdito. Et pater tuꝰ q̄ videt i abſcōdito:
reddet tibi. Et cū oratis nō eritis ſicut
hypocrite qui amant in ſynagogis et
in angulis platearū ſtantes orare/vt
videātur ab hominibꝰ. Amen dico
vobis: recceperūt mercedē ſuā. Tu autē
cū oraueris/intra i cubiculum tuū: et
clauſo oſtio ora patrē tuū i abſcōdito.

Et pater tuus qui videt in abſcondito
pſal. 118. reddet tibi. Offi. Dñe viuifica me ſeruū
dum eloquiū tuū/vt ſciam teſtimonia tua.
Eod. ℣. Fac cum ſeruo tuo domine ſecundū magnam miſericordiam tuam / et ne auferas de ore meo verbum veritatis. Secreta.

Sacrificiū dñe obſeruātie quadragesimalis offerimꝰ preſta qs: vt et tibi mētes noſtras reddat acceptas: et ↄtinētie promptioris nobis tribuat
ps. 2. facultatē. P. Cōio. Seruite dño in timore et exultate ei cū tremore: apprehēdite diſciplinā ne pereatis de via iuſta. Poſtcōio.

Tribue nobis qs oīps deꝰ vt dona celeſtia que debito frequentamꝰ obſequio: ſalutaria nobis iugiter ſentiamus. p do. Sup populū. Oremus. Humiliate capita veſtra deo. Oratio

Tuere domine populum tuum/& ab omnibus peccatis clementer emūda: quia nulla ei nocebit aduerſitas: ſi nulla dominetur iniquitas. p d.

¶ Sabbato. Ad miſſam. Officium.

p̄. 29 Audiuit dominus et miſertꝰ eſt michi: dñs factꝰ eſt adiutor meꝰ. Ps. Exaltabo
Eod. te dñe qm̄ ſuſcepiſti me: nec delectaſti inimicos meos ſuper me. Gloria patri Oremus. Flectamus genua leuate. Oratio.

Adeſto dñe ſupplicationibꝰ nr̄is et ↄcede: vt hoc ſolenne ieiuniū qđ aīabꝰ corporibuſq; curandis ſalubriter inſtitutū eſt/deuoto ſeruitio celebremꝰ. Per. Lectio yſaie prophete.

Eſa. 58 C Hec dicit dñs. Si abſtulerīs de medio tui cathenā & deſieris digitū extēdere/& loqui qđ nō prodeſt. Cū effuderis eſurienti animā tuā: & aīam afflictā repleueris/orietꝰ i tenebris lux tua et tenebre tue erūt ſicut meridies. Et requiē dabit tibi dñs deꝰ tuꝰ ſēp: & implebit ſplēdoribꝰ animā tuā/& oſſa tua li-
D berabit. Et eris quaſi ortꝰ irriguus: et ſicut fons aquarū/cuius nō deficiēt aque. Et edificabūtur in te deſerta ſeculorum: fundamēta gn̄ationis & gn̄ationis ſuſcitabis. Et vocaberīs edificator ſepiū: auertēs ſemitas iniquitatū. Si auerteris a ſabbato pedem tuū facere voluntatē tuā in die ſctō meo/& vocaberis ſabbatū delicatū: & ſanctū dñi glorioſum & glorificaueris eū/dū nō facis vias tuas: et nō inueniet voluntas tua vt loquaris ſermonē: tunc delectaberis ſup domino/et ſuſtollā te ſup altitudinē terre: & cibabo te hereditate iacob patris tui. Os eni domini: locutū eſt hec. Ait dominus oīpotens. Grad.

Unam petij a domino hanc requirā: vt in- ps. 26
habitē in domo dñi. ℣. Ut videam volun- Eod.
tatē domini: & protegar a templo ſctō eius.

¶ Euangeliū. Secundum Marcum



In illo tpe cap. 6 F Cū sero eſſet factū erat nauis in medio maris et ieſꝰ ſolꝰ in terra. Et vidit diſcipulos ſuos laborātes in remigando: erat enim ventus contrarius eis. Et circa quartam vigiliam noctis: venit ad eos ambulans ſupra mare/et volebat preterire eos. At illi G vt viderunt eum ſupra mare ambulātem: putauerunt fantaſma eſſe/et exclamauerunt. Omnes enim eum viderunt: et conturbati ſunt. Et ſtatim locutus eſt cum eis: et dixit illis. Confidite/ego ſum: nolite timere. Et aſcēdit ad illos in nauim/et ceſſauit ventus: et plus magis intra ſe ſtupebant. Nō eni intellexerūt de panibus: erat

enim coꝛ illoꝛū obcecatū. Et cū tranſfretaſſent: venerūt ĩ terrā genezareth et applicuerūt. Cūqꝫ egreſſi eſſent de naui: continuo cognouerūt eū. Et percurrentes vniuerſam regionē illā: ceperunt in grabbatis eos qui ſe male habebant circūferre vbi audiebant eū eſſe. Et quocunqꝫ introibat in vicos vel in villas/aut ciuitates: in plateis ponebant infirmos et depꝛecabantur eum vt vel fimbꝛiam veſtimenti eius tangerent. Et quotquot tangebant eū
pſal. ſalui fiebant. Offer. Dñe vindica me ſe-
118. cundum eloquium tuum: vt ſciam teſtimo-
Ibiđ nia tua. ℣. Da michi intellectum vt diſcam mandata tua: ⁊ voluntaria oꝛis mei fac michi in beneplacito tuo domine. Secreta.

PRepara nos dñe q̄s huius votiuis abſtinentie officijs: vt hec ſacrificia veneranda ſobꝛij ſemꝑ mentibus celebꝛemus. Per. Pꝛefatio. Qui
ps. 2 coꝛ. Cōio. Seruite domino in timoꝛe et exultate ei cum tremoꝛe/appꝛehēdite diſciplinā/ne pereatis de via iuſta. Poſtcōio.

CElestis vite munere vegetati q̄s dñe de⁹ noſter/vt qđ eſt nobis in pꝛeſenti vita myſterium: fiat eternitatis auxiliū. Per dñm. Super populū. Humiliate capita veſtra deo. Oratio

HAc nos queſumus domine ſalutis noſtre cauſas: et deuotis ſēꝑ frequētare ſeruitijs: et deuotius recolere pꝛincipaliter inchoatas. Per do.

¶ Dñica. j. quadꝛageſime. Officium

ps.90 Inuocauit me et ego exaudiam eum eripiam eū et gloꝛificabo eū: longitudine dierū adimplebo eum
Ibiđ ps. Qui habitat in adiutoꝛio altiſſimi: in pꝛotectione dei celi commoꝛabitur. Gloꝛia patri. Oratio.

DEus qui eccleſiam tuam annua quadꝛageſimali obſeruatiōe purificas: pꝛeſta familie tue/vt qđ a te obtinere abſtinēdo nititur: hoc bonis operib⁹ exequat̄. Per do. Ad Coꝛinthios.

FRatres. Hoꝛtamur vos ne ĩ va- 2. ca.
cuum gratiā dei recipiatis. Ait 6. A
enim Tēpoꝛe accepto exaudiui te: ⁊ in die ſalutis adiuui te. Ecce nunc tempus acceptabile: ecce nunc dies ſalutis. Nemini dantes vllam offenſionē vt non vituperetur miniſterium noſtrum. Sed in omnibus exhibeamus noſmetipſos: ſicut dei miniſtros. In multa patientia: in tribulationibus/in neceſſitatibus/in anguſtijs/in plagis/in carceribus: in ſeditionib⁹/in laboꝛibus: in vigilijs: in ieiunijs. In caſtitate: in ſcientia: in longanimitate: ĩ
ſuauitate/in ſpiritu ſancto. In chari- B
tate nō ficta: in verbo veritatis: in virtute dei. Per arma iuſticie: a dextris ⁊ a ſiniſtris. Per gloꝛiā et ignobilitatē. Per infamiā: ⁊ bonam famā. Ut ſeductoꝛes: et veraces. Sicut qui ignoti: et cogniti. Quaſi moꝛientes: ⁊ ecce viuimus. Ut caſtigati: et non moꝛtificati. Quaſi triſtes: ſemper autē gaudētes. Sicut egentes: multos autē locupletantes. Tanq̄ nichil habentes: et oīa
poſſidentes. Gr. Angelis ſuis mādauit ps.90
de te/vt cuſtodiāt te in oībus vijs tuis. ℣.
In manibus poꝛtabunt te: ne vnq̄ offen- Eođ.
das ad lapidem pedem tuum. Tractus.

QUi habitat in adiutoꝛio altiſſimi: in ps.90
pꝛotectione dei celi cōmoꝛabitur. ℣. et oīa
Dicet dño ſuſceptoꝛ meus es tu et refugiū infra
meū deus me⁹ ſperabo in eū. ℣. Qm̄ ipſe liberauit me de laqueo venantiū: ⁊ a verbo aſpero. ℣. Scapulis ſuis obumbꝛabit tibi: et ſub pēnis eius ſperabis. ℣. Scuto circūdabit te veritas eius: non timebis a timoꝛe nocturno. ℣. A ſagitta volante per diē a negocio perambulante in tenebꝛis: a ruina et demonio meridiano. ℣. Cadent a latere tuo mille et decem milia a dextris tuis: tibi autē nō appꝛopinquabit. ℣. Qm̄ angelis ſuis mandauit de te/vt cuſtodiāt te in oīb⁹ vijs tuis. ℣. In manibus poꝛtabunt te: ne

vnq̃ offendas ad lapidē pedē tuū. ℣. Sup aſpidē et baſiliſcū ambulabis et cōculcabis leonē ⁊ draconē. ℣. Qm̄ in me ſperauit liberabo eū / protegā eū qm̄ cognouit nomē meū. ℣. Inuocauit me ⁊ ego exaudiā eum: cū ipſo ſum in tribulatione. ℣. Eripiā eum et glorificabo eum/longitudine dierum adimplebo eum: et oſtendā illi ſalutare meū.

¶ Euangelium Scdm̄ Mattheum.



cap. 4. A In illo tpe Duct⁹ eſt ieſus i deſertū a ſpiritu vt tētaretur a dyabolo. Et cū ieiunaſſet quadraginta diebus et quadraginta noctib⁹: poſtea eſuriit. Et accedens tentator/dixit ei. Si filius dei es: dic vt lapides iſti panes fiant. Qui reſpōdens dixit. Scriptum eſt. Nō in ſolo pane viuit homo: ſed in oī verbo qđ procedit de ore dei. Tunc aſſumpſit eū dyabolus in ſanctam ciuitatē: ⁊ ſtatuit eū ſupra pinnaculū tēpli/⁊ dixit ei. B Si fili⁹ dei es: mitte te deorſuꝫ. Scriptū eſt eni/quia angelis ſuis mādauit de te: et in manib⁹ tollent te ne forte offendas ad lapidem pedē tuū. Ait illi ieſus rurſum. Scriptum eſt. Nō tentabis dn̄m deū tuū. Iterū aſſumpſit eū dyabolus i montē excelſum valde: et oſtēdit ei oīa regna mundi/et gloriā eorū: et dixit illi. Hec oīa tibi dabo: ſi cadēs adoraueris me. Tunc dixit ei ieſus. Vade ſathana. Scriptū eſt eni. Dn̄m deū tuū adorabis: ⁊ illi ſoli ſeruies. Tūc reliquit eū dyabol⁹: ⁊ ecce angeli acceſſerūt: ⁊ miniſtrabāt ei. ꝓ.90 Offer. Scapulis ſuis obūbrabit tibi dn̄s: ⁊ ſub pēnis eius ſperabis/ ſcuto circūdabit te veritas eius. Secreta.

Sacrificiū quadrageſimalis initij ſolēniter immolamus te domine deprecantes/vt cū epularū reſtrictiōe carnaliū: a noxijs quoqꝫ voluptatib⁹ tēperemur. Per dn̄m. Prefatio quotidiana. Cōio. Scapulis ſuis obumbrabit tibi/et ſub pennis eius ſperabis: ſcuto circūdabit te veritas eius. ꝓ.90 Poſtcōmunio.

Tui nos dn̄e ſacramēti libatio ſācta reſtauret: ⁊ a vetuſtate purgatos/in myſterij ſalutaris faciat trāſire cōſortiū. Per do. ¶ Feria .ij. poſt Inuocauit. Ad miſſam. Officium.

Sicut oculi pſal. 122. ſeruorū in manib⁹ dominorū ſuorum: ita oculi noſtri ad dn̄m deū noſtrū donec miſereatur nr̄i miſerere nobis domine miſerere nobis. Ps. Ad te leuaui oculos meos qui habitas i celis. Ibid Orem⁹. Flectamus genua leuate. Oratio.

Conuerte nos deus ſalutaris noſter: et vt nobis ieiuniū quadrageſimale proficiat: mentes noſtras celeſtibus inſtrue diſciplinis. Per.

¶ Ab hac die vſqꝫ ad cenā dn̄i i omni miſſa de ieiunio dr̄r ſeptem orōnes ſicut in dn̄ica prima aduēt⁹ dn̄i ſupradictū eſt. Epl̄a. Lctō ezechielis ꝓphete.

Hec dicit dn̄s deus. Ecce ego ipſe cap. 43. C requirā oues meas: et viſitabo illas ſicut viſitat paſtor gregem ſuū: in die quādo fuerit in medio ouiū ſuarū diſſipatarū. Sic viſitabo oues meas: et liberabo eas de omnib⁹ locis: in quib⁹ diſperſe fuerāt in die nubis ⁊ caliginis. Et educam eas de populis: et cōgregabo eas de terris. Et inducam eas in terrā ſuā et paſcam eas in montib⁹ iſrael: in riuis ⁊ in cunctis ſedib⁹ terre. In paſcuis vberrimis paſcam

eas: et in montibꝰ excelſis iſrael erũt
paſcue eaꝝ. Ibi requieſcent in herbis
virẽtibꝰ: et in paſcuis pinguibꝰ paſcẽtur
ſuper montes iſrael. Et ego paſcã
oues meas: ⁊ ego eas accubare faciam
dicit dñs deꝰ. Quod perierat requirã
et qđ abiectum fuerat reducã/ et quod
cõfractum fuerat alligabo/ et quod infirmũ
fuerat cõſolidabo/ et qđ pingue
et forte: cuſtodiã. Et paſcam illas in
iudicio ⁊ iuſticia. Dicit dñs oĩpotens.
Gr. Protector noſter aſpice deꝰ: ⁊ reſpice
p̃.83 ſup ſeruos tuos. ℣. Dñe deus virtutũ exaudi
Ibid preces ſeruorum tuorum. Tractus.
psal. Domine nõ ſecundum peccata noſtra
que fecimus nos: neq; ſecũdũ iniquitates
102 noſtras retribuas nobis. ℣. Domine
p̃.78 ne memineris iniquitatũ noſtrarum antiquarum
/ cito anticipent nos miſericordie
tue quia pauperes facti ſumus nimis.
Hic non fiat genuflexio cũ dicitur ℣ꝰ.
Ibid Adiuua nos deꝰ ſalutaris noſter: propter
gloriã nominis tui dñe libera nos ⁊ ꝓpiciꝰ
eſto peccatis noſtris propter nomen tuum.

¶ Euangeliũ Secundũ Mattheum



Cap. 25.c In illo tp̃e
dixit ieſus diſcipulis
ſuis. Cũ venerit filiꝰ
hominis ĩ
maieſtate
ſua/ ⁊ oẽs
angeli cũ
eo: tunc ſedebit
ſup
ſedẽ maieſtatis
ſue.
Et cõgregabuntur ante eũ oẽs gẽtes:
et ſeparabit eos abinuicẽ: ſicut paſtor
ſegregat oues ab hedis. Et ſtatuet
oues quidẽ a dextris ſuis: hedos autẽ
a ſiniſtris. Tũc dicet rex: his q̃ a dextris
eius erunt. Venite benedicti patris
mei: poſſidete paratũ vobis regnũ
a cõſtitutione mũdi. Eſuriui enim: et
dediſtis michi mãducare. Sitiui: ⁊ dediſtis
michi bibere. Hoſpes erã: ⁊ collegiſtis
me. Nudus: et operuiſtis me.
D Infirmus: ⁊ viſitaſtis me. In carcere
erã: ⁊ veniſtis ad me. Tũc rñdebũt ei
iuſti dicentes. Dñe/ qñ vidimꝰ te eſurientẽ
et pauimꝰ: ſitientẽ/ et dedimus
tibi potũ? Qñ autẽ te vidimꝰ hoſpitẽ:
et collegimꝰ te? Aut nudũ: ⁊ cooperuimus
te? Aut qñ te vidimꝰ ĩfirmũ/ aut
in carcere ⁊ venimꝰ ad te? Et rñdens
rex dicet illis. Amẽ dico vobis: ꝙ diu feciſtis
vni de his fratribus meis minimis
michi feciſtis. Tũc dicet ⁊ his: qui
a ſiniſtris eiꝰ erũt. Diſcedite a me maledicti
in ignẽ eternũ: qui paratus eſt
dyabolo/ ⁊ angelis eiꝰ. Eſuriui enĩ: et
nõ dediſtis michi mãducare. Sitiui: ⁊
nõ dediſtis michi potũ. Hoſpes eram
et nõ collegiſtis me. Nudus: ⁊ nõ operuiſtis
me. Infirmꝰ ⁊ in carcere: et nõ
viſitaſtis me. Tũc rñdebunt ei ⁊ ipſi:
dicentes. Dñe/ quãdo te vidimus eſurientẽ/
aut ſitientẽ/ aut hoſpitem/ aut
nudũ/ aut infirmũ/ vel in carcere: ⁊ nõ
miniſtrauimus tibi? Tũc reſpõdebit
illis: dicens. Amẽ dico vobis: ꝙ diu nõ
feciſtis vni de minoribus his/ nec michi
feciſtis. Et ibunt hĩ in ſupplicium
eternum: iuſti autẽ in vitam eternam.
Offr. Leuabo oculos meos et conſiderabo psal.
mirabilia tua domine vt doceas me iuſticiam 118.
tuam da michi intellectum vt diſcã
mandata tua. ℣. Legem pone michi dñe et Ibid
viam iuſtificationũ tuarum exquirã/ et in
preceptis tuis exercebor. Secreta.

Accepta tibi ſit dñe q̃s noſtre deuotionis oblatio: que et ieiuniũ
noſtrũ te operante ſanctificet: ⁊ indulgentiã
nobis tue cõſolatiõis obtineat.
Per d. Prefatio. Qui corporali ieiu.
Cõio. Voce mea ad dñm clamaui: ⁊ exau p̃s.3.
diuit me de monte ſancto ſuo/ non timebo
milia populi circundantis me. Poſtcõio.

Proſint nobis dñe queſumus frequētata
myſteria: que nos ⁊ a cupiditatib⁹
terrenis expediāt et iſtruāt
amare celeſtia. Per do. Sup populū.
Humiliate capita veſtra deo. Oratio
Abſolue queſumus dñe noſtrorū
vincula peccatorū: ⁊ quicquid ꝓ
eis meremur: propiciat⁹ auerte. Per.
¶ Feria tertia poſt Inuocauit. Offm̄

ps.89 Domine refugium
factus es nobis
a generatione et
progenie: a ſeculo et
in ſeculum tu es. ps̄
Ibid Priuſq̄ montes fierēt
aut formarēt terra ⁊ orbis. Nō dr̄ vlteri⁹
Orem⁹. Flectam⁹ genua leuate. Orō
Reſpice domine familiam tuam/
⁊ preſta: vt apud te mens noſtra
tuo deſiderio fulgeat: que ſe carnis
maceratione caſtigat. Per dñm nr̄m.

¶ Lectio yſaie prophete.

cap. In diebus illis. Locutus eſt yſaias
55.b propheta dicens. Querite dominum/
dum iueniri poteſt: inuocate eū/
dum prope eſt. Derelinquat ipius viā
ſuā: et vir iniquus cogitationes ſuas:
et reuertatur ad dominū/ et miſerebit̄
eius et ad deū noſtrum/ quoniam multus
eſt ad ignoſcendum. Non enim
C cogitationes mee / cogitationes veſtre:
neqȝ vie mee/ vie veſtre dicit domin⁹.
Quia ſicut exaltantur celi a terra: ſic
exaltate ſunt vie mee a vijs veſtris/ ⁊
cogitationes mee a cogitationibus veſtris.
Et quomodo deſcendit ymber et
nix de celo/ et illud vltra non reuertitur/
ſed inebriat terram ⁊ infundit eā/
et germinare eam facit / et dat ſemen
ſerenti et panē comedenti: ſic erit verbum
meum qḋ egredietur de ore meo.
Non reuertetur ad me vacuū: ſed faciet
D quecūqȝ volui/ ⁊ proſperabitur in
psal. his ad que miſi illud. Ait domin⁹ omnipotens.
140. Grad̄ Dirigatur oratio mea
ſicut incenſum in conſpectu tuo domine. ℣.
Eleuatio manuū mearum ſacrificium veſpertinum. Ibid
¶ Secundum Mattheum



In illo tp̄e cap.
Cū intraſſet Jeſus 21.b
hieroſolymā: cōmota
eſt vniuerſa ciuitas
dicēs. Quis eſt
hic? Populi autē
dicebant. Hic eſt ieſus
p̄pheta: a nazareth galilee. Et intrauit ieſus
in tēplum dei: et eijciebat omnes
vendentes ⁊ ementes in templo ⁊ mēſas
nummulariorū et cathedras vendentium
colūbas euertit. Et dicit eis.
Scriptum eſt: quia domus mea dom⁹
orationis vocabitur. Vos autem feciſtis
illam ſpeluncam latronū. Et acceſſerunt
ad eum ceci et claudi in templo:
et ſanauit eos. Vidētes autē principes
ſacerdotum et ſcribe mirabilia
que fecit: ⁊ pueros clamantes in templo
et dicentes. O ſanna filio dauid:
indignati ſunt et dixerunt ei. Audis
quid iſti dicunt? Jeſus autē dixit eis.
Vtiqȝ. Nunq̄ legiſtis quia ex ore infantium
et lactentium/ perfeciſti laudem?
Et relictis illis: abijt foras extra
ciuitatem in bethaniā. Ibiqȝ manſit:
et docebat eos de regno dei. Offer.
In te ſperaui domine dixi tu es de⁹ meus:
in manibus tuis tempora mea. ℣. Illumina ps. 30
faciem tuā ſuper ſeruum tuū et ſaluum Ibid
me fac propter miām tuam domine nō confundar
quoniam inuocaui te. Secreta.

Preſta domine queſum⁹ vt dicato
muneri cōgruentē noſtre deuotionis
tibi offeramus affectū. Per.

Prefa. Qui corporali ieiunio. Cōio.

ps.4 Cum inuocarē te exaudiſti me deus iuſtitie mee in tribulatione dilataſti me miſerere michi dñe ⁊ exaudi orōnē meā. Poſtcō.

Queſumus omnipotēs deus/ vt illius ſalutaris capiamus effectum cuius per hec myſteria pignus accepimus. Per. Super populum. Humiliate capita veſtra deo. Oratio.

Aſcendāt ad te dñe preces noſtre ⁊ ab eccleſia tua cunctam repelle nequiciam. Per dñm noſtrum.

¶ Feria.iiii.quatuor tpm.xl. Offm.

ps.24 Reminiſcere miſerationū tuarū dñe ⁊ mie tue q̄ a ſeculo ſūt: ne vnq̄ dominētur nobis inimici noſtri libera nos deus iſrael ex omnibus anguſtijs nr̄is.
Ibid Ps. Ad te dñe leuaui animā meā: deus meus in te confido nō erubeſcam. Sequitur oratio ſine Dñs vobiſcū. ſed cū Oremus/ ⁊ Flectamus genua. Oratio.

Preces noſtras q̄s dñe clementer exaudi: ⁊ cōtra cūcta nobis aduerſantia/ dexterā tue maieſtatis extēde. Per dñm. Lectio libri Exodi.

Cap. 24 C In diebus illis. Dixit dñs ad moyſen. Aſcende ad me in mōtē: ⁊ eſto ibi. Dabo tibi duas tabulas lapideas ⁊ legē ac mandata que ſcripſi: vt doceas filios iſrael. Surrexerūt moyſes ⁊ ioſue miniſter eius: aſcēdēſqȝ moyſes in montē dei/ ſenioribus ait. D Expectate hic: donec reuertamur ad vos. Habetis aaron ⁊ hur vobiſcū: ſi quid natū fuerit queſtionis/ referetis ad eos. Cūqȝ aſcendiſſet moyſes: operuit nubes montem ⁊ habitauit gloria dñi ſuper ſinay tegens illū nube ſex diebus Septimo autē die: vocauit eū dñs de medio caliginis. Erat aūt ſpecies glorie dñi quaſi ignis ardens ſuper verticem montis: in conſpectu filioꝝ iſrael Ingreſſuſqȝ moyſes medium nebule aſcendit in montē. Et fuit ibi quadraginta diebus: ⁊ quadraginta noctibus

ps.24 Grad. Tribulationes cordis mei dilatate ſunt/ de neceſſitatibus meis eripe me domine.
Ibid ℣. Vide humilitatem meam ⁊ laborem meum: et dimitte omnia peccata mea.

Nō repetatur Gr. ſed ſequatur Dñs vobiſcū. Flectam⁹ genua. Leua. Or.

Deuotionē populi tui queſumus domine benignus intēde: vt qui per abſtinentiam macerantur in corpore: per fructū boni operis reficiantur in mēte. Per dñm. Hic dicuntur memo. cōſuete. Lectio libri regum.

3. ca. 19. A In diebus illis. Venit helias in berſabee iuda ⁊ dimiſit ibi puerū ſuū: ⁊ perrexit in deſertū viam vnius diei. Cūqȝ veniſſet et ſederet ſubter vnā iuniperū: petiuit aīme ſue vt moreretur/ ⁊ ait. Sufficit michi dñe: tolle animā meam. Neqȝ enim melior ſum q̄ patres mei. Proiecitqȝ ſe: et obdormiuit in vmbra iuniperi. Et ecce angelus dñi tetigit eū: dixitqȝ illi. Surge comede. Et reſpexit. Et ecce ad caput ſuū ſubcinericius panis: et vas aque. Comedit ergo ⁊ bibit: ⁊ rurſuz obdormiuit. Reuerſuſqȝ eſt angelus dñi ſecūdo ⁊ tetigit eū: dixitqȝ illi. Surge comede: grandis eni tibi reſtat via. Qui cū ſurrexiſſet: comedit ⁊ bibit. Et ambulauit in fortitudine cibi illius: quadraginta diebus/ ⁊ quadraginta noctibus: vſqȝ ad montem dei oreb. Chorus alternatim dicat. Tractus.

ps.24 De neceſſitatibus meis eripe me dñe/ vide humilitatem meam et laborem meum ⁊ dimitte omnia peccata mea. ℣.
Ibid Ad te domine leuaui animam meam: deus meus in te confido non erubeſcam: neqȝ irrideant me inimici mei. ℣.
Ibid Etenim vniuerſi qui te expectant non confundentur: confundantur omnes facientes vana. Et dicitur iſte tractus in omni quarta feria: vſqȝ ad dominicam palmarum.

¶ Euangelium ſcd̄m Mattheum.

Cap 12 C In illo tēpoꝛe Acceſſerūt ad ieſum ſcribe ⁊ phariſei: dicētes. Magiſter volumꝰ a te ſignū videre. Qui reſpōdēs ait illis. Gn̄atio mala ⁊ adultera ſignū q̄rit: et ſignū nō dabit̄ ei / niſi
D ſignū ione ꝓphete. Sicut enim fuit ionas in vētre ceti tribꝰ diebꝰ / ⁊ tribꝰ noctibꝰ: ita erit filiꝰ hoīs ī corde terre tribus diebꝰ ⁊ tribꝰ noctibꝰ. Viri niniuite ſurgēt in iudicio cū gn̄atione iſta: ⁊ cōdēnabūt eā / q꞉ penitētiam egerūt in predicatione ione. Et ecce pluſq̄ iona hic. Regina auſtri ſurget in iudicio cū gn̄atione iſta ⁊ cōdēnabit eā: q꞉ venit a finibꝰ terre audire ſapiētiā ſalomonis. Et ecce pluſq̄ ſalomō hic. Cū aūt immūdus ſpūs exierit ab hoīe: ambulat ꝑ loca arida q̄rēs requiē ⁊ nō inuenit. Tūc dicit Reuertar in domū meā vnde exiui. Et veniēs inuenit eā vacātē: ſcopis mūdatā ⁊ oꝛnatā. Tūc vadit ⁊ aſſumit ſeptē alios ſpūs ſecū nequioꝛes ſe: ⁊ itrātes habitabūt ibi. Et fiūt nouiſſima hoīs illiꝰ: peioꝛa pꝛioꝛibus. Sic erit et gn̄ationi huic peſſime. Adhuc eo loquente ad turbas: ecce mater eiꝰ ⁊ fratres ſtabāt foꝛis / querētes loqui ei. Dixit aūt ei quidā. Ecce mater tua ⁊ fratres tui foꝛis ſtāt querētes te. At ipſe reſpōdēs: dicenti ſibi ait. Que eſt mater mea: ⁊ qui ſunt fratres mei? Et extēdēs manū in diſcipulos ſuos dixit. Ecce mater mea: ⁊ frēs mei. Quicūq꞉ eni fecerit volūtatē patris mei q̄ ī celis eſt: ipſe meꝰ frater: ⁊ ſoroꝛ / ⁊ ma-
psal. 118. ter eſt. Offer. Meditaboꝛ in mādatis tuis que dilexi valde: ⁊ leuabo manꝰ meas ad mandata tua que dilexi. ℣. Paro mea dn̄e dixi cuſtodire legē tuam pꝛecatus ſum vultum tuū in toto coꝛde meo. Secreta

Intēde q̄s dn̄e ſacrificiū ſingulare vt huiꝰ participatione myſterii q̄ ſperāda credimꝰ / expectata ſumamus. Per. Pꝛefatio. Qui coꝛpoꝛali ieiu. Cōio. Intellige clamoꝛem meum: intende voci oꝛationis mee rex meus ⁊ deus meus quoniam ad te oꝛabo domine. Poſtcōio.

ps. 5 Da quesumus oīps deus / vt reatū noſtrū munera ſacra purificēt: ⁊ recte viuēdi nobis opertētur effectum. Per dn̄m. Super populum. Oremꝰ. Humiliate capita veſtra deo. Oratio.

Mentes noſtras q̄ſumus dn̄e lumine tue claritatis illuſtra: vt videre poſſimus q̄ agēda ſūt ⁊ que recta agere valeamus. P dn̄m. ¶ Feria. v. poſt Inuocauit. Ad miſſam. Officiū.

p. 95 Confeſſio et pulchꝛitudo in cōſpectu eius / ſanctitas et magnificētia in ſanctificatione eius. Ps.
Ibid Cantate dn̄o cāticū nouū: cantate domino omnis terra. Oremꝰ. Flectamus genua. Leuate. Oratio.

Omnipotēs ſempiterne deꝰ qui in obſeruatione ieiunii ⁊ elemoſinarū largitiōe noſtroꝝ poſuiſti remedia peccatoꝝ: cōcede nos mente et coꝛpoꝛe ſemper tibi eſſe deuotos. Per dominū. Epla. Lectio ezechielis pꝛophete.

Cap 18. In diebus illis. Factus eſt ſermo dn̄i ad me dicēs. Quid eſt quod inter vos hanc parabolā veritatis in pꝛouerbiū iſtud in terra iſrael / dicentes. Patres noſtri comederūt vuā acerbā ⁊ dentes filioꝝ obſtupeſcūt. Viuo ego dicit dn̄s deus: ſi erit vobis vltra parabola hec in pꝛouerbiū in iſrael. Ecce omnes anime mee ſunt. Vt anima patris: ita ⁊ aīa filii mea eſt. Anima q̄ peccauerit: ipſa moꝛiet̄. Et vir ſi fuerit iuſtus ⁊ fecerit iudiciū ⁊ iuſtitiā / in mōtibus nō comederit / et oculos ſuos nō leuauerit ad ydola domus iſrael / et vxoꝛem pꝛoximi ſui non violauerit: et ad mulierem menſtruatam non acceſſerit / et hominem non contriſtauerit / pignꝰ debitoꝛi ſuo reddiderit / per vim nichil rapuerit / panem ſuum eſurienti dederit/⁊ nudum operuerit veſtimēto/ad vſuram non cōmodauerit/⁊ amplius nō acceperit/ ab iniquitate auerterit manum ſuam/iudiciū verū fecerit inter virum ⁊ virū/ et in preceptis meis ambulauerit/ et iudicia mea cuſtodierit vt faciat veritatē: hic iuſtus eſt ⁊ vita viuet. Ait dominus deus. Quod ſi genuerit filiū latronē effundentem ſanguinē ⁊ fecerit vnū de iſtis ⁊ hec quidē omnia non facientē: nunquid viuet? Cuꝫ vniuerſa deteſtanda hec fecerit: morte morietur. Sanguis eius in ipſo erit. Quod ſi genuerit filiū qui vidēs omnia peccata patris ſui que fecit timuerit et non fecerit ſimile eis: iudicia mea fecerit / ⁊ in preceptis meis ambulauerit: hic nō morietur in iniquitate patris ſui/ ſed vita viuet. Pater eius quia calūniatus eſt ⁊ vim fecerit fratri / et malū operatus eſt in medio populi ſui: ecce mortuus eſt in iniquitate ſua. Et dicitis. Quare nō portabit filius iniquitatem patris ſui? Videlicet quia filius iudicium ⁊ iuſtitiam operatus eſt: om̄ia precepta mea cuſtodiuit et fecit illa/vita viuet. Ait dominus omnipotens. Gr. Cuſtodi

ꝑ.16 me domine vt pupillam oculi: ſub vmbra
alarum tuarum protege me. ℣. De vultu
Ibid tuo iudiciū meū prodeat: oculi tui videant
iniquitatem.

Secundū Johannem.

Cap 8. D



IN illo tpe Dicebat ieſus ad eos q̇ crediderūt ei ex iudeis. Si vos manſeritis in ſermōe meo/ vere diſcipuli mei eritis: ⁊ cognoſcetis veritatem/⁊ veritas liberabit vos. Reſponderunt ei iudei. Semen abrahe ſumus: et nemini ſeruiuimus vnq̄. Quomodo tu dicis: qꝛ liberi eritis? Reſpōdit eis ieſus Amē amē dico vobis: qꝛ om̄is qui facit peccatū/ ſeruus eſt peccati. Seruus aūt nō manet in domo ineternū: filius autē manet ineternū. Si ergo filius vos liberauerit: vere liberi eritis. Scio qꝛ filij abrahe eſtis: ſed q̄ritis me interficere qꝛ ſermo meus nō capit in vobis. Ego quod vidi apud patrem meū loquor: ⁊ vos que vidiſtis apud patrē veſtrū facitis. Reſpōderūt ⁊ dixerūt ei. Pater noſter abrahā eſt. Dicit eis ieſus. Si filij abrahe eſtis: opera abrahe facite. Nūc autē queritis me interficere: hominē qui veritatē locutus ſum vobis quā audiui a deo. Hoc abrahā non fecit: vos facitis opera patris veſtri. Dixerūt itaqꝫ ei. Nos ex fornicatione nō ſumus nati: vnū patrē habemus deū. Dixit ergo eis ieſus Si deus pater veſter eſſet: diligeretis vtiqꝫ me Ego enī a deo pceſſi ⁊ veni. Neqꝫ enī a meipſo veni: ſed ille me miſit. Quare loquelā meā nō cognoſcitis. Quia nō poteſtis audire ſermonem meū. Vos ex patre dyabolo eſtis: ⁊ deſideria patris veſtri vultis facere. Ille homicida erat ab initio/⁊ in veritate nō ſtetit: qꝛ nō eſt veritas in eo. Cū loquitur mendaciū/ex proprijs loquitur: qꝛ mendax eſt ⁊ pater eius. Ego autē quia veritatē dico: nō creditis michi. Quis ex vobis arguet me de peccato? Si veritatem dico vobis: quare vos non creditis michi? Qui ex deo eſt: verba dei audit.

Offr. Immittit angelus dn̄i in circuitu ꝑ.33.
timentium eum ⁊ eripiet eos: guſtate ⁊ vi
dere quoniam ſuauis eſt dominus. ℣. Be Ibid
nedicam dominum in omni tempore: ſem
per laus eius in ore meo.

Secreta.

SAcrificia dn̄e queſumus propenſius iſta nos ſaluent: que medicis

nalibus ſunt inſtituta ieiunijs. Per
dñm noſtrū. Pꝛefatio. Qui corpoꝛali
Joh. ieiu. Cõio. Panis quem ego dedero ca
6. C ro mea eſt pꝛo ſeculi vita. Poſtcõio.

CElorum nos dñe largitate donorum
⁊ tempoꝛalibus attolle preſidijs/⁊
renoua ſempiternis. Per dominū
noſtrū. Super populū. Humiliate
capita veſtra deo. Oꝛatio.

DA q̄s dñe populis xp̄ianis et que
ꝓfitētur agnoſcere: ⁊ celeſte munus
diligere quod frequentant. ꝑ do.

¶ Fer.vj.quatuoꝛ tēpoꝛū.xl. Offm.

ꝑ.24 DE neceſſitatibus meis eripe me
dñe/ vide humilitatē
meā ⁊ laboꝛē meū
⁊ dimitte oīa peccata
Ibid mea. Ps Ad te dñe
leuaui animā meā: deꝰ meꝰ in te cõfido nõ
erubeſcā. Oremꝰ. Flectamus ge. Oꝛo

ESto dñe ꝓpicius plebi tue ⁊ quā
tibi facis eſſe deuotā: benigno refoue
miſeratus auxilio. Per dominū.

¶ Lectio ezechielis pꝛophete.

Cap HEc dicit dñs deus. Anima q̄ peccauerit:
18 C ipſa moꝛietur. Filius nõ
poꝛtabit iniquitatē patris: et pater nõ
poꝛtabit iniquitatē filij. Juſtitia iuſti
ſup eū erit: et impietas impij erit ſup
eū. Si autē impius egerit penitētiam
ab oībus peccatis ſuis q̄ operatꝰ eſt/et
cuſtodierit oīa ꝓcepta mea/⁊ fecerit iudiciū
⁊ iuſtitiā: vita viuet/⁊ nõ moꝛietur.
Oīm iniquitatū eiꝰ quas operatꝰ
eſt: nõ recoꝛdaboꝛ. Jn iuſtitia ſua quā
operatꝰ eſt: viuet. Nunquid volūtatis
mee eſt moꝛs ip̄ij/dicit dñs deus: ⁊ nõ
magis vt cõuertat̄ a vijs ſuis ⁊ viuat
Si autē auerterit ſe iuſtus a iuſtitia
ſua: ⁊ fecerit iniquitatē ſecūdū omnes
abominationes quas operari ſolet impius:
nūquid viuet? Omnes iuſtitie
eius quas fecerat: non recoꝛdabuntur
Jn pꝛeuaricatione ſua qua pꝛeuaricatus eſt:
⁊ in peccato ſuo quod peccauit
in ipſis moꝛietur. Et dixiſtis. Nõ eſt
equa via dñi. Audite ego domus iſrael.
Nunquid via mea non eſt equa et
non magis vie veſtre pꝛaue ſunt? Cū
enim auerterit ſe iuſtus a iuſtitia ſua
⁊ fecerit iniquitatem: moꝛietur in eis.
Jn iniuſtitia ſua quam operatus eſt:
moꝛietur. Et cū auerterit ſe impius
ab impietate ſua quā operatus eſt / et
fecerit iudiciū ⁊ iuſtitiā ipſe animā ſuam
viuificabit. Cõſiderãs enī ⁊ auertens
ſe ab omnibus iniquitatibus ſuis
quas operatus eſt: vita viuet/⁊ nõ moꝛietur.
Dicit dominus omnipotens.

Grad. Saluum fac ſeruum tuum deus ꝑ. 85
meus ſperantem in te. ℣. Auribus percipe Ibid
domine oꝛationem meam. Tractus.

DOmine nõ ſecundum peccata noſtra pſal.
que fecimus nos: neq̄ ſecūdū iniquitates 102.
noſtras retribuas nobis. ℣. Domine ꝑ78
ne memineris iniquitatū noſtrarum antiquarum
/ cito anticipent nos miſericoꝛdie
tue quia pauperes facti ſumus nimis.
Hic non fiat genuflectio cū dicitur ℣.
Adiuua nos deꝰ ſalutaris noſter: pꝛopter Ibid
gloꝛiā nominis tui dñe libera nos ⁊ ꝓpiciꝰ
eſto peccatis noſtris pꝛopter nomen tuum.

¶ Euangelium ſecundū Johannē.



Cap IN illo tē
5. A poꝛe.
Erat dies feſtus
iudeoꝛū
et aſcēdit
ieſus hieroſolimā.
Eſt autē
hieroſolymis pꝛobatica
piſcina/ q̄ cognominatur
hebꝛaice bethſaida: quinq̄ porticus
habens. Jn his iacebat multitu-

do magna languentium/ cecoꝝ/ claudoꝝ/ aridoꝝ/ expectantiū aque motū Angelus autē dñi ſecūdū tempus deſcendebat in piſcinam : et mouebatur aqua. Et quicūq; prioꝛ deſcendiſſet in piſcinā poſt motionē aque : ſanus fiebat a quacūq; detinebatur infirmitate. Erat autē quidā homo ibi: triginta ⁊ octo annos habēs: in īfirmitate ſua. Hunc cū vidiſſet ieſus iacentem/ ⁊ cognouiſſet quia multū iam tēpus haberet: dicit ei. Uis ſanus fieri? Reſpon-
B dit ei languidus. Dñe/ hominē nō habeo vt cū turbata fuerit aqua : mittat me in piſcinā. Dū venio enim ego: alius ante me deſcendit. Dicit ei ieſus. Surge/ tolle grabatū tuū: et ambula. Et ſtatim ſanus eſt homo ille: ⁊ ſuſtulit grabatū ſuū ⁊ ambulabat. Erat autē ſabbatū: in illo die. Dicebāt ergo iudei: illi qui ſanatus fuerat. Sabbatū eſt: nō licet tibi tollere grabatū tuum. Reſpōdit eis. Qui me ſanū fecit: ille michi dixit. Tolle grabatū tuū: ⁊ ambula. Interrogauerūt ergo eū. Quis eſt ille homo qui dixit tibi tolle grabatū tuū ⁊ ambula? Is aūt qui ſanꝰ fuerat effectꝰ: neſciebat quis eſſet. Ieſus autē declinauit a turba: cōſtituta in lo-
C co. Poſtea inuenit eū ieſus in templo ⁊ dixit illi. Ecce ſanus factus es: iā noli peccare/ ne deterius tibi aliquid contingat. Abijt ille homo et nūciauit iudeis: quia ieſus eſſet: qui fecit eū ſanū.

psal. 102. Offer. Benedic anima mea dño/ ⁊ noli obliuiſci omnes retributiones eius: et renouabitur ſicut aquile iuuentus tua.
Ibid. pſꝰ. Qui propiciatur omnibus iniquitatibus tuis et redemit de interitu vitam tuā: qui coronat te in miſeratione ⁊ miſericoꝛdia. Secreta.

Suſcipe domine queſumus munera noſtris oblata ſeruitijs: et tua propicius dona ſanctifica. Per. Pre-
ps. 6 fa. Qui corpo. Cōio. Erubeſcāt ⁊ cōturbētur oēs inimici mei: auertātur retroꝛſum ⁊ erubeſcāt valde velociter. Poſtcōio.

Per huius dñe operationē myſterij ⁊ vitia noſtra purgentur: ⁊ iuſta deſideria cōpleantur. Per dñm. Sup populū. Humiliate capita. Oratio.

Exaudi nos miſericoꝛs deus: ⁊ mentibus noſtris grē tue lumen oſtēde. Per dñm noſtrum ieſum xp̄m.

¶ Sabbato. iiij. tēpoꝝ. xl. Officium.

Intret oratio ps. 87
mea in cōſpectu tuo: inclina aurē tuā ad precē meā. Ps. Dñe Ibid
deus ſalutis mee in die clamaui ⁊ nocte coꝛā te.

Omnes orationes ſine Dñs vobiſcū dicūtur preter vltimā que eſt ante epiſtolā. Et ad oēs orationes dicit Oremꝰ. ſimiliter ⁊ ad oēs orōnes dr Flectamꝰ ge. preter q̄ ad vltimā: ⁊ omnes lectio. cū ſuis titulis legātur. Oratio.

Populū tuū q̄ſumus dñe propicius reſpice: atq; ab eo flagella tue iracundie clementer auerte. Per do.

Lectio libri Deuteronomij.

In diebus illis. Locutus eſt moy- Cap 26.
ſes ad dñm dicens. Reſpice dñe de ſanctuario tuo/ ⁊ de excelſo celoꝝ habitaculo: ⁊ benedic populo tuo iſrael/ ⁊ terre quā dediſti nobis ſicut iuraſti patribus noſtris terre/ lacte/ ⁊ melle manēti. Audi iſrael. Hodie dñs deus tuus precepit tibi vt facias mādata eius atq; iudicia: ⁊ cuſtodias/ ⁊ impleas ex toto coꝛde tuo ⁊ ex tota anima tua. Dñm elegiſti hodie vt ſit tibi deus: ⁊ ambules in vijs eius/ vt cuſtodias cerimonias illius ⁊ mādata eius atq; iudicia: ⁊ obedias eius imperio. En dñs elegit te hodie/ vt ſis ei populus peculiaris ſicut locutus eſt tibi: ⁊ cuſtodias oīa precepta eius/ ⁊ faciat te excelſioꝛē cūctis gētibus quas creauit in laudem ⁊ nomen et gloꝛiā ſuam/ vt ſis populus ſanctus domini dei tui : ſicut locutus
eſt tibi. Gr. Propicius eſto dñe pctīs no- ps. 78

ſtris: nequādo dicāt gētes vbi eſt deus eoꝝ.

ꝑ.78 ℣. Adiuua nos deus ſalutaris noſter/⁊ ꝓpter honoꝛē nominis tui dñe libera nos. Non repetatur grad. Oꝛemus. Flectamus genua. Leuate. Oꝛatio.

DEus qui nos per tpalia ducis ad eterna: pꝛetēde miſericoꝛdiā tuā ad celeſtia pꝛomiſſa nitētibus: ⁊ q꞉ tuum eſt qđ credimꝰ: tuū ſit oīne qđ viuimus. Per d. Lectio libꝛi Deuterono

Cap̄ 11. E IN diebꝰ illis. Dixit moyſes filiis iſrael. Si cuſtodieritis mādata q̄ ego pꝛecipio vobis/⁊ feceritis ea vt diligatis dñm deū veſtrū: ⁊ ambuletis ī oībus viis eius adherētes ei: diſꝑdet dñs oēs gētes iſtas ante faciē veſtrā/ ⁊ poſſidebitis eas que maioꝛes ⁊ foꝛtioꝛes vobis ſunt. Omnis locusquē calcauerit pes veſter: veſter erit. A deſerto ⁊ libano/⁊ flumine magno eufrate: vſqꝫ ad mare occidētale erūt termini veſtri/nullus ſtabit cōtra vos. D Terroꝛē veſtrū ⁊ foꝛmidinē dabit dñs deus veſter ſuper omnē terram quā calcaturi eſtis: ſicut locutus eſt vobis dñs deus veſter. Gr. Pꝛotectoꝛ noſter aſpice deus ꝑ.83. ⁊ reſpice ſup ſeruos tuos. ℣. Dñe deꝰ virtutū exaudi ꝑces ſeruoꝝ tuoꝝ. Oꝛemꝰ Flectamus genua Leuate. Oꝛatio.

PRotectoꝛ noſter aſpice deus: vt qui maloꝝ noſtroꝝ pōdere pꝛemimur: percepta miſericoꝛdia libera tibi mēte famulemur. Per dñm noſtrū.

¶ Lectio libꝛi Machabeoꝛum.

2. ca. 1. E IN diebus illis. Oꝛationem faciebāt ſacerdotes: dū offerrēt ſacrificiū ꝓ populo iſrael/ ionatha inchoāte/ ceteris autē reſpōdētibus ⁊ dicētibus A Benefaciat vobis deus: ⁊ meminerit teſtamēti ſui/qđ ad abꝛahā/yſaac ⁊ iacob locutꝰ eſt ſeruoꝝ ſuoꝝ fideliū. Et det vobis coꝛ oībꝰ/vt colatis eū: ⁊ faciatis eius volūtatē coꝛde magno ⁊ animo volenti. Adaperiat dñs coꝛ veſtrū in lege ſua: ⁊ in pꝛeceptis ſuis/et faciat pacem. Exaudiat dñs oꝛationes veſtras: ⁊ recōcilietur vobis/nec vos deſerat in tpe malo: dñs deꝰ noſter. Gr. Conuertere dñe aliquātulum: ⁊ depꝛecare ſuper ſeruos tuos. ꝑ.89 Ibiđ ℣. Dñe refugium factus es nobis: a gñatione ⁊ pꝛogenie. Oꝛemus Flectamus genua Leuate. Oꝛatio.

ADeſto queſumus dñe ſupplicationibus noſtris: vt eſſe te largiēte mereamur: et inter pꝛoſpera humiles/⁊ inter aduerſa ſecuri. Per dñm.

¶ Lectio libꝛi ſapientie.

Eccli 36 A MIſerere noſtri deus omniū et reſpice nos: ⁊ oſtēde nobis lucē miſerationū tuarū. Et immitte timoꝛem tuū ſuper gentes que non exquiſierūt te: vt cognoſcāt: quia non eſt deus niſi tu/vt enarrent magnalia tua. Alleua manū tuā ſuper gentes alienas: vt videant potentiā tuā. Sicut enim in cōſpectu eoꝛū ſanctificatus es in nobis: ſic in cōſpectu noſtro magnificaberis in illis/vt cognoſcāt te ſicut ⁊ nos cognouimus/quia non eſt deus pꝛeter te dñe. Innoua ſigna: ⁊ imminuta mirabilia. Gloꝛifica manū: ⁊ bꝛachiū dextrū. Excita furoꝛē: ⁊ effunde irā. B Extolle aduerſariū: ⁊ afflige inimicū. Feſtina tēpus ⁊ memento finis: vt enarrēt vniuerſa mirabilia tua dñe deꝰ noſter. Gr. Saluū fac populū tuū dñe: ⁊ benedic hereditati tue. Cāti Te 8 ꝑ.27 ℣. Ad te dñe clamabo deus meus ne ſileas a me: ⁊ ero ſimilis deſcendentibus in lacum. Oꝛemus. Flectamus genua Leuate. Oꝛatio.

ACtiones noſtras queſumus domine aſpirando pꝛeueni/⁊ adiuuando pꝛoſequere: vt cuncta noſtra operatio/a te ſemper incipiat: et per te cepta finiatur. Per dñz noſtrū ieſum.

¶ Lectio Danielis pꝛophete.

Dañ ca. 3. E ANgelus dñi deſcendit cū azaria ⁊ ſociis eius in foꝛnacē: et excuſſit flammā ignis de foꝛnace/⁊ fecit mediū foꝛnacis quaſi ventū roꝛis flantē. Flamma autem diffuſa eſt ſuper foꝛnacem cubitis quadꝛagintanouem: et incẽdit quos repperit iuxta fornacem de caldeis miniſtros regis qui cũ incẽdebant. Illos autẽ omnino nõ tetigit ignis neqꝫ contriſtauit: neqꝫ quicꝗ̃ moleſtie intulit. Tũc hi tres quaſi ex vno ore laudabãt ⁊ glorificabãt: ⁊ benedicebãt deũ in fornace dicentes. Benedictus es dñe deus patrũ noſtroꝝ: ⁊ laudabilis ⁊ glorioſus/ ⁊ ſuperexaltatus in ſecula. Et benedictũ nomen glorie tue quod eſt ſanctum: ⁊ laudabile ⁊ ſuperexaltatũ in omnibus ſeculis. Benedictus es in tẽplo ſancto glorie tue: ⁊ ſuperlaudabilis ⁊ ſupergloriosus in ſecula. Benedict⁹ es in throno regni tui: ⁊ ſuperlaudabilis et ſuperexaltatus in ſecula. Bñdictus es ſuper ſceptrũ regni diuinitatis tue: ⁊ ſuperlaudabilis ⁊ ſuperaltatus in ſecula. Benedictus es qui intueris abyſſos ⁊ ſedes ſuper cherubin: ⁊ ſuperlaudabilis ⁊ ſuperexaltat⁹ in ſecula. Benedictus es qui ambulas ſuper pennas ventorum ⁊ ſuper vndas maris: ⁊ ſuperlaudabilis ⁊ ſuperexaltatus in ſecula.

Duo clerici de ſecunda forma in ſuperpellicijs ad grad. chori dicant ſequentem Tractum.

Dan. 3. C et oĩa infra. Benedictus es in firmamẽto celi: et laudabilis ⁊ glorioſus in ſecla. Chor⁹ idẽ. Clerici. ℣. Bñdicite oĩa opa dñi dño/ bñdicite celi dño / bñdicite angeli dñi dño. Chorus poſt vnũquẽqꝫ verſuz reſpõdeat. Hymnũ dicite et ſuperexaltate eũ in ſecula. Clerici. ℣. Bñdicite aque que ſuper celos ſunt dño: benedicite omnes virtutes domini dño/ benedicite ſol ⁊ luna dño. Chorus. Hymnum. Clerici. ℣. Benedicite ſtelle celi domino: benedicite ymber ⁊ ros domino/ benedicite omnis ſpiritus dei dño. Chorus. Hymnũ. Clerici. ℣. Benedicite ignis ⁊ eſtus dño: bñdicite noctes ⁊ dies dño/ benedicite tenebre ⁊ lumẽ domino. Chorus. Hymnũ. Clerici. ℣. Bñdicite frigus ⁊ cauma dño: bñdicite pruina ⁊ niues dño/ benedicite fulgura ⁊ nubes dño. Chorus. Hymnũ. Clerici. ℣. Benedicat terra dño: benedicite mõtes ⁊ colles dño benedicite omnia naſcẽtia terre dño. Chorus. Hymnũ. Clerici. ℣. Bñdicite maria ⁊ flumina dño: benedicite fontes dño/ benedicite cete ⁊ oĩa que mouẽtur in aquis domino. Chor⁹. Hymnum. Clerici. ℣. Benedicite volucres celi dño: benedicite beſtie ⁊ vniuerſa pecora dño / benedicite filij hominũ dño. Chorus Hymnũ. Cleri. ℣. Bñdicat iſrael dño: bñdicite ſacerdotes dñi dño/ bñdicite ſerui dñi dño. Chorus. Hymnũ. Cle. ℣. Bñdicite ſpũs ⁊ aĩe iuſtoꝝ dño: bñdicite ſancti ⁊ hũiles corde dño. Cho. Hymnũ. Cle. ℣. Bñdicite anania azaria miſael dño. Cho. Hymnũ. Poſtea cleri. reincipiãt tractũ Bñdict⁹ es in firmamẽto celi. et pcãtẽt a choro. Sequit Dñs vobiſcũ. Oremus. Hic nõ dicat Flectamus ge. Leuate. Oratio.

Deus qui tribus pueris mitigaſti flammas ignium/ concede propicius: vt nos famulos tuos non exurat flamma vitiorum. Per dominum noſtrum. Hic dicuntur memorie conſuete. Ad Theſſalonicenſes.

I. t8. Fratres. Rogamus vos corripite inquietos: conſolamini puſillanimes / ſuſcipite infirmos/ patiẽtes eſtote ad omnes. Videte/ ne quis malũ pro malo alicui reddat: ſed ſemper quod bonũ eſt ſectamini in inuicem ⁊ D in oẽs. Sẽper gaudete: ſine intermiſſione orate/ in omnibus gratias agite. Hec eſt enim volũtas dei in xp̃o ieſu: in omnibus vobis. Spiritũ nolite extinguere: ꝓphetias nolite ſpernere. Omnia autẽ probate: quod bonũ eſt tenete/ ab omni ſpecie mala abſtinete vos. Ipſe autez deus pacis ſanctificet vos per oĩa: vt integer ſpũs veſter ⁊ anima ⁊ corpus ſine querela in aduentu domini noſtri ieſu chriſti ſeruetur.

¶ Duo clerici de ſecũda forma in cappis nigris ad gradũ chori ſimul cãtẽt totum ⁊ integrum iſtum Tractum.

ps.116 Laudate dn̄m oēs gētes: ⁊ collaudate Ibidē eū oēs populi. ℣. Quoniā cōfirmata est super nos mīa eius: ⁊ veritas dn̄i manet ineternū. Secundum Mattheum.



Cap. 17 A In illo tp̄e Assūpsit iesus petrū ⁊ iacobū ⁊ iohānē fratrē eius: ⁊ duxit illos ī mōtez excelsū seorsū ⁊ trāsfiguratꝰ est āte eos. Et resplēduit facies eius sicut sol: vestimēta autē eius facta sunt alba sicut nix. Et ecce apparuerunt illis moyses ⁊ helyas cū eo loquētes. Respōdēs autē petrus dixit ad iesum. Dn̄e: bonū est nos hic esse. Si vis faciamus hic tria tabernacula: tibi vnū/moysi vnū/⁊ helye vnū Adhuc eo loquente: ecce nubes lucida obūbrauit eos. Et ecce vox de nube dicēs. Hic est filius meꝰ dilectus: in quo michi bene cōplacui ipsum audite. Et audientes discipuli: ceciderūt in faciē suā: ⁊ timuerunt valde. Et accessit iesus B ⁊ tetigit eos: dixitq; eis. Surgite/ ⁊ nolite timere. Leuātes autez oculos suos/ neminē viderūt nisi solū iesum. Et descēdētibus illis de monte: precepit eis iesus dicens. Nemini dixeritis visionē: donec filius hominis a mortuis resurgat. ps.87 Offer. Dn̄e deꝰ salutis mee in die clamaui ⁊ nocte corā te: intret orō mea Ibidē in cōspectu tuo dn̄e. ℣. Inclina aurē tuam ad precē meā dn̄e loge fecisti notos meos a me clamaui ad te domine/tota die expandi manus meas ad te. Secreta.

Presentibus sacrificiis quesumꝰ dn̄e ieiunia nostra sanctifica: vt quod obseruantia nostra pfitetur extrinsecus: intrinsecus operetur. Per dominū nostrū. Prefatio. Qui corporali ieiu. Cōio. Domine deus meus in te speraui: ps.7. libera me ab omnibus persequētibus me ⁊ eripe me. Postcōio.

Quos diuino domine reficis mysterio perpetuo defende presidio et quos imbuisti celestibus institutis: salutaribus comitare solatijs. Per d. Si episcopus defuerit: dicatur super populum hec oratio. Humiliate capita vestra deo. Oratio.

Fideles tuos dn̄e benedictio desiderata confirmet: que eos ⁊ a tua voluntate nunq̄ faciat discrepare: ⁊ tuis semper indulgeat beneficijs gratulari. Per dn̄m nostrū iesum xp̄m fi. Tamen si episcopus presens fuerit et ordines fecerit: non dicetur.

¶ Dn̄ica.ij.quadragesime. Officium

Reminiscere ps.24 miserationū tuaruz dn̄e et misericordie tue que a seclo sunt ne vnq̄ dominentur nobis inimici nostri libera nos deus israel ex omnibus angustijs nostris. ps. Ad te domine leuaui Ibidē animam meam: deus meus in te cōfido nō erubescam. Oratio.

Deus qui conspicis omni nos virtute destitui: interius/exteriusq; custodi: vt ab omnibus aduersitatibus muniamur in corpore: ⁊ a prauis cogitationibus mundemur in mente. Per dominum nostrum iesum christum filium tuum: qui tecum viuit et regnat in vnitate spiritussancti deus. Per.

¶ Epl̄a ad Thessalonicenses.

Fratres. Rogamus vos et obsecramus in dn̄o iesu: 1.ca. 4 A vt quemadmodū accepistis a nobis quomodo vos oporteat ambulare ⁊ placere deo: sic ⁊ ambuletis/ vt abūdetis magis. Scitis

enim que precepta dederim vobis per dominũ ieſum. Hec eſt enim volũtas dei ſanctificatio veſtra: vt abſtineatis vos a foꝛnicatiõe: vt ſciat vnuſquiſqꝫ veſtrũ/ ſuum vas poſſidere in ſanctificatione ⁊ honoꝛe: nõ in paſſione deſiderij: ſicut ⁊ gẽtes/ que ignoꝛãt deũ.
B Et ne quis ſupergrediatur/ neqꝫ circunueniat in negocio fratrem ſuum: quoniam vindex eſt dominus de his omnibus ſicut predixim⁹ vobis/ ⁊ teſtificati ſumus. Non eni vocauit nos deus in imundiciam: ſed in ſanctificationẽ. In chꝛiſto ieſu: domino noſtro. Gꝛ. Tribulationes coꝛdis mei dilatate ſunt: de neceſſitatib⁹ meis eripe me dñe. ℣. Vide humilitatẽ meã et laboꝛem meũ: et dimitte omnia peccata mea. Tractus.

Dixit dñs mulieri chananee nõ eſt bo
mat- num ſumere panẽ filioꝛũ: et mittere
th. 15 canibus ad manducandũ. ℣. At illa dixit:
et oia etiam dñe nam ⁊ catelli edunt de micis que
infra cadunt de menſa dominoꝛũ ſuoꝛũ. ℣. Ait
E illi ieſus: o mulier magna eſt fides tua: fiat
tibi ſicut petiſti. ¶ Scd̄m Mattheum.



cap. 10, C In illo tp̄e Egreſſus Jeſus ſeceſſit i partes tyri/ et ſydonis: ⁊ ecce mulier chananea a finib⁹ illis egreſſa clamauit dicẽs ei. Miſerere mei dñe fili dauid: filia mea male a demonio vexatur. Qui non reſpõdit ei verbum. Et accedẽtes diſcipuli ei⁹: rogabant eũ dicẽtes. Dimitte eã: quia clamat poſt nos. Ipſe aũt reſpondens/ ait. Nõ ſum miſſus: niſi ad oues que perierunt dom⁹ iſrael. At illa venit: ⁊ adoꝛauit eũ dicens. Dñe adiuua me. Qui reſpõdens ait. Non eſt bonũ ſumere panẽ filioꝛũ: et mittere canibus. At illa dixit. Etiam dñe. Nã et catelli edunt de micis/ q̄ cadunt de menſa dominoꝛũ ſuoꝛũ. Tunc rñdẽs ieſus: ait illi. O mulier/ magna eſt fides tua: fiat tibi/ ſicut vis. Et ſanata eſt filia
ei⁹: ex illa hoꝛa. Off. Meditaboꝛ i mã pſal.
datis tuis q̄ dilexi valde: et leuabo manus 116.
meas ad mãdata tua que dilexi. Secreta

Eccleſie tue dñe munera placat⁹ aſſume: que ⁊ miſericoꝛs offerẽda tribuiſti: ⁊ in noſtre ſalutis potenter efficis tranſire myſterium. Per.
Prefatio quoti. Cõio. Intellige clamo- p̄s. 5
rẽ meũ: intende voci oꝛonis mee/ rex me⁹ ⁊
de⁹ me⁹: qm̃ ad te oꝛabo dñe. Poſtcõio.

Coꝛpoꝛis et ſanguinis ſacroſancti dñe q̄s gratia nos ſumpta viuificet: ⁊ qđ myſticis actionib⁹ pollicetur: eternis effectibus largiatur. Per dñm noſtrũ ieſum. ¶ Feria ſcda poſt Reminiſcere. Ad miſſam. Officium.

Redime me do p̄. 25
mine ⁊ miſerere mei:
pes enim meus ſtetit
in via recta: in eccle-
ſijs benedicam dñm.
p̄s. Judica me domine Eod.
quoniam ego in innocentia mea ingreſſus ſum: ⁊ in domino ſperans nõ infirmaboꝛ. Flectamus genua Leuate. Oratio.

Preſta queſumus oipotens de⁹: vt familia tua que ſe affligendo carnem ab alimentis abſtinet: ſectãdo iuſtitiam a culpa ieiunet. Per dominũ. ¶ Lectio Danielis prophete.

In diebus illis. Orauit daniel ad cap.
dominum dicens. Domine deus 9. D
noſter: qui eduxiſti populum tuum de terra egypti in manu foꝛti: et feciſti tibi nomen ſecundum diem hanc: peccauimus/ iniquitatem fecimus domine:

in omnem iuſtitiam tuam. Auertatur obſecro ira tua et furoꝛ tuus/a ciuitate tua hieruſalem: et a monte ſancto tuo. Propter peccata enim noſtra/et iniquitates patrum noſtroꝝ: hieruſalem et populus tuus in oppꝛobꝛium ſunt/omnibus per circuitũ noſtrum. Nunc ergo exaudi deus noſter oꝛationem ſerui tui et preces eius: et oſtende faciem tuam ſuper ſanctuariũ tuũ quod deſertũ eſt. Propter temetipſm inclina deus aurem tuam et audi: aperi oculos tuos et vide deſolationẽ noſtram: et ciuitatẽ ſuper quam inuocatum eſt nomen tuũ. Neqꝫ enim in iuſtificationibus noſtris proſternimus preces ante faciem tuam: ſed in miſerationibus tuis multis. Exaudi dñe/placa domine/attende et fac. Ne moreris propter temetipſum deus meus quia nomen tuum inuocatũ eſt ſuper ciuitatẽ: et ſuper populũ tuum domine deus noſter. ps. 69 Grad. Adiutoꝛ meus et liberatoꝛ meus eſt dñe ne tardaueris. ℣. Ibis Confundantur et reuereantur inimici mei/qui querunt animam meam. Tractus. Dñe nõ ſecundũ peccata no. ⁊c. Quere ſupra feria ſexta quatuoꝛ tempoꝝ. folio. xxxij. Secundum Johannem.



cap. 8. C In illo tpe Dixit ieſus turbis iudeoruꝫ. Ego vado et queretis me: et in peccato veſtro moriemini. Quo ego vado vos non poteſtis venire. Dicebant ergo iudei. Nunquid interficiet ſemetipſum: quia dicit/quo ego vado: vos non poteſtis venire? Et dicebat eis. Vos de deoꝛſum eſtis: ego de ſuperius ſum. Vos de mundo hoc eſtis: ego non ſum de hoc mundo. Dixi ergo vobis: quia moꝛiemini in peccatis veſtris. Si enim non credideritis quia ego ſum: moꝛiemini in peccato veſtro. Dicebant ergo ei. D Tu quis es? Dixit eis ieſus. Principium/qui et loquoꝛ vobis. Multa habeo de vobis loqui/et iudicare: ſed qui miſit me/verax eſt. Et ego que audiui ab eo: hec loquoꝛ in mundo. Et nõ cognouerunt: quia patrem eius dicebat deum. Dixit ergo eis ieſus. Cũ exaltaueritis filium hominis: tunc cognoſcetis quia ego ſum. Et a meipſo facio nichil: ſed ſicut docuit me pater/hec loquoꝛ. Et qui me miſit/mecum eſt et nõ reliquit me ſolum Quia ego que placita ſunt ei: facio ſemp. Offer. Benedicam dominum qui tribuit michi ps. 15 intellectum: prouidebam deum in cõſpectu meo ſemper: quoniã a dextris eſt michi ne commouear. ℣. Conſerua me dñe quoniã Col. in te ſperaui: ego dixi deus meus es tu/dominus pars hereditatis mee. Secreta.

Hec hoſtia domine placationis et laudis: tua nos propiciatione dignos efficiat. Per dñm noſtrũ ieſum. Prefatio. Qui corporali ieiu. Cõio. Domine dominus noſter: ꝙ admirabile eſt ps. 8 nomen tuũ in vniuerſa terra. Poſtcõio.

Hec nos communio domine purget a crimine: et celeſtis remedij faciat eſſe cõſoꝛtes. Per dñm noſtrũ ieſum xp̃m. Super populũ. Humiliate capita veſtra deo. Oratio.

Adeſto ſupplicationibus noſtris omnipotens deus: et quibus fiduciam ſperande pietatis indulges: conſuete miſericoꝛdie tribue benign⁹ effectum. Per dominum noſtrum ieſum E chriſtum filium tuum. Qui tecuꝫ viuit et regñ. ¶ Feria ſecunda poſt Reminiſcere. Ad miſſam. Officium.

ps.26 Tibi dixit coꝛ meum: queſiui vultũ tuũ: vultum tuũ domine requiram: ne auertas faciẽ tuam a me. Ps. Dominus illuminatio mea: ⁊ ſalus mea quẽ timebo. Eod. Flectamus genua. Leuate. Oratio.

Perfice queſumus dñe benignus in nobis obſeruantie ſancte ſubſidium: vt que te auctoꝛe facienda cognouimus: te operante cõplaceamus. Per dñm no. ¶ Lectio libꝛi Regum

In diebus illis. Factus eſt ſermo domini/ad helyã theſbitẽ dicẽs. Surge/et vade in ſareptã ſydonioꝝ: et manebis ibi. Precepi enim ibi mulieri vidue vt paſcat te. Surrexit helyas: et abijt in ſareptam. Cũq; veniſſet ad portã ciuitatis: apparuit ei mulier vidua: colligens ligna. Et vocauit eã dixitq; ei. Da michi paululum aque in vaſe/vt bibam. Cũq; illa pergeret vt afferret: clamauit poſt tergũ eius dicẽs. Affer michi obſecro ⁊ buccellã panis/in manu tua. Que reſpõdit. Viuit dñs deus tuus: quia nõ habeo panem/ niſi quantũ pugillus capere poteſt farine in hydꝛia ⁊ paululũ olei in lechito. En colligo duo ligna: vt ingrediar et faciã illud michi et filio meo: vt comedamus/⁊ moꝛiamur. Ad quam helyas ait. Noli timere: ſed vade/et fac ſicut dixiſti. Verũtamen michi pꝛimũ fac de ipſa farinula/ſubcinericium panem paruulum/et affer ad me: tibi aũt ⁊ filio tuo/facies poſtea. ¶ Hec autẽ dicit dñs deꝰ iſrael. Hydꝛia farine nõ deficiet: nec lechitus olei minuetur: vſq; in diem in qua dñs daturus eſt pluuiã ſuper faciẽ terre. Que abijt/et fecit iuxta verbũ helye: et comedit ipſe et illa: et domus eius tota. Et ex illa die hydꝛia farine nõ defecit et lechitus olei nõ eſt imminutus iuxta verbum dñi: quod locutus fuerat in manu helye. Grad. Iacta cogitatũ tuũ in domino: et ipſe te enutriet. ps.54 ℣. Dum clamarem ad dominũ: exaudiuit vocem meam/ ab his qui appꝛopinquant michi.

¶ Euangelium. Scdm Mattheum.

In illo tpe cap. 23. A Locutus eſt ieſus ad turbas: et ad diſcipulos ſuos dicens. Sup cathedꝛam moyſi ſederũt ſcribe ⁊ phariſei. Omnia ergo quecũq; dixerint vobis: ſeruate et facite: ſecundũ vero opera eoꝝ: nolite facere. Dicunt eni/et nõ faciũt. Alligãt eni onera grauia et importabilia: ⁊ iponũt in humeros hominũ: digito autẽ ſuo/nolũt ea mouere. Omnia vero opera ſua faciunt: vt videantur ab hominibꝰ. Dilatant eni philateria ſua: ⁊ magnificant fimbꝛias. Amant autẽ pꝛimos recubitꝰ in cenis: et pꝛimas cathedꝛas in ſynagogis: et ſalutationes i foꝛo: et vocari ab hominibꝰ rabbi. Vos autẽ nolite vocari rabbi. Vnus eſt eni magiſter veſter: oẽs autẽ vos fratres eſtis. Et patrem nolite vocare vobis ſuper terrã. Vnus eſt eni pater veſter: qui i celis eſt. Nec vocemini magiſtri: qꝛ magiſter veſter/vnꝰ eſt chꝛiſtꝰ. Qui maioꝛ eſt veſtrum: erit miniſter veſter. Qui autẽ ſe exaltauerit/humiliabitur: et q ſe humiliauerit/exaltabit. Offer. Miſerere michi dñe ſcdm magnã miſericoꝛdiã tuã/dele dñe iniquitatẽ meã. ps.50 ℣. Quoniã iniquitatẽ meam ego agnoſco: et delictum meum contra me eſt ſemper. Ibis Secreta.

SAnctificationem tuã / nobis dñe hijs myſterijs placat⁹ operare: que nos et a terrenis purget vitijs: et ad celeſtia dona perducat. Per dñm. Prefatio. Qui corporali ieiu. Cõio.

ps.9 Narrabo oĩa mirabilia tua: letabor ⁊ exultabo ĩ te/ pſallã nõi tuo altiſſime. Poſt cõ.

SIt nobis dñe q̃s medicina mẽtis et corporis/ qd de ſãcto altari tuo percepim⁹: vt nullis aduerſitatib⁹ fatigemur: qui tanti remedij participatione munimur. Per d. Sup populũ. Humiliate capita veſtra deo. Oratio

PRopiciare domine ſupplicationibus noſtris: et animarum noſtrarũ medere languoribus/ vt remiſſione percepta: in tua ſemp̃ bñdictione letemur. Per dñm. ¶ Feria quarta poſt Reminiſcere. Officium.

ps.37 NE derelinquas me domine deus me⁹: ne diſcedas a me. intẽde in adiutoriũ meũ dñe virt⁹ ſalutis mee. ꝟ. Dñe
Ibid ne in furore tuo arguas me: neq3 in ira tua corripias me. Flectam⁹ ge. leuate. Oro

POpulum tuum queſumus domine propicius reſpice: et quos ab eſcis carnalibus precipis abſtinere: a noxijs quoq3 vitijs ceſſare ↄcede. p d.

¶ Epiſtola. Lectio libri Heſter.

IN diebus illis. Orauit heſter ad
cap. dominũ dicens. Domine de⁹ rex
13.c oĩpotens: in ditione tua cuncta ſunt poſita: et non eſt qui tue poſſit reſiſtere voluntati. Si decreueris ſaluare nos: continuo liberabimur. Tu enim domine feciſti celum ⁊ terram: ⁊ quicquid celi ambitu continetur. Domin⁹ omnium tu es: nec eſt qui reſiſtat maieſtati tue. Et nunc domine rex regũ/ deus abraham: miſerere populo tuo: quia volunt nos inimici noſtri pdere et hereditatẽ tuã delere. Ne deſpicias partem tuam quam redemiſti de egypto: ſed exaudi deprecationem noſtrã: et propicius eſto ſorti/ et funiculo hereditatis tue: et conuerte luctum noſtrum in gaudium: vt viuentes/ laudemus nomen tuũ. Et ne claudas ora canentiũ te: domine deus noſter. Gr.

Saluum fac populum tuũ domine: et be- pſal.
nedic hereditati tue. ꝟ. Ad te domine cla- 27.
mabo: deus meus ne ſileas a me: et ero ſi- Ibid
milis deſcẽdentibus in lacum. Tractus.

DE neceſſitatibus meis eripe me dñe/ ps.24
vide humilitatẽ meã et laborẽ meũ/
et dimitte omnia peccata mea. ꝟ. Ad te do Eod.
mine leuaui animã meã: deus meus in te
confido non erubeſcam: neq3 irrideant me
inimici mei. ꝟ. Etenim vniuerſi qui te ex- Eod.
pectant nõ cõfundentur: cõfundantur oẽs
facientes vana. ¶ Sc̃dm Mattheum.



IN illo tpe cap. 20.c
Aſcẽdens ieſus hieroſolymã aſſumpſit duodecim diſciplos ſuos ſecreto ⁊ ait illis. Ecce aſcẽdim⁹ hieroſolymã et fili⁹ hominis tradetur principibus ſacerdotum et ſcribis: et condẽnabũt eũ morte: ⁊ tradent eũ gentib⁹ ad illudendũ/ et flagellandũ ⁊ crucifigendũ: ⁊ tertia die reſurget. Tunc acceſſit ad eũ mater filiorũ zebedei cum filijs ſuis: adorans ⁊ petẽs aliq̃d ab eo. Qui dixit ei. Quid vis. Ait illi. Dic vt ſedeant hi duo filij mei: vn⁹ ad dexterã: ⁊ vn⁹ ad ſiniſtrã/ ĩ regno tuo. Rñdẽs aũt ieſus dixit. Neſcitis quid petatis. Poteſtis bibere calicẽ/ quẽ ego bibiturus ſum?

Dicunt ei. Poſſum⁹. Ait illis. Calicē
quidē meū bibetis: ſedere autē ad dexterā
meā vel ad ſiniſtrā/ nō eſt meum
dare vobis: ſed q̇b⁹ paratū eſt a patre
meo. Et audiētes decē: indignati ſunt
D de duob⁹ fratrib⁹. Jeſus autē vocauit
eos ad ſe: ⁊ ait. Scitis q̄a principes gē
tiū dominant̄ eoꝝ: ⁊ qui maiores ſūt:
poteſtatē exercent in eos. Non ita erit
inter vos. Sed quicūq; voluerit inter
vos maior fieri: ſit veſter miniſter. Et
qui voluerit inter vos prim⁹ eſſe: erit
veſter ſeruus. Sicut fili⁹ hominis nō
venit miniſtrari ſed miniſtrare: ⁊ dare
animā ſuā: in redēptionē ꝓ multis.
ps.24 Offer. Ad te dn̄e leuaui animā meā: deus
me⁹ in te cōfido nō erubeſcā: neq; irrideāt
me inimici mei: etenim vniuerſi qui te expectant
Ibid nō confundentur. ℣. Dirige me in
veritate tua ⁊ doce me: quia tu es de⁹ ſalutaris
me⁹ ⁊ te ſuſtinui tota die. Secreta.

Hoſtias dn̄e quas tibi offerimus
ꝓpicius reſpice: ⁊ per hec ſacroſancta
cōmercia: vincula peccatoꝝ noſtrorū
abſolue. Per d. Prefatio. Qui corporali
ps.10 ieiu. Cōio. Juſtus dn̄s: ⁊ iuſtitias
dilexit/ equitatē vidit vult⁹ ei⁹. Poſtcōio.

Proſit nobis dn̄e q̄s myſterijs frequentata
perceptio vt a vetuſtatis
cōditione purgati: ad tue nouitatis incremēta
tendam⁹. Per. Sup populū.
Humiliate capita veſtra deo. Oratio.

Deus innocētie reſtitutor ⁊ amator:
dirige ad te tuorū corda ſeruorū:
vt ſpirit⁹ tui feruore cōcepto: et
in fide inueniātur ſtabiles/ ⁊ in opere
efficaces. Per dn̄m. in vnitate eiuſdē.

¶ Feria. v. poſt Reminiſcere. Offi.

ps.69 Deus in adiutorium
meum intēde:
dn̄e ad adiuuandum
me feſtina: cōfundantur
⁊ reuereātur inimici
mei: qui querūt
Ibid animam meam. ps. Auertantur et erubeſcant:
qui volunt michi mala. Flectamus
genua. Leuate. Oratio.

Preſta nobis q̄s dn̄e auxiliū gratie
tue: vt ieiunijs ⁊ orationibus
conuenienter intēti: liberemur ab hoſtibus
mentis ⁊ corporis. Per dn̄m.

¶ Lectio Hieremie prophete.

In diebus illis. Locutus eſt hieremias cap.
ꝓpheta dicens. Maledict⁹ 17.A
homo: qui cōfidit in homine: et ponit
carnē brachiū ſuū: ⁊ a dn̄o recedit cor
ei⁹. Erit enī quaſi mirice in deſerto: ⁊
nō videbit cū venerit bonū/ ſed habitabit
in ſiccitate ī deſerto: in terra ſalſuginis/
⁊ inhabitabili. Benedictus vir B
qui cōfidit ī dn̄o: ⁊ erit dn̄s fiducia ei⁹
Et erit quaſi lignū qđ tranſplātatur
ſup aquas: qđ ad humorē/ mittit radices
ſuas: ⁊ nō timebit/ cū venerit eſt⁹.
Et erit foliū ei⁹ viride: et in tēpore ſiccitatis
nō erit ſollicitū: nec aliquando
deſinet facere fructū. Prauum eſt cor
hominis ⁊ iſcrutabile: quis cognoſcet
illud? Ego dn̄s ſcrutans corda/ ⁊ probans
renes: qui do vnicuiq; iuxta viā
ſuā: ⁊ iuxta fructū adinuentionū ſuarum.
Dicit dn̄s omnipotens. Grad.
Propicius eſto domine peccatis noſtris: ps.78
nequando dicant gentes vbi eſt deus eorū.
℣. Adiuua nos deus ſalutaris noſter: et Ibid
propter honorem nominis tui domine libera
nos. ¶ Secundum Johannem.

In illo tpe. Dixit ieſus turbis iudeorū. cap.
Non poſſum ego a meipſo 5.E
facere quicq̄: ſed ſicut audio iudico.
Et iudicium meū iuſtum eſt: quia nō
quero voluntatē meā: ſed voluntatē
eius qui miſit me. Si ego teſtimoniū
perhibeo de meipſo: teſtimoniū meuꝫ
non eſt verū. Alius eſt qui teſtimoniū
perhibet de me: et ſcio quia verum eſt
teſtimonium eius/ qđ perhibet de me.
Vos miſiſtis ad iohānem: et teſtimonium
perhibuit veritati. Ego autem
nō ab homine teſtimoniū accipio: ſed
hec dico/ vt vos ſalui ſitis. Ille erat lu

eterna ardens et lucens: vos autē voluiſtis
ad horam exultare/ in luce eiꝰ.
Ego autem habeo teſtimoniū maius
iohāne. Opera enim que dedit michi
pater vt perficiā ea: ipſa opera q̄ ego
facio/teſtimoniū perhibent de me: q̄a
pater me miſit. Et qui miſit me pater
ipſe teſtimoniū perhibet de me. Neqꝫ
vocem eius vnq̄ audiſtis: neqꝫ ſpeciē
G eius vidiſtis. Et verbū eius nō habetis
in vobis manens: quia quē miſit
ille: huic vos non creditis. Scrutamini
ſcripturas/in quibꝰ putatis vos vitam
eternā habere: ⁊ ille ſunt que teſtimoniū
perhibent de me. Et nō vultis
venire ad me: vt vitam eternā habeatis.
Claritatem ab hominibus nō
accipio: ſed cognoui vos: quia dilectionem
dei nō habetis in vobis. Ego veni
in nomine patris mei: et non accepiſtis
me. Si alius venerit in nomine
ſuo: illum accipietis. Quomodo vos
poteſtis credere/ qui gloriam abinuicem
accipitis: et gloriā que a ſolo deo
eſt non queritis? Nolite putare/quia
ego accuſaturus ſum vos apud patrē
Eſt qui accuſat vos moyſes in quo
vos ſperatis. Si eni crederetis moyſi
crederitis forſitan/et michi. De me
enim ille ſcripſit? Si autē illius litteris
nō creditis: quomodo verbis meis
ꝑ. 32 credetis? Offr. Precatus eſt moyſes in
E cōſpectu dn̄i dei ſui/ ⁊ dixit: precatꝰ eſt moyſes
in conſpectu dn̄i dei ſui/et dixit: quare
dn̄e iraſceris i populo tuo: parce ire anime
tue: memēto abraham/yſaac: ⁊ iacob quibꝰ
iuraſti dare terrā fluentē lac ⁊ mel: et placatus
factus eſt dn̄s de malignitate quā dixit
facere populo ſuo. ℣. Dixit dn̄s ad moyſen:
inueniſti gratiam in conſpectu meo: et
ſcio te pre omnibus: ⁊ feſtinans moyſes inclinauit
ſe i terram: ⁊ adorauit dicens: ſcio
quia miſericors es in milibꝰ: auferens iniquitatem
et peccata. Secreta.

DEus cui omnium ſacrificiorum
varietate finita hoſtiā nunc offerimus
ſingularē: adeſto votis tua inſpiratione
cōceptis: vt in te ſperantiū
et deſideria iubeas perfici: et peccata
deleri. Per dn̄m. Prefatio. Qui corporali
ieiu. Cōio. Qui manducat meā Joh.
carnē: et bibit meum ſanguinem: in me ma F
net et ego in eo: dicit dominꝰ. Poſtcōio.

GRatia tua nos domine queſumꝰ
non derelinquat: que ⁊ ſacre nos
deditos faciat ſeruituti: et tuam nobis
opem ſemper acquirat largitatis:
et ab omnibus tueatur aduerſis. Per
dominū noſtrū ieſum. Sup populū.
Humiliate capita veſtra deo. Oratio

ADeſto domine famulis tuis: et
perpetuam benignitatem largire
poſcentibus: vt his qui te auctore
et gubernator gloriantur: et congregata
reſtaures: et reſtaurata conſerues.
Per dn̄m noſtrū ieſum chriſtū.

¶ Feria. vj. poſt Reminiſcere. Offm̄.

EGo autē cū
iuſticia apparebo in ꝑ. 16
conſpectu tuo ſatiabor
dum manifeſtabitur
gloria tua. ꝑs.
Exaudi dn̄e iuſticiam Ibis
meam: intende deprecationem meā. Flectamus
genua. Leuate. Oratio.

PReſta queſumꝰ oīps deꝰ: vt ſacro nos
purificāte ieiunio: ſinceris mētibus
ad ſancta ventura facias peruenire.
Per dn̄m. Lectio libri Geneſis.

IN diebꝰ illis. Dixit ioſeph fratribus
ſuis. Audite ſomniū meū qd̄ cap.
vidi. Putabā nos ligare manipulos i 37. b
agro: ⁊ quaſi conſurgere manipulum
meū ⁊ ſtare: veſtroſqꝫ manipulos circunſtātes/
adorare manipulū meum.
Reſponderūt fratres eius. Nunquid E
rex noſter eris: aut ſubiiciemur ditioni
tue? Hec ergo cauſa ſomniorū atqꝫ
ſermonum: inuidie ⁊ odii fomitē miniſtrauit.
Aliud quoqꝫ vidit ſomniū: qd̄
narrans fratribus ait. Vidi per ſom=

nium: quaſi ſolem et lunam et ſtellas vndecim adoꝛare me. Quod cū patri ſuo/ ⁊ fratribꝰ retuliſſet/ increpauit eū pater ſuus ⁊ dixit. Quid ſibi vult hoc ſomniū/ qđ vidiſti? Nunquid ego ⁊ mater tua: et fratres tui adoꝛabimus te ſuper terrā? Inuidebant igitur ei fratres ſui: pater vero rem tacitus conſiderabat. Cumqꝫ fratres illius in paſcēdis gregibus patris moꝛarentur in ſichem: dixit ad eum iſrael. Fratres tui paſcunt oues in ſichimis: veni/ mittā te ad eos. Quo reſpōdente preſto ſum ait. Vade: et vide ſi cuncta pꝛoſpera ſint erga fratres tuos et pecoꝛa: et renuncia mihi quid agatur. Miſſus de valle ebꝛon: venit in ſichē. Inuenitqꝫ eū vir errantē in agro: et interrogauit eum quid quereret. At ille reſpondit. Fratres meos quero. Indica michi: vbi paſcunt greges. Dixitqꝫ ei vir: receſſerunt de loco iſto. Audiui autē eos dicentes: eamus in dothaim. Perrexit ergo ioſeph poſt fratres ſuos: ⁊ inuenit eos in dothaim. Qui cū vidiſſent eum pꝛocul: anteꝗ̄ accederet ad eos: cogitauerūt illum occidere: et mutuo loquebantur. Ecce ſomniatoꝛ venit: venite occidamus eū: et mittamus in ciſternam veterē: dicemuſqꝫ/ fera peſſima deuoꝛauit eū. Et tūc apparebit: quid illi pꝛoſint ſomnia ſua. Audiens autē hec ruben: nitebatur liberare eū de manibus eoꝛum: et dicebat. Nō interficiamus animā eius: nec effundamus ſanguinē: ſed pꝛoiicite eū ī ciſternam hanc: que eſt in ſolitudine: manuſqꝫ veſtras/ ſeruate innoxias. Hoc autem dicebat: volens eum eripere de manibus eoꝛum: ⁊ reddere patri ſuo.

psal. 119. Grad. Ad dñm cū tribularer clamaui: et exaudiuit me. V̄. Dñe libera animā meā
Ibid a labiis iniqˀs: ⁊ a lingua doloſa. Tractꝰ. Dñe non ſecundū pctā nr̄a. quere ſupꝛa feriā ſextā quattuoꝛ tēpoꝛū. fo. xxxii.

Euangelium. Sc̄dm Mattheum.



IN illo tempoꝛe Dixit ieſus diſcipulis ſuis/ et turbis iudeoꝛum. Hō qdā erat paterfamilias q̄ plantauit vineā: et ſepem circundedit ei. Et fodit in ea toꝛcular: et edificauit turrim: ⁊ locauit eā agricolis/ et peregre pꝛofectus eſt. Cum autē tempus fructuū appꝛopinquaſſet: miſit ſeruos ſuos ad agricolas: vt acciperent fructus eius. Et agricole appꝛehenſis ſeruis eius: alium occiderunt: alium vero lapidauerunt. Iterum miſit alios ſeruos plures pꝛioꝛibus: et fecerunt illis ſimiliter. Nouiſſime autem miſit ad eos filiū ſuum/ dicens. Verebuntur foꝛte filium meū. Agricole autē videntes filiū: dixerūt intra ſe. Hic eſt heres: venite occidamus eū et habebimus hereditatē eiꝰ. Et appꝛehenſum eū eiecerūt extra vineā: ⁊ occiderūt. Cū ergo venerit dñs vinee: quid faciet agricolis illis? Aiūt illi. Malos male perdet: et vineā ſuā locabit alijs agricolis qui reddant ei fructum tempoꝛibus ſuis. Dicit illis ieſus. Nunꝗ̄ legiſtis in ſcripturis: lapidem quē repꝛobauerūt edificantes: hic factus eſt in caput anguli? A dño factum eſt iſtud: ⁊ eſt mirabile in oculis nr̄is. Ideo dico vobis: quia auferetur a vobis regnū dei: ⁊ dabitur genti facientī fructus eiꝰ. Et qui ceciderit ſuper lapidē iſtum: cōfringetur. Super quem vero ceciderit cōteret eum. Et cum audiſſent pꝛincipes ſacerdotū/ et phariſei parabolas eiꝰ: cognouerūt q

Cap. 21. b

de ipſis diceret. Et querentes eum tenere:
timuerũt turbas. Quoniã ſicut
ps. 39 prophetam: eũ habebant. Offer. Dñe
in auxilium meũ reſpice: confundantur et
reuereantur qui querũt animã meã/ vt auferant
eam. ℣. Auertantur retrorſum ⁊ erubeſcant:
qui cogitant michi mala. Secreta

HEc in nobis ſacrificia dñe deꝰ ⁊
actione permaneãt ⁊ operatione
firmentur. Per dominũ nr̃m ieſum.
Prefatio. Qui corporali ieiu. Cõio.
ps. 11. Tu dñe ſeruabis nos: et cuſtodies nos a
generatione hac ineternum. Poſtcõio.

HAc nos domine queſumus accepto
pignore ſalutis eterne ſic tẽdere
congruenter: vt ad eam peruenire
poſſimus. Per do. Super populũ.
Humiliate capita veſtra deo. Oratio

DA queſumus dñe populo tuo ſalutem
mentis ⁊ corporis: vt bonis
operibꝰ inherẽdo: tue ſemp̱ virtutis
mereatur ꝓtectione defendi. p do.

¶ Sabbato poſt Reminiſcere. Offi.

ps. 18 Lex dñi irreprehenſibilis
cõuertens animas: teſtimoniũ
dñi fidele ſapientiã
preſtans paruulis.
Ibid ps. Celi enarrant
gloriã dei: ⁊ opera manuũ eiꝰ ãnũciat
firmamẽtũ. Flectamꝰ genua leuate. or.

DA queſumus dñe noſtris effectũ
ieiuniis ſalutarem vt caſtigatio
carnis aſſumpta: ad noſtrarũ vegetationem
tranſeat animarũ. Per dñm
nr̃m ieſum. ¶ Lectio libri Geneſis.

Cap. 27. A IN diebꝰ illis. Dixit rebecca filio
ſuo iacob. Audiui patrẽ tuum loquentem
cum eſau fratre tuo: et dicẽtem
ei. Affer michi de venatione tua: ⁊
fac cibos: vt comedã ⁊ benedicam tibi
B coram domino: anteq̃ moriar. Nunc
ergo fili mi: acquieſce conſiliis meis:
et pergens ad gregem: affer michi duos
hedos optimos: vt faciam ex eis
eſcas patri tuo/ quibꝰ libenter veſcit.
Quas cum intuleris/ et comederit benedicat
tibi/ priuſq̃ moriar. Cui ille
reſpondit. Noſti: q̃ eſau frater meus/
homo piloſus ſit: ⁊ ego lenis. Si attrectauerit
me pater meus/ ⁊ ſenſerit: timeo
ne putet ſibi me voluiſſe illudere
et inducat ſuper me maledictionẽ: pro
benedictiõe. Ad quẽ mater. In me ſit
(ait) iſta maledictio fili mi: tantũ audi
vocem meã: et pergens affer que dixi.
Abiit/ et attulit: deditqꝫ matri. Parauit C
illa cibos/ ſicut nouerat velle patrem
illius: ⁊ veſtibꝰ eſau valde bonis
quas apud ſe habebat domi/ induit eũ
Pelliculaſqꝫ hedorũ/ circũdedit manibus:
et colli nuda ꝓtexit. Deditqꝫ pulmentum:
et penes quos coxerat/ tradidit.
Quibꝰ illatis/ dixit. Pater mi. At
ille reſpondit. Audio. Quis es tu fili
mi? Dixitqꝫ iacob. Ego ſum eſau primogenitus
tuus feci tibi ſicut precepiſti
michi. Surge: ſede/ et comede de
venatiõe mea/ vt benedicat michi aĩa
tua. Rurſumqꝫ yſaac ad filiũ ſuum.
Quomodo inquit tam cito inuenire
potuiſti fili mi? Qui reſpõdit. Volũtas
dei fuit: vt cito occurreret michi/
qđ volebã. Dixitqꝫ yſaac. Accede huc/
vt tangam te fili mi: ⁊ probem vtrum
tu ſis filius meꝰ eſau: an non. Acceſſit
ille ad patrẽ: ⁊ palpato eo/ dixit yſaac.
Vox quidẽ/ vox iacob eſt: ſed manus/ D
manus ſunt eſau. Et nõ cognouit eũ:
quia piloſe manus/ ſimilitudinẽ maioris
expreſſerãt. Benedicens ergo illi
ait. Tu es filius meꝰ eſau? Reſpõdit.
Ego ſum. At ille. Affer michi (inquit)
cibos de venatione tua fili mi: vt benedicat
tibi aĩa mea. Quos cum oblatos
comediſſet: obtulit ei etiã et vinũ.
Quo hauſto: dixit ad eum. Accede ad
me: et da michi oſculum fili mi. Acceſſit:
et oſculatus eſt eum. Statimqꝫ vt
ſenſit veſtimentorũ illius fragrãtiã:
benedicẽs illi ait. Ecce odor filii mei:

ſicut odoꝛ agri pleni cui benedixit dñs
Det tibi deus de roꝛe celi ⁊ de pinguedine
terre/abūdātiā frumenti/vini/et
olei:⁊ ſeruiāt tibi populi:et adoꝛent te
tribus. Eſto dñs fratrū tuoꝝ:⁊ incuruētur
ante te filij matris tue Qui maledixerit
tibi ſit ille maledict⁹:⁊ qui benedixerit
tibi bñdictiōibus repleatur.
Uix yſaac ſermonē īpleuerat:⁊ egreſſo
iacob foꝛas venit eſau: coctoſqꝫ de
venatione cibos: intulit patri dicens.
C Surge pater mi:⁊ comede de venatione
filij tui: vt bñdicat mihi anima tua
Dixitqꝫ illi iſaac. Quis enim es tu?
Qui reſpondit. Ego ſum filius tuus
pꝛimogenitus eſau. Expauit iſaac ſtupoꝛe
vehementi:⁊ vltra q̈ credi poteſt
admirās/ait. Quis igitur ille eſt/ qui
dudū captā venationē attulit michi:et
comedi ex oīnibus pꝛiuſq̈ tu venires?
Benedixitqꝫ illi:⁊ erit bñdictus. Auditis
eſau ſermonibus patris:irrugijt
clamoꝛe magno:⁊ cōſternatus/ait. Benedic
etiaꝫ ⁊ michi pater mi. Qui ait.
Uenit german⁹ tuus fraudulenter:⁊
accepit benedictionē tuā. At ille ſubiūxit.
Iuſte vocatū eſt nomen eius iacob
ſupplantauit enim me/en altera vice.
Pꝛimogenita mea ante tulit:⁊ nūc ſecūdo
ſurripuit bñdictionē meā. Rurſumqꝫ
ad patrē. Nūquid non reſeruaſti
(ait) ⁊ michi benedictionē? Reſpōdit
D iſaac. Dominū tuū illū conſtitui:⁊
oīnes fratres tuos/ſeruituti illus ſub
iugaui. Frumēto/⁊ vino/⁊ oleo/ſtabiliui
euꝫ:⁊ tibi poſt hec fili mi/vltra q̄d
faciā? Cui eſau. Nū vnā (inquit) tantū
bñdictionem habes pater? Michi
quoqꝫ obſecro/vt bñdicas. Cūqꝫ eiulatu
magno fleret motus iſaac dixit ad
eū. In pinguedine terre:et in roꝛe celi
ꝑ. 91 deſuper:erit bñdictio tua. Gr. Bonū
eſt cōfiteri dño:⁊ pſallere nomini tuo altiſſime.
Ibid ℣. Ad annunciandū mane miſericoꝛdiam
tuam:⁊ veritatem tuam per noctem.

¶ Euangelium Secundum Lucam



IN illo tpē Cap
Dixit ieſus 15 C
diſcipulis ſuis
parabolā
hanc. Homo
quidā
habuit duos
filios ⁊
dixit adoleſcentioꝛ
ex illis patri.
Pater da mihi poꝛtionē ſubſtātie/que me
cōtingit. Et diuiſit illis ſubſtantiam.
Et non poſt multos dies:congregatis
oīnibus adoleſcētioꝛ filius peregre ꝑfectus
eſt in regionē longinquā: et ibi
diſſipauit ſubſtantiā ſuā viuēdo luxurioſe.
Et poſtq̈ oīnia cōſummaſſet:facta
eſt fames valida in regione illa: et
ipſe cepit egere. Et abijt/⁊ adheſit vni
ciuiū regionis illius:⁊ miſit illū in villam
ſuā/vt paſceret poꝛcos. Et cupiebat D
implere ventrem ſuuꝫ de ſiliquis/
quas poꝛci mādūcabāt:⁊ nemo illi dabat.
In ſe autē reuerſus dixit. Quāti
mercēnarij in domo patris mei/abundant
panibus:ego aūt hic fame pereo.
Surgā:⁊ ibo ad patrē meū ⁊ dicam ei.
Pater peccaui in celū ⁊ coꝛā te:iā non
ſum dignus vocari filius tuus:fac me
ſicut vnū ex mercēnarijs tuis. Et ſurgens:
venit ad patrē ſuū. Cū autē adhuc
lōge eſſet:vidit illuꝫ pater ipſius:
⁊ miſericoꝛdia motus eſt Et accurrēs
cecidit ſuper collū eius:⁊ oſculatus eſt
eū. Dixitqꝫ ei filius. Pater peccaui in E
celū ⁊ coꝛā te: iā nō ſum dignus vocari
filius tuus. Dixit autē pater ad ſeruos
ſuos. Cito pꝛoferte ſtolā pꝛimā/⁊
induite illum:⁊ date annulū in manu
eius/⁊ calciamenta in pedes eius. Et
adducite vitulū ſaginatū/⁊ occidite:⁊
manducemus ⁊ epulemur:quia hic fi-

F ilius meus mortuus erat/ ⁊ reuixit: perierat/ ⁊ inuentus eſt. Et ceperunt epulari. Erat autẽ filius eius ſenior in agro. Et cũ veniret ⁊ appropinquaret domui: audiuit ſimphoniã ⁊ chorum. Et vocauit vnũ de ſeruis: ⁊ interrogauit quid hec eſſent. Iſq; dixit illi. Frater tuus venit: ⁊ occidit pater tuus vitulũ ſaginatũ q2 ſaluũ illũ recepit. Indignatus eſt autem: ⁊ nolebat introire. Pater ergo illius egreſſus: cepit rogare G illũ. At ille reſpõdẽs: dixit patri ſuo Ecce tot annis ſeruio tibi: ⁊ nũq̃ mandatũ tuũ preteriui: ⁊ nunq̃ dediſti michi hedũ/ vt cũ amicis meis epularer. Sed poſtq̃ filius tuus hic qui deuorauit ſubſtantiã ſuã cũ meretricibus venit: occidiſti illi vitulũ ſaginatũ. At ipſe dixit ei. Fili/ tu ſemper mecum es: ⁊ omnia mea tua ſunt. Epulari autem ⁊ gaudere oportebat: quia frater tuus hic mortuus fuerat/ ⁊ reuixit: perierat

ps.12. ⁊ inuentus eſt. Offer. Illumina oculos meos/ ne vnq̃ obdormiã in morte: nequando dicat inimicus meus preualui aduerſus Ibid eũ. ℣. Vſquequo dñe obliuiſceris me i finẽ q̃diu ponã cõſilia in anima mea. Secreta.

His ſacrificijs domine cõcede placatus: vt qui proprijs oramus abſolui delictis/ penis nõ grauemur eternis. Per dominũ noſtrũ ieſum xp̃m. Prefatio. Qui corporali ieiu. Cõio.

Luce 15 G Oportet te fili gaudere: q2 frater tuus mortuus fuerat/ ⁊ reuixit: perierat/ ⁊ inuẽtus eſt. Poſtcõio.

Sacramenti tui dñe diuina libatio penetralia noſtri cordis infundat: ⁊ ſui nos participes/ potenter efficiat. Per dñm noſtrũ ieſum xp̃m. Super populum. Humiliate capita veſtra deo. Oratio.

Familiam tuam queſumus domine continua pietate cuſtodi: vt q̃ in ſola ſpe gratie celeſtis innititur/ celeſti etiã protectione muniatur. Per dñm noſtrum. ¶ Dominica tertia quadrageſime. Ad miſſam. Officium.

Oculi mei ſẽper ad dñm: quoniã ipſe euellet de laqueo pedes meos: reſpice in me ⁊ miſerere mei quoniã vnicus ⁊ pauper ſum ego. ps.24 Ps. Ad te domine leuaui animam meam: deus meus in te cõfido non erubeſcam. Ibid Oratio.

Queſumus omnipotens deus/ vota humilium reſpice: atq; ad defenſionem noſtram: dexteram tue maieſtatis extende. Per dñm noſtrum ieſum chriſtum. Ad Epheſios.

Cap. 5. A Fratres. Eſtote imitatores dei ſicut filij cariſſimi et ambulate in dilectiõe/ ſicut ⁊ xp̃s dilexit nos: ⁊ tradidit ſemetipſum pro nobis: oblationẽ et hoſtiam deo in odorẽ ſuauitatis. Fornicatio autem ⁊ oĩs immũdicia/ aut auaricia: nec nominetur in vobis ſicut decet ſanctos aut turpitudo/ aut ſtultiloquium/ aut ſcurrilitas/ que ad rem non pertinet: ſed magis gratiarũ actio. Hoc autez ſcitote intelligentes: ꝙ oĩs fornicator/ aut immũdus/ aut auarus/ quod eſt ydolorũ ſeruitus nõ habet hereditatem in regno xp̃i/ et dei. Nemo vos ſeducat inanibus verbis. Propter hec enim venit ira dei in filios diffidentie. Nolite ergo effici participes eoꝝ. Eratis enim aliquãdo tenebre: nunc autem lux in domino. Vt filij lucis ambulate. Fructus enim lucis eſt in omni bonitate/ ⁊ iuſtitia/ ⁊ veritate. ps. 9 Grad. Exurge domine non preualeat homo: iudicentur gentes in conſpectu tuo. ℣. In conuertendo inimicum meum retrorſum: infirmabuntur et peribunt a facie eius. Tractus.

pſal. 122. et alibi infra. Ad te leuaui oculos meos: qui habitas in celis. ℣. Ecce ſicut oculi ancille in manibus domine ſue. ℣. Ita oculi noſtri ad dñm deũ noſtrũ: donec miſereatur noſtri. ℣. Miſerere nobis domine: miſerere nobis. ¶ Secundum Lucam.



Cap 11.B In illo tpe Erat ieſus eiiciens demonium: ⁊ illud erat mutuum. Et cū eieciſſet demoniū: locutus eſt mutus: ⁊ admirate ſunt turbe. Quidā autem ex eis/dixerunt. In beelzebub pꝛincipe demonioꝝ/eiicit demonia. C Et alij tētantes: ſignū de celo querebant ab eo. Ipſe autē vt vidit cogitatiōes eoꝝ: dixit eis. Omne regnū in ſeipſum diuiſum/deſolabitur: ⁊ domus ſupꝛa domum cadet. Si autem ⁊ ſathanas in ſeipſum diuiſus eſt: quomodo ſtabit regnū ipſius: quia dicitis in beelzebub eiicere me demonia? Si autē ego in beelzebub eiicio demonia: filij veſtri in quo eiiciunt? Ideo ⁊ ipſi iudices veſtri erūt. Poꝛro ſi in digito dei eiicio demonia ꝓfecto peruenit in vos regnuꝫ dei. Cum fortis armatus cuſtodit atriū ſuū: in pace ſunt ea que poſſidet. Si autē foꝛtioꝛ illo ſuperueniens/vicerit eū: vniuerſa arma eius auferet/in quibus cōfidebat: et ſpolia eius diſtribuet. Qui non eſt mecū: cōtra me eſt. Et qui nō colligit mecū: diſpergit. Cū immūdus ſpiritus exierit ab homine: ambulat per loca inaquoſa/querēs requiē: ⁊ nō inueniēs/dicit. Reuertar in domū meaꝫ: vnde exiui. Et cū venerit: inuenit eam ſcopis mū- D datā. Tunc vadit: ⁊ aſſumit ſeptē alios ſpiritus ſecū nequioꝛes ſe: ⁊ ingreſſi/habitāt ibi. Et fiūt nouiſſima hominis illius/peioꝛa pꝛioꝛibus. Factū eſt autē cū hec diceret: extollēs vocē quedā mulier de turba/dixit illi. Beatus venter qui te poꝛtauit: ⁊ vbera que ſuxiſti. At ille dixit. Quinimo: beati qui audiūt verbum dei: et cuſtodiūt illud.

Offer. Iuſticie domini recte letificātes coꝛ- ꝑ. 18
da: ⁊ dulcioꝛa ſuper mel ⁊ fauū: nam ⁊ ſeruus tuus cuſtodit ea. Secreta.

Suſcipe q̄s dñe deuotoꝝ munera famuloꝝ: et tua diuinis purifica ſeruētes pietate myſterijs: quibꝰ etiā iuſtificas ignoꝛātes. Per. Pꝛefa. quotidia. Cōio. Paſſer inuenit ſibi domum: ꝑ. 83.
⁊ turtur nidū vbi reponat pullos ſuos: altaria tua domine virtutū: rex meꝰ ⁊ deꝰ meus beati qui habitant in domo tua: in ſeculum ſeculi laudabunt te. Poſtcōio.

A Cūctis nos dñe reatibus ⁊ periculis ꝓpiciatus abſolue: quos tanti myſterij tribuis eſſe participes. Per dñm noſtrum. ¶ Feria.ii. poſt Oculi. Ad miſſam. Officium.

In deo lauda ꝑ. 55
bo verbum: in dño laudabo ſermonem: in deo ſperaui: nō timebo quid faciat mi-
chi homo. Ps. Miſe- Ibis
rere mei deus/qm̄ conculcauit me homo: tota die impugnans tribulauit me. Oremꝰ Flectamus genua Leuate. Oratio.

Coꝛdibus noſtris queſumus domine gratiam tuaꝫ benignus infunde: vt ſicut ab eſcis coꝛpoꝛalibus abſtinemus: ita ſenſus quoqꝫ noſtros a noxijs retrahamus exceſſibus. Per dominum noſtrum ieſum chꝛiſtum filium tuum. Lectio libꝛi Regum.

In diebꝰ illis. Naamā pꝛinceps mi- 4.ca.
litie regis ſyꝛie: erat vir magnus 5. A
apud dñm ſuū/⁊ honoꝛatus: Per illū enim dedit dñs ſalutē ſyꝛie. Erat aūt vir foꝛtis ⁊ diues: ſed lepꝛoſus. Poꝛro de ſyꝛia egreſſi fuerāt latrunculi: et captiuā duxerāt de terra iſrael puellā

paruulã / que erat in obſequio vxoris
naamã. Que ait ad dominã ſuũ. Utinã
fuiſſet dñs meus ad prophetaz qui
eſt in ſamaria: profecto curaſſet euz a
B lepra/ quã habet. Ingreſſus eſt itaqz
naaman ad dñm ſuũ: ⁊ nunciauit ei di
cẽs. Sic ⁊ ſic locuta eſt puella/ de terra
iſrael. Dixitqz ei rex ſyrie. Uade ⁊ mit
tã litteras ad regẽ iſrael. Qui cũ profectus
eſſet: ⁊ tuliſſet ſecũ decẽ talenta
argenti: ⁊ ſex milia aureos: ⁊ decẽ mutatoria
veſtimẽtoꝝ: detulit litteras ad
regem iſrael/ in hec verba. Cũ acceperis
epiſtolã hãc: ſcito ꝙ miſerim ad te
naaman ſeruũ meũ: vt cures eum a le
pra ſua. Cumqz legiſſet rex iſrael litte
ras: ſcidit veſtimẽta ſua/ ⁊ ait. Nũquid
deus ego ſum: vt occidere poſſim/ ⁊ vi
uificare: qꝛ iſte miſit ad me/ vt curẽ ho
minẽ a lepra ſua? Animaduertite ⁊ vi
dete: quot occaſiones querat aduerſuz
C me. Quod cũ audiſſet heliſeus vir dei
ſcidiſſe videlicet regẽ iſrael veſtimẽta
ſua: miſit ad eũ dicens. Cur ſcidiſti ve
ſtimenta tua? Ueniat ad me: ⁊ ſciat eſ
ſe prophetã in iſrael. Uenit ergo naaman
cum equis ⁊ curribus: ⁊ ſtetit ad
oſtiũ domus heliſei. Miſitqz ad eũ heliſeus
nunciũ/ dicens. Uade/ ⁊ lauare
ſepties in iordane: et recipiet ſanitatẽ
caro tua/ atqz mundaberis. Iratuſqz
naaman: recedebat dicens. Putabam
quod egrederetur ad me: ⁊ ſtans inuocaret
nomen dñi dei ſui: ⁊ tãgeret manu
ſua locũ lepre/ ⁊ curaret me. Nunquid
D non meliores ſunt abana ⁊ phar
far fluuij/ damaſci omnibus aquis iſra
el: vt lauer in eis ⁊ munder? Cũ ergo
vertiſſet ſe ⁊ abiret indignãs: acceſſerunt
ad eum ſerui ſui/ ⁊ locuti ſunt ei.
Pater/ et ſi rem grandem dixiſſet tibi
ꝓpheta: certe facere debueras. Quan
tomagis/ quia nunc dixit tibi: lauare/
⁊ mũdaberis. Deſcendit ⁊ lauit in ior
dane ſepties/ iuxta ſermonẽ viri dei: ⁊
reſtituta eſt caro eius/ ſicut caro pueri
paruuli/ ⁊ mũdat⁹ eſt a lepra. Reuerſuſqz
ad virũ dei cũ vniuerſo comitatu
ſuo: venit ⁊ ſtetit corã eo/ ⁊ ait. Uere E
ſcio ꝙ nõ ſit de⁹ ali⁹ in vniuerſa terra:
niſi tãtũ dñs de⁹ iſrael. Gr. De⁹ vi Ps. 55
tã meã nũciaui tibi: poſui lachrymas meas
in cõſpectu tuo. ℣. Miſerere michi dñe qm̃ Ibid
cõculcauit me homo: tota die bellãs tribula
uit me. Tractus. Dñe non ſecundũ pec
cata noſtra. Quere ſupra feria ſexta
quattuor temporum. fol. xxxij.

¶ Euangelium Secundum Lucam



In illo tẽpe Cap 4 D
Dixerũt phariſei ad ieſum. Quanta audiuim⁹ facta in capharnaũ fac ⁊ hic i patria tua. Ait autẽ. Amẽ dico vobis: qꝛ nemo ꝓpheta acceptus eſt i patria ſua. In veritate dico vobis: multe vidue erãt in dieb⁹ helie in iſrael: quãdo clauſum eſt celũ annis tribus/ ⁊ menſibus ſex: cũ facta eſſet fames magna in omni terra: ⁊ ad nullam illarũ miſſus eſt helyas: niſi in ſareptã ſydonie/ ad mulierẽ viduã. Et multi leproſi erant in iſrael ſub helyſeo ꝓpheta: ⁊ nemo eoꝝ mundatus eſt/ niſi naaman ſyrus. Et repleti ſunt omnes in ſynagoga ira/ hec audiẽtes. Et ſurrexerunt/ ⁊ eiecerũt illũ extra ciuitatẽ: ⁊ duxerũt illum vſqz ad ſupercilium mõtis ſuper quẽ ciuitas illoꝝ erat edificata: vt precipitarent eũ. Ipſe autẽ trãſiens: per mediũ illoꝝ ibat.
Offer. Exaudi deus oratio- Ps. 54
nem meam ⁊ ne deſpexeris deprecationem
meam: intende in me ⁊ exaudi me. ℣. Con Ibid
turbatus ſum a voce inimici ⁊ a tribulatio-

ne peccatoꝛis et expectabam eũ qui me ſaluum faceret. Secreta.

MUnus quod tibi domine noſtre ſeruitutis offerimus: tu ſalutare nobis perfice ſacramentũ. Per do. Prefatio. Qui corpoꝛali ieiu. Cõio.

p.13. Quis dabit ex ſyõ ſalutare iſrael: cũ auerterit
s.52. dñs captiuitatẽ plebis ſue/ exultabit iacob ⁊ letabitur iſrael. Poſtcõio.

PReſta queſumus omnipotens et miſericoꝛs deus: vt que oꝛe contingimus: pura mente capiamus. Per dñm noſtruʒ. Super populũ. Humiliate capita veſtra deo. Oratio.

ADueniat nobis queſumus domine miſericoꝛdia tua: vt ab imminentibus peccatoꝛũ noſtroꝝ periculis: te mereamur protegente eripi: te liberante ſaluari. Per dñm noſtrum.

¶ Feria tertia poſt Oculi.
Ad miſſam. Officium.

p.16 EGo clamaui quõ exaudiſti me deus inclina aurẽ tuã ⁊ exaudi verba mea: cuſtodi me domie vt pupillam oculi: ſub vmbꝛa alarũ tuarũ ꝓtege me. Ps.
Ibis Exaudi dñe iuſtitiã meã: intẽde depꝛecationeʒ meã. Flectam⁹ genua. Leuate. Oratio

EXaudi nos omnipotens ⁊ miſericoꝛs deus: et continẽtie ſalutaris propicius nobis dona concede. Per dominum. ¶ Lectio libꝛi Regum.

4 ca. IN diebus illis. Mulier quedam
4 A. clamabat ad heliſeum prophetã/ dicẽs. Seruus tuus vir meus moꝛtu⁹ eſt: ⁊ tu noſti: quia ſeruus tuus fuit timens deum. Et ecce creditoꝛ venit/ vt tollat duos filios meos: ad ſeruiendũ ſibi. Cui dixit heliſeus. Quid vis vt faciam tibi? Dic michi: quid habes in domo tua? At illa reſpondit. Non habeo ancilla tua quicq̃ in domo mea: niſi parũ olei quo vngar. Cui ait. Vade ⁊ pete mutuo ab hominib⁹ vicinis tuis/ vaſa vacua non pauca: ⁊ ingredere domũ tuã: ⁊ claude oſtiũ cũ intriſecus fueris/ tu ⁊ filij tui. Et mitte inde in omnia vaſa hec: ⁊ cũ plena fuerint tolles. Iuit itaqʒ mulier: ⁊ clauſit oſtium
ſuper ſe: ⁊ ſuper filios ſuos. Illi offerebãt vaſa: ⁊ illa infundebat. Cũqʒ plena fuiſſent vaſa: dixit ad filiũ ſuũ. Affer michi adhuc vas. Et ille reſpondit Non habeo. Stetitqʒ oleũ. Venit autẽ illa: ⁊ indicauit homini dei. Et ille. Vade inquit vẽde oleum: ⁊ redde creditoꝛi tuo. Tu aũt ⁊ filij tui: viuite de B
reliquo. Grad. Ab occultis meis munda me domine: ⁊ ab alienis parce ſeruo tuo. V. p.18.
Si mei non fuerint dominati/ tunc immaculatus ero/ et emundaboꝛ a delicto maximo. Ibis

Euãgeliũ ſecũdũ Mattheum.



IN illo tẽpoꝛe. Reſpiciẽs ieſus diſcipulos ſuos: dicit ſymõi petro. Si peccauerit in te frater tuus: vade ⁊ coꝛripe euʒ inter te ⁊ ipſum ſolũ. Si te audierit: lucrat⁹ ca.18 B
eris fratrẽ tuũ. Si autẽ te nõ audierit adhibe tecũ adhuc vnũ vel duos: vt in oꝛe duoꝝ vel triũ teſtiũ/ ſtet omne verbũ. Quod ſi nõ audierit eos: dic eccleſie. Si autẽ eccleſiã nõ audierit: ſit tibi ſicut ethnicus/ ⁊ publicanus. Amen dico vobis. Quecũqʒ alligaueritis ſuper terrã: erũt ligata ⁊ in celo. Et quecũqʒ ſolueritis ſup terrã: erunt ſoluta ⁊ in celo. Iterũ dico vobis: q2 ſi duo ex vobis cõſenſerit ſuper terrã de omi re C

quācunqꝫ petierit: fiet illis a pr̄e meo/ qui in celis eſt. Ubi enī ſunt duo/ vel tres cōgregati in noīe meo: ibi ſū i medio eoꝝ. Tūc accedēs petr⁹ ad eū/ dixit. Dn̄e: quotiēs peccabit i me frater me⁹ ꝛ dimittā ei: vſqꝫ ſepties? Dixit illi ieſus. Nō dico tibi vſqꝫ ſepties: ſed vſqꝫ ſeptuageſies ſepties. Offert. Dextera dn̄i fecit virtutē: dextera dn̄i exaltauit me. non moriar ſed viuā: ꝛ narrabo opera dn̄i. pſal. 117.

Ibid ℣. In tribulatione inuocaui dn̄m: ꝛ exaudiuit me in altitudine: quoniam dominus adiutor meus eſt. Secreta.

PEr hec veniat q̄s dn̄e ſacramēta nr̄e redēptionis effect⁹: qui nos ꝛ ab hūanis retrahat ſemper exceſſib⁹ ꝛ ad ſalutaria cūcta pducat. P. Prefatio Qui corporali ieiu. Cōio. Dn̄e q̄s habitabit in tabernaculo tuo: aut quis requieſcet i mōte ſancto tuo. qui ingredit̄ ſine macula: ꝛ operatur iuſticiam. Poſtcōio. ps. 14

SAcris dn̄e myſteriis expiati ꝛ veniā q̄s cōſequamur ꝛ grām. Per dn̄m noſtrum ieſum. Super populū. Humiliate capita veſtra deo. Oratio

TUa nos dn̄e ptectione defende: ꝛ ab om̄i ſemp iniquitate cuſtodi Per dn̄ꝫ noſtrū. ¶ Feria quarta poſt Oculi. Ad miſſam. Officium.

ps. 30 EGo autē i domino ſperaui: exultabo ꝛ letabor i tua miſericordia: q2 reſpexiſti hūilitatē meā. ps.

Ibid In te dn̄e ſperaui nō cōfundar in eternū: in iuſticia tua libera me. Flectamus genua Leuate. Oratio.

PReſta nobis q̄s dn̄e: vt ſalutaribus ieiuniis eruditi: a noxiis quoqꝫ vitiis abſtinētes: ppiciationē tuam facilius impetremus. Per dominū noſtrum ieſum. Lectio libri Exodi.

Cap. 20 C HEc dicit dn̄s deus. Honora patrē tuū ꝛ matrē tuā/ vt ſis longeuus ſuper terrā: quā dn̄s deus tu⁹ dabit tibi. Non occides: nō mechaberis/ nō furtū facies/ nō loquaris cōtra pximū tuū falſū teſtimoniū. Nō cōcupiſces domū pximi tui: nec deſiderabis vxorē ei⁹: nō ſeruū: nō ancillā: nō bouē/ nō aſinū/ nec oīa que illi⁹ ſunt. Cūctus autē popul⁹ audiebat voces: ꝛ videbat lāpades/ ꝛ ſonitū buccine: mōtēqꝫ fumigātē ꝛ pterriti/ ac pauore percuſſi: ſteterūt pcul dicētes moyſi. Loquere tu nobis ꝛ audiemus. Nō loquatur nobis dn̄s: ne forte moriamur. Et ait moyſes ad populū. Nolite timere. Ut eni pbaret vos venit de⁹: ꝛ vt terror illi⁹ eſſet in vobis/ ꝛ nō peccaretis. Stetitqꝫ popul⁹ de lōge: moyſes autē acceſſit ad caliginē in qua erat de⁹ Dixitqꝫ preterea dn̄s ad moyſen. D Hec dices filiis iſrael. Uos vidiſtis/ qđ de celo locutus ſum vobis. Nō facietis deos argēteos: nec deos aureos/ facietis vobis. Altare de terra facietis michi: ꝛ offeretis ſuper eo holocauſta ꝛ pacifica veſtra: oues veſtras ꝛ boues: in omni loco/ in quo mēoria fuerit nominis mei. Gr. Miſerere michi dn̄e: qm̄ infirmus ſum/ ſana me domine. ps. 6 ℣. Conturbata ſunt omnia oſſa mea: et anima mea turbata eſt valde. Ibid Tractus. De neceſſitatibus eripe me domine/ vide humilitatē meam ⁊c. vt ſ. fo. xxxviii.

¶ Euāgelium ſcđm Mattheum.

IN illo tpe Acceſſerunt ad ieſuz ab hieroſolimis ſcribe et phariſei dicentes. Quare diſcipuli tui tranſgrediunt̄ traditiōes ſe- Cap 15. A

niorū? Non enim lauant manus ſuas cum panem māducant. Ipſe autem reſpondens/ait illis. Quare ⁊ vos trāſgredimini mandatum dei/propter traditionē veſtram? Nam deus dixit. Honora patrem ⁊ matrem: ⁊ qui maledixerit patri/vel matri: morte moriatur. Vos autē dicitis: quicūq; dixerit patri vel matri: munus quodcūq; eſt ex me/tibi proderit: ⁊ non honorificabit patrē ſuū ⁊ matrē ſuā: ⁊ irritū feciſtis mandatū dei/propter traditionem veſtraʒ. Hypocrite: bene prophetauit de vobis yſaias dicens. Populus hic labijs me honorat: cor autē eorum/longe eſt a me. Sine cauſa autē colunt me: docentes doctrinas/ac mandata hominū. Et conuocatis ad ſe turbis: dixit eis.
B Audite/⁊ intelligite. Non quod intrat in os/coinquinat hominē: ſed quod procedit ex ore/hoc coinquinat hominem. Tunc accedentes diſcipuli eius: dixerunt ei. Scis/q2 pharisei audito verbo hoc: ſcandalizati ſunt? At ille reſpondens/ait. Omnis plantatio quam nō plantauit pater meus celeſtis: eradicabitur. Sinite illos: ceci ſunt: et duces cecorum. Cecus autem: ſi ceco ducatū preſtet: ambo in foueā cadunt. Reſpondens autē petrus: dixit ei. Ediſſere nobis parabolā iſtā. At ille dixit. Adhuc ⁊ vos/ſine intellectu eſtis? Non intelligitis/q2 omne quod in os intrat: in ventrem vadit/⁊ in ſeceſſum emittitur? Que autē procedūt de ore de corde exeunt: ⁊ ea coinquinant hominem. De corde enim exeunt cogitationes male: homicidia/ adulteria / fornicationes/ furta/ falſa teſtimonia: blaſphemie. Hec ſunt que coinquinant hominem. Nō lotis autē manibus māducare: nō
psal. 108. coinquinat hominē. Offer. Dn̄e fac mecū ſcd̄m mīam tuā propter nomē tuū: q2 ſuauis eſt mīa tua. ℣. Deus laudem meā ne tacueris: quia os peccatoris ⁊ doloſi ſuper me apertum eſt. Secreta.

SUſcipe queſumus dn̄e preces populi tui cū oblationibus hoſtiarum: et tua myſteria celebrātes: ab omnibus nō defende periculis. Per dn̄m. Prefatio. Qui corpo. ieiuni. Cōio. Notas ps. 15 michi feciſti vias vite: adimplebis me leticia cū vultu tuo domine. Poſtcōio.

SAnctificet nos q̄s dn̄e qua paſti ſumus mēſa celeſtis: ⁊ a cūctis erroribus expiatos/ſupernis promiſſionibus reddat acceptos. Per dn̄m noſtrum ieſum xp̄m. Super populum. Humiliate capita veſtra deo. Oratio.

COncede q̄s om̄s deus vt qui protectionis tue gratiā querim9: liberati a malis oībus ſecura tibi mēte ſeruiamus. Per dn̄m. ¶ Feria. v. poſt Oculi. Ad miſſam. Officium.

SAlus populi ego ſum/dicit dn̄s: de quacūq; tribulatione clamauerint ad me/ exaudiā eos: ⁊ ero illorum dn̄s in perpetuū. Eccle vox. ⁊ pis ⁊ prophetꝫ Ps. Attendite popule meus legē meā: inclinate aurem veſtrā in verba oris mei. ps 77 Flectamus genua Leuate. Oratio.

COncede queſumus omnipotens deus vt ieiuniorum nobis ſancta deuotio: ⁊ purificationē tribuat: ⁊ maieſtati tue nos reddat acceptos. Per dominum noſtrum ieſum chriſtum.

¶ Lectio Hieremie prophete.

IN diebus illis. Factus eſt ſermo Cap 7 A dn̄i ad me dicens. Sta in porta domus domini: ⁊ predica ibi verbū iſtud ⁊ dic. Audite verbū domini omnis iuda: qui ingredimini per portas has: vt adoretis dominuʒ. Hec dicit dominus exercituuʒ: deus iſrael. Bonas facite vias veſtras: ⁊ ſtudia veſtra: ⁊ habitabo vobiſcū in loco iſto. Nolite cōfidere D in verbis mēdacii: dicētes tēplum dn̄i templū dn̄i tēplū dn̄i eſt. Qm̄ ſi bene dixeritis vias veſtras: ⁊ ſtudia veſtra

ſi feceritis iudiciū inter virū et proximū
eiꝰ: aduene: ꝛ pupillo: et vidue: nō
feceritis calūniā: nec ſanguinē innocētem
effuderitis in hoc loco: ꝛ poſt deos
alienos nō ambulaueritis in malū vobismetipſis:
habitabo vobiſcū in loco
iſto in terra quā de patribus veſtris: a
ſeculo ꝛ vſqꝫ in ſeculū. Dicit dñs omnipotēs.
pſal. Gr. Oculi omniū in te ſperāt domine:
144 ꝛ tu das illis eſcā in tēpoꝛe opoꝛtuno
Ibid ℣ Aperis tu manum tuam ꝛ imples omne
animal benedictione. ¶ Euangelium
Secundum Johannem.



Cap 6. L IN illo tp̄e
Dixit ieſus turbis
iudeoꝛuꝫ.
Operamini non cibū
qui perit: ſꝫ qui
permanet
ī vitā eternā:
quē filius hominis
dabit
vobis.
Hūc enim pater ſignauit deus. Dixerūt
ergo ad eū. Quid faciemꝰ: vt operemur
opera dei? Reſpōdit ieſus: ꝛ dixit
eis. Hoc eſt opus dei: vt credatis in
eū quē miſit ille. Dixerūt ergo ei. Qđ
D ergo tu facis ſignū: vt videamꝰ/ ꝛ credamus
tibi? Quid operaris? Patres
noſtri manducauerūt manna in deſerto:
ſicut ſcriptū eſt. Panem de celo/ dedit
eis mādūcare. Dixit ergo eis ieſus
Amen amen dico vobis: nō moyſes dedit
vobis panē de celo: ſed pater meus
dat vobis panem de celo verum. Panis
enim dei eſt/ qui deſcendit de celo:
ꝛ dat vitam mundo. Dixerūt ergo ad
eum. Domine: ſemper da nobis hunc
panem. Dixit autem eis ieſus. Ego
ſum panis vite. Qui venit ad me: non
eſuriet. Et qui credit in me: non ſitiet
vnq̄. Offert. Si ambulauero in mediō pſal.
tribulationis viuificabis me domine: ꝛ ſuper 137.
iram inimicoꝛum meoꝛū extendes manum
tuam/ et ſaluum me fecit dextera tua.
℣. In quacunqꝫ die inuocauero te exaudi Ibid
me domīe: multiplicabis in anima mea virtutem
tuam. Secreta.

HAc nos domine queſumꝰ ad ſancta
myſteria / purificatis mentibus
accedere: vt tibi ſemper competēs
deferamus obſequiū. Per dñm noſt.
Prefatio. Qui corpo. ieiu. Cōio. Tu ps 118
mandaſti mādata tua cuſtodiri nimis: vtinam
dirigantur vie mee: ad cuſtodiendas
iuſtificationes tuas. Poſtcōio.

SAcramenti tui dñe venerāda perceptio:
ꝛ myſtico nos mūdet effectu
ꝛ perpetua virtute defendat. Per dominum
noſtrum. Super populum.
Humiliate capita veſtra deo. Oratio.

SUbiectum tibi populum queſumus
dñe propiciatio celeſtis amplificet:
ꝛ tuis ſemꝑ faciat ſeruire mādatis.
Per dñm no. ¶ Feria. vj. poſt
Oculi. Ad miſſam. Officium.

FAc mecū domine ps. 85
ſignū in bonū
vt videāt qui me oderūt/
et cōfūdātur qm̄
tu dñe adiuuiſti me:
et conſolatus es me.
ps. Inclina dñe aurē tuā ꝛ exaudi me: quo Ibid
niam inops ꝛ pauper ſum ego. Oratio.

IEiunia noſtra queſumus domine
benigno fauoꝛe proſequere: vt
ſicut ab alimentis abſtinemus in coꝛpoꝛe:
ita a vicijs ieiunemus in mente.
Per dominuꝫ noſtrum ieſum chriſtū
filium tuum: qui tecū viuit et regnat
in vnitate ſpūſſancti deus. Per omnia
ſecula ſeculoꝝ. Lectio libri Numeri.

IN diebꝰ illis. Conuenerūt filij iſrael Cap
aduerſū moyſen ꝛ aarō: ꝛ ver 20 A
ſi in ſeditionē/ dixerunt. Date nobis

aquā vt bibamus. Ingreſſiqꝫ moyſes et aaron/dimiſſa multitudine ante tabernaculū federis: corruerunt proni in terrā: clamauerūtqꝫ ad dominum/ atqꝫ dixerunt. Domine deus/ exaudi clamorē populi huius: et aperi eis theſaurum tuū/fontem aque viue: vt ſatiati ceſſet murmuratio eorū. Et apparuit gloria dñi ſup eos. Locutuſqꝫ eſt dominus ad moyſen dicens. Tolle virgam: et congrega populum/ tu et aaron frater tuus: ⁊ loquimini ad petrā corā eis/et illa dabit aquas. Cūqꝫ eduxeris aquā de petra: bibet omnis multitudo/⁊ iumenta eius. Tulit igitur moyſes virgam que erat in conſpectu domini/ſicut preceperat ei. Cōgregata omni multitudine ante petram: dixitqꝫ eis. Audite rebelles ⁊ increduli. Nū de petra hac/vobis aquā poterimus eiicere? Cumqꝫ eleuaſſet moyſes manū: percutiens virga bis ſilicem/egreſſe ſunt aque largiſſime: ita vt populus biberet/et iumenta. Dixitqꝫ domin⁹ ad moyſen/et aaron. Quia nō credidiſtis michi/vt ſanctificaretis me coram filijs iſrael: nō introducetis hos populos in terrā: quā dabo eis. Hec eſt aqua cōtraditionis: vbi iurgati ſunt filij iſrael contra dominū: et ſanctificatus eſt in eis. Gr.

In deo ſperauit cor meū et adiutus ſum: ⁊
ps. 27 refloruit caro mea et ex voluntate mea cō-
fitebor illi. ℣. Ad te dñe clamabo: de⁹ me⁹
Ibid ne ſileas/ne diſcedas a me. Tractus.

Domine non ſecundum peccata no-
psal. ſtra que fecimus nos: neqꝫ ſecūdum
102. iniquitates noſtras retribuas nobis. ℣.
Domine ne memineris iniquitatum no-
ps 77 ſtrarum antiquarum: cito anticipent nos
miſericordie tue: quia pauperes facti ſum⁹
nimis. Hic non fiat genuflexio cum di-
Ibid citur ℣. Adiuua nos de⁹ ſalutaris noſter:
et propter gloriam nominis tui domine libera nos: ⁊ propicius eſto peccatis noſtris propter nomē tuū. ¶ Sc̄dm Johannē.



In illo tpē cap. 4. A
Venit ieſus ī ciuitatē ſamarie que dicit ſichar iuxta prediū qd dedit iacob ioſeph filio ſuo. Erat autē ibi fōs iacob. Ieſus ergo fatigatus ex itinere: ſedebat ſic ſuper fontem. Hora autem erat quaſi ſexta. Venit mulier de ſamaria/haurire aquam. Dicit ei ieſus. Da michi bibere. Diſcipuli enī eius abierūt in ciuitatem/vt cibos emerent. Dicit ergo ei mulier illa ſamaritana. Quomodo tu iudeus cū ſis: bibere a me poſcis/que ſum mulier ſamaritania? Non enim coutuntur iudei ſamaritanis. Reſpō-
dit ieſus ⁊ dixit ei. Si ſcires donū dei: B
et quis eſt qui dicit tibi/ da michi bibere: tu forſitan petiſſes ab eo: et dediſſet tibi aquam viuā. Dicit ei mulier. Dñe/neqꝫ ī quo haurias habes: ⁊ puteus altus eſt. Unde ergo habes aquā viuam? Nunquid tu maior es patre noſtro iacob qui dedit nobis puteum et ipſe ex eo bibit/⁊ filij eius: et pecora eius. Reſpōdit ieſus: ⁊ dixit ei. Oīs q̄ bibit ex aqua hac: ſitiet iterū. Qui autem biberit ex aqua quā ego dabo ei: nō ſitiet ineternū. Sed aqua quā ego dabo ei fiet in eo fons aque ſaliētis in
vitā eternā. Dicit ad eū mulier. Dñe: C
da michi hāc aquā/ vt nō ſitiam: neqꝫ veniā huc haurire. Dicit ei ieſus. Uade/voca virū tuū: ⁊ veni huc. Reſpondit ei mulier: ⁊ dixit. Nō habeo virū. Dicit ei ieſus. Bene dixiſti: qꝛ nō ha-

deo verū. Quinqꝫ enī viros habuiſti: ⁊
nunc quē habes/nō eſt tuus vir. Hoc
vere dixiſti. Dicit ei mulier. Dñe: video/
quia ꝓpheta es tu. Patres noſtri
in mōte hoc adorauerūt: ⁊ vos dicitis:
qꝛ hieroſolymis eſt locus/vbi adorare
oportet. Dicit ei ieſus. Mulier/crede
michi qꝛ veniet hora: quando neqꝫ in
monte hoc/neqꝫ in hieroſolymis/adorabitis
patrē. Vos adoratis/qđ neſcitis:
nos adoramus/qđ ſcimus: qꝛ ſal⁹
ex iudeis eſt. Sed venit hora ⁊ nūc eſt:
D quando veri adoratores: adorabūt patrem/
in ſpiritu ⁊ veritate. Nā ⁊ pater
tales querit: qui adorent eū. Spūs eſt
deus ⁊ eos q̄ adorant eū/in ſpū ⁊ veritate
oportet adorare. Dicit ei mulier.
Scio qꝛ meſſias venit: qui dicit̄ xp̄s.
Cū ergo venerit: ille nobis annunciabit
oīa. Dicit ei ieſus. Ego ſum: qui
loquor tecū. Et cōtinuo venerūt diſcipuli
ei⁹: ⁊ mirabant̄/qꝛ cū muliere loquebatur.
Nemo tamē dixit ei/q̄d queris:
aut quid loquaris cū ea? Reliquit
ergo hydriā ſuā mulier: ⁊ abijt in ciuitatē:
⁊ dicit illis hominib⁹. Venite/et
videte hominē: qui dixit michi omnia
quecūqꝫ feci. Nūquid ipſe eſt chriſt⁹?
Exierūt ergo de ciuitate: ⁊ veniebant
ad eū. Interea rogabāt eū diſcipuli dicentes.
Rabbi: mādūca. Ille aūt dixit
eis. Ego cibū habeo mādūcare/quem
vos neſcitis. Dicebant ergo diſcipuli
adinuicem. Nūquid aliquis attulit ei
E mādūcare? Dicit eis ieſus. Meus cibus
eſt: vt faciam voluntatē eius qui
miſit me vt perficiā opus eius. Nōne
vos dicitis: qđ adhuc quattuor mēſes
ſūt/et meſſis venit? Ecce dico vobis:
leuate oculos veſtros/⁊ videte regiones:
qꝛ albe ſunt iam ad meſſem. Et q̄
metit/mercedē accipit: ⁊ cōgregat fructum
in vitā eternā. Vt et q̄ ſeminat/
ſimul gaudeat ⁊ qui metit. In hoc enī
eſt verbū verū: quia ali⁹ eſt qui ſeminat/
⁊ ali⁹ eſt qui metit. Ego miſi vos
metere/qđ vos nō laboraſtis. Alij laborauerunt:
⁊ vos in labores eorū introiſtis.
Ex ciuitate autem illa/multi
crediderūt in eū ſamaritanorū ꝓpter
verbū mulieris teſtimoniū ꝑhibētis:
quia dixit michi oīa quecūqꝫ feci. Cū F
veniſſent ergo ad illū ſamaritani: rogauerūt
eū/ vt ibi maneret. Et mānſit
ibi duos dies. Et multo plures crediderūt
i eū ꝓpter ſermonē ei⁹/⁊ mulieri
dicebāt: qꝛ iā nō ꝓpter tuā loquelā
credim⁹. Ipſi enī audiuim⁹ ⁊ ſcimus:
quia hic eſt vere ſaluator mūdi. Offr.
Intende voci orationis mee/rex meus et Ps. 5
deus meus: quoniam ad te orabo dñe. ℣.
Verba mea auribus percipe dñe: intellige Cos.
clamorē meum/et exaudi me. Secreta.

Reſpice dñe ꝓpicius ad munera
q̄ ſacramus: vt ⁊ tibi grata ſint:
et nobis ſalutaria ſēp exiſtant. Per d.
Prefatio Qui corporali ieiuñ. Cōio.
Qui biberit aquā quā ego do/dicit dominus Joh.
ſamaritane: fiet in eo fons aque ſalientis 4.B
in vitam eternam. Poſtcōmunio.

Huius nos dñe perceptio ſacramenti
mundet a crimine: ⁊ ad celeſtia
regna ꝑducat. P. Super populū.
Humiliate capita veſtra deo. Oratio.

Preſta q̄s omp̄s deus: vt qui in
tua ꝓtectione cōfidimus: cuncta
nobis aduerſantia te adiuuante vincam⁹.
P. ¶ Sabbō poſt Oculi. Offm.

Verba mea au- Ps. 5
rib⁹ ꝑcipe dñe: intel-
lige clamorē meum:
intēde voci oratiōis
mee. Ps. Rex meus et Cos.
deus meus. Flectam⁹
genua. Leuate. Oratio.

Preſta queſum⁹ oṗs de⁹: vt qui ſe
affligendo carnem ab alimentis
abſtinet: ſectando iuſtitiā/a culpa ieiunet.
Per. Lectio Danielis ꝓphete.

In dieb⁹ illis. Erat vir in babylone:
⁊ nomē ei⁹ ioachin. Et accepit

vxoꝛē noīe ſuſannā/filiā helchie/pulchꝛam nimis/et timentē deū. Parentes autē illiꝰ/cū eſſent iuſti:erudierūt filiā ſuā/ſcd̄m legem moyſi. Erat aūt ioachin diues valde:⁊ erat ei pomeriū vicinū domui ſue. Et ad ipſum cōfluebāt iudei:eo ꝙ eſſet honoꝛabilioꝛ oīm. Et cōſtituti ſunt duo ſenes iudices in anno illo:de quibꝰ locutus eſt dn̄s:qꝛ egreſſa eſt iniquitas de babylone/a ſenioꝛibꝰ iudicibꝰ:qui videbātur regere populū. Iſti frequētabant domū ioachim:et veniebant ad eos oēs qui B habebant iudicia. Cū autē populꝰ reuertiſſet poſt meridiē ingrediebat̄ ſuſanna:⁊ deambulabat ī pomerio viri ſui. Et videbant eā ſenes quotidie ingredientē ⁊ deambulantē : et exarſerunt in cōcupiſcentiam eiꝰ. Et auerterunt ſenſum ſuū : et declinauerunt oculos ſuos/ vt nō viderent celū: neqꝫ recoꝛdarentur iudicioꝛū iuſtoꝛū. Factū eſt autē cū obſeruarēt diē aptum/quādo eam poſſent inuenire ſolam: ingreſſa eſt aliquādo ſicut heri et nudiuſtertiꝰ cum duabꝰ ſolis puellis: voluitqꝫ lauari in pomerio . Eſtus quippe erat. Et nō erat ibi quiſꝙ̄ : pꝛeter duos ſenes abſconditos/contemplantes eam Dixit ergo puellis. Afferte michi oleū et ſmigmata:et oſtia pomerij claudite vt lauer. Cum autē egreſſe eſſent puelle:ſurrexerunt duo ſenes:⁊ accurrerunt ad eam/⁊ dixerūt. Ecce oſtia pomerij clauſa ſunt ⁊ nemo nos videt:⁊ in concupiſcentia tui ſumus. Quamobrem aſſentire nobis ⁊ cōmiſcere C nobiſcum. Quod ſi nolueris:dicemꝰ teſtimoniū ꝯtra te/ꝙ fuerit tecum iuuenis:et ob hanc cauſam emiſeris puellas a te. Ingemuit ſuſanna ⁊ ait. Anguſtie michi ſūt vndiqꝫ. Si enim hoc egero moꝛs michi eſt: ſi autē nō egero nō effugiā manus veſtras. Sed meliꝰ michi eſt abſqꝫ opere incidere in manus veſtras:ꝙ̄ peccare in cōſpectu domini. Et exclamauit voce magna ſuſanna:exclamauerūt autē et ſenes aduerſus eā:⁊ cucurrit vnus ⁊ apperuit oſtia pomerij. Cum aūt audiſſent clamoꝛē in pomerio famuli domꝰ:irruerunt ꝑ poſticū/vt viderēt quidnā eſſet Poſtꝙ̄ autē ſenes locuti ſunt:erubuerunt ſerui vehemēter : qꝛ nūꝙ̄ dictus fuerat ſermo huiuſmodi de ſuſanna. D Et facta eſt dies craſtina. Cunqꝫ veniſſet populus ad virū eiꝰ ioachim venerunt et duo pꝛeſbyteri pleni iniqua cogitatione aduerſus ſuſannam vt interficerent eam. Et dixerunt corā populo. Mittite ad ſuſannam: filiā helchie vxoꝛem ioachim. Et ſtatim miſerunt. Et venit cū parentibꝰ ⁊ filijs:et vniuerſis cognatis ſuis. Flebant igitur ſui : et omnes qui eam nouerant. Conſurgentes autē duo pꝛeſbyteri in medio populi:poſuerunt manus ſuas ſuper caput eius. Que flens ſuſpexit ad celum. Erat autē coꝛ eius/fiduciā habens in domino. Et dixerunt pꝛeſbyteri. Cum deambularemus in pomerio ſoli:ingreſſa eſt hec cū duabus puellis:⁊ clauſit oſtia pomerij:⁊ dimiſit a ſe puellas. Venitqꝫ ad eam adoleſcens qui erat abſcōditus:et cōcubuit E cum ea. Poꝛro nos cū eſſemus in angulo pomerij/ videntes iniquitatem/ cucurrimus ad eos: ⁊ vidimꝰ eos pariter cōmiſceri. Et illū quidē nequiuimus compꝛehēdere : quia foꝛtioꝛ erat nobis. Et aperto oſtio exiliuit. Hanc autē cū appꝛehendiſſemus:interrogauimꝰ q̇ſnā eſſet adoleſcēs:⁊ noluit idicare nobis. Huiꝰ rei teſtes ſumꝰ. Credidit eis multitudo quaſi ſenioꝛibꝰ et iudicibꝰ populi:⁊ cōdēnauerunt eam ad moꝛtem. Exclamauit aūt voce magna ſuſanna ⁊ dixit. Deus eterne qui abſcōditoꝛum es cognitoꝛ:q̇ noſti omnia anteꝙ̄ fiant: tu ſcis quoniam falſum cōtra me tulerunt teſtimonium. Et ecce moꝛioꝛ : cum nichil hoꝛum

fecerim que iſti malicioſe cōpoſuerūt
aduerſum me. Exaudiuit autem dñs
vocē eiꝰ. Cūqꝫ duceretur ad mortem:
ſuſcitauit deus ſpiritū pueri iunioris
cui nomē daniel. Et exclamauit voce
magna. Mūdus ego ſum a ſanguine
huius. Et conuerſus omnis populus
ad eū dixit. Quis eſt iſte ſermo quem
F tu locutus es? Qui cū ſtaret in medio
eorū dixit. Sic fatui filij iſrael: nō iudicantes/
neqꝫ qđ verū eſt cognoſcentes:
condēnaſtis filiā iſrael? Reuertimini
ad iudiciū: qꝛ falſum teſtimoniū
locuti ſunt aduerſus eam. Reuerſus
eſt ergo populus cum feſtinatione; et
dixit ad eos daniel. Separate illos ab
inuicem procul: et diiudicabo eos. Cū
ergo diuiſi eſſent alter ab altero: vocauit
vnū de eis/ ⁊ dixit ad eum. Inueterate
dierū malorū: nunc venerūt peccata
tua que oꝑabaris prius: iudicās
iudicia iniuſta innocētes opprimens:
et dimittens noxios dicente domino.
Innocentē et iuſtum non interficies.
Nunc ergo ſi vidiſti eā: dic ſub qua arbore
videris eos colloquentes ſibi?
Qui ait. Sub cino. Dixit aūt daniel.
Recte mētitus es in caput tuū. Ecce
enim angelus dñi accepta ſentētia ab
eo: ſcindet te mediū. Et amoto eo: iuſſit
G venire aliū/ et dixit ei. Semen chanaan
et non iuda: ſpecies decepit te/ et
concupiſcentia ſubuertit cor tuū. Sic
faciebatis filiabꝰ iſrael: et ille timentes
loquebantur vobis. Sed nō filia
iuda ſuſtinuit iniquitatē veſtrā. Nūc
ergo dic michi: ſub qua arbore cōprehenderis
eos loquentes ſibi? Qui ait
Sub primo. Dixit autē ei daniel. Recte
mētitus es ⁊ tu in caput tuū. Manet
enī angelus dñi gladium habens/
vt ſecet te medium: et interficiat vos.
Exclamauit itaqꝫ oīs cetus voce magna:
⁊ benedixerunt deum: qui ſaluat
ſperātes i ſe. Et cōſurrexerūt aduerſus
duos preſbyteros. Cōuicerat enī
eos daniel ex ore ſuo: falſum dixiſſe teſtimonium.
Feceruntqꝫ eis ſicuti male
egerant aduerſus proximum: et interfecerunt
eos. Et ſaluatus eſt ſanguis
innoxius: in die illa. Grad. Si ambulem ps. 22.
in medio vmbre mortis/ non timebo
mala quoniam tu mecū es dñe. ℣. Virga Gos.
tua et baculus tuus: ipſa me cōſolata ſunt.

¶ Euangelium. Scđm Johannem.



IN illo tpe cap. 8. A
Perrexit
ieſꝰ i mōtē oliueti:
et diluculo iterum
venit i tēplum. Et
oīs populus venit
ad eum: ⁊
ſedens docebat eos.
Adduxerūt
autē ſcribe ⁊ phariſei mulierē in adulterio
deprehenſam: ⁊ ſtatuerunt eā in
medio/ ⁊ dixerūt ei. Magiſter/ hec mulier
modo deprehēſa eſt in adulterio.
In lege autē moyſes mandauit nobis
huiuſmodi lapidare. Tu ergo quid dicis?
Hoc aūt dicebāt tētātes eū: vt poſſent
accuſare eū. Jeſus aūt iclinās ſe
deorſum: digito ſcribebat i terrā. Cū
autē pſeuerarēt iterrogātes eū: erexit
ſe/ ⁊ dixit eis. Qui ſine pctō eſt veſtrū
primꝰ i illā lapidē mittat. Et iterū ſe
inclinās ſcribebat in terrā. Audiētes
aūt hec/ vnꝰ poſt vnū exibāt icipiētes
a ſenioribꝰ. Et remāſit ſolꝰ ieſus ⁊ mulier
i medio ſtāt. Erigēs aūt ſe ieſus:
dixit ei. Mulier vbi ſūt q̄ te accuſabāt?
Nemo te cōdēnauit? Que dixit. Nemo B
dñe. Dixit aūt ei ieſꝰ. Nec ego te cōdēnabo.
Vade: ⁊ iā amplꝰ noli peccare.
Offr. Greſſꝰ meos dirige dñe ſcđm eloquiū pſal.
tuū: vt nō dñetur mei oīs iniuſticia dñe. 118.

psal. 118. Declaratio ſermonũ tuorũ illuminat me: et intellectum dat paruulis. Secreta.

Efficiatur hec hoſtia queſumꝰ domine ſolennibus grata ieiuniis: ⁊ vt tibi fiat acceptior: purificatis mentibus immoletur. Per. Prefatio. Qui corporali ieiu. Cōio. Joh. 8. B Nemo te condemnauit mulier? nemo dñe: nec ego te condēnabo. iam ampliꝰ noli peccare. Poſtcōio.

Quesumus omnipotens deus: vt inter eius membra numeremur cuius corpori cōmunicauimus ⁊ ſanguini: ieſu chriſti filii tui dñi noſtri. Qui tecum viuit. Sup populũ. Humiliate capita veſtra deo. Oratio.

Pretende dñe fidelibꝰ tuis dexteram celeſtis auxilii: vt te toto corde perquirāt: ⁊ q̄ digne poſtulāt cōſequi mereantur. Per dñz. ¶ Dñica media quadragesime. Ad miſſam. Officium

Uox eſt eccleſie ex iſaie. ca. vlti. Letare hieruſalem et conuentum facite oēs qui diligitis dñm: gaudete cũ leticia qui i triſticia fuiſtis: vt exultetis et ſatiemini ab vberibꝰ conſolationis veſtre. ps. psal. 121. Letatus ſum in his q̄ dicta ſũt michi: in domũ domini ibimus. Oratio.

Concede queſumus omnipotens deꝰ: vt q̄ ex merito noſtre actiōis affligimur: tue gratie cōſolatione reſpiremus. Per do. ¶ Ad Galathas.

Cap 4. C Fratres. Scriptum eſt: quoniā abrahā duos filios habuit: vnũ de ancilla/ ⁊ vnũ de libera. Sed qui de ancilla: ſcđm carnem natus eſt. Qui autē de libera: per repromiſſionē/ que ſunt per allegoriā dicta. Hec enī ſunt duo teſtamenta. Unũ quidē in monte ſyna/ in ſeruitutem generans: que eſt D agar. Syna enim mons eſt in arabia: qui cōiunctus eſt ei/ que nūc eſt hieruſalem: et ſeruit cũ filiis ſuis. Illa aũt que ſurſum eſt hieruſalem libera eſt: que eſt mater noſtra. Scriptũ eſt enī. Letare ſterilis que nō paris: erumpe et clama/ que nō parturis: quia multi filii deſerte/ magis q̄ eius que habet virũ. Nos autē fratres ſecundũ yſaac promiſſionis filii ſumꝰ. Sed quomodo tūc is qui ſcđm carnem natus fuerat: perſequebatur eũ/ qui ſcđm ſpm̄: ita et nunc. Sed quid dicit ſcriptura? Eiice ancillam: et filiũ eius. Non enī heres erit filius ancille: cũ filio libere. Itaqz fratres: nō ſumus ancille filii: ſed libere. Qua libertate chriſtꝰ nos liberauit. Grad. Letatus ſum i his que dicta ſunt michi: in domum domini ibimꝰ. psal. 121. ℣. Fiat pax in virtute tua: et abundantia in turribus tuis. Ibid. Tractus.

Qui confidunt in domino ſicut mons ſyon: nō commouebitur in eternum qui habitat in hieruſalem. psal. 124. ℣. Montes in circuitu eius: et dominus in circuitu populi ſui ex hoc nunc et vſqz in ſeculum. Eod.

¶ Euangeliũ. Secundũ Johannem



In illo tpe. cap. 6. A Abiit ieſꝰ trans mare galilee qđ eſt tyberiadis: et ſequebatur eũ multitudo magna quia videbāt ſigna que faciebat ſuper his qui infirmabātur. Subiit ergo in montē ieſus: ⁊ ibi ſedebat cũ diſcipulis ſuis. Erat autē proximũ paſcha: dies feſtus iudeorũ. Cum ſubleuaſſet ergo oculos ieſus/ ⁊ vidiſſet quia multitudo maxima venit ad eum: dixit ad philippum. Unde ememus panes vt manducent hi? Hoc autē dicebat ten-

tans eū. Ipſe enī ſciebat quid eſſet facturus.
Reſpōdit ei philippus. Ducētoꝝ
denarioꝝ panes nō ſufficiūt eis/
vt vnuſquiſqz modicū quid accipiat.
Dicit ei vnꝰ ex diſcipulis eiꝰ andꝛeas
frater ſymonis petri. Eſt puer vnus
hic: q̄ habet quinqz panes oꝛdeaceos ⁊
duos piſces. Sed hec q̄d ſunt inter tātos?
Dixit ergo ieſus. Facite homines
B diſcūbere. Erat aūt fenū multū ī loco
Diſcubuerūt ergo viri: numero quaſi
quiqz milia. Accepit ergo ieſus panes
et cū grās egiſſet/ diſtribuit diſcūbentibꝰ.
Similiter ⁊ ex piſcibꝰ quantum
volebāt. Ut autē īpleti ſūt: dixit diſcipulis
ſuis. Colligite q̄ ſuperauerunt
fragmēta ne pereāt. Collegerūt ergo
et īpleuerūt duodecim cophinos fragmentoꝝ
ex quinqz panibꝰ oꝛdeaceis q̄
ſuperfuerunt his q̄ manducauerunt.
Illi ergo homines cum vidiſſent ꝙ ieſus
fecerat ſignū: dicebant. Quia hic
eſt vere pꝛopheta: qui venturus eſt in
psal. mūdū. Offer. Laudate dñm q2 benignꝰ
134. eſt: pſallite noī eiꝰ/ qm̄ ſuauis eſt: oīa quecūqz
voluit fecit ī celo ⁊ in terra. Secreta.

ANnue nobis q̄s dñe: vtꝫ diuinis
ſemp ſolēnitatibꝰ occupemur: ⁊
myſterijs ſacris mēte pariter cōgruamur
⁊ coꝛpoꝛe. P. Pꝛefatio quotidiana.
Cōio. Hieruſalē que edificatur vt ciui-
psal. 121. tas: cuius participatio eiꝰ in idipſum: illuc
enim aſcēderūt tribꝰ tribꝰ domini: ad confitendum
nomini tuo dñe. Poſtcōio.

DA nobis q̄s miſericoꝛs deus: vt
ſancta tua quibꝰ inceſſanter explemur:
ſinceris tractemꝰ obſequijs:
et fideli ſemper mente ſumamꝰ. Per.

¶ Feria. ij. poſt Letare. Officium.

p̄. 53 DEus in noīe
tuo ſaluū me fac/ et
in virtute tua iudica
me: deꝰ exaudi oꝛationē
meā. Ps. Qm̄
Coā. alieni inſurrexerūt aduerſum
me: ⁊ foꝛtes queſierūt animā meā.
Flectamus genua. Leuate. Oratio.

PReſta queſumus omīps deus: vt
obſeruationes ſacras annua deuotiōe
recolētes: ⁊ coꝛpoꝛe tibi placeamus
et mēte. Per. Lectio libꝛi Regū.

IN diebꝰ illis. Uenerūt due mulieres 3. ca.
meretrices ad regē ſalomonem: 3. C
ſteteruntqz corā eo. Quarū vna
ait. Obſecro mi dñe: ego ⁊ mulier hec
habitabamus in domo vna: et peperi
apud eā in cubiculo. Tertia vero die
poſtq̄ ego peperi: pepit ⁊ hec. Et eramus
ſimul: nulluſqz alius ī domo nobiſcū/
exceptis nobis duabꝰ. Moꝛtuꝰ
eſt autē filius mulieris huius nocte:
doꝛmiens quippe oppꝛeſſit eū. Et conſurgens
intēpeſte noctis ſilētio: tulit
filiū meū de latere meo: ācille tue doꝛmientis:
⁊ collocauit in ſinu ſuo: ſuū
autē filiū qui erat moꝛtuus/ poſuit in
ſinu meo. Cūqz ſurrexiſſem mane vt
darē lac filio meo: apparuit moꝛtuus.
Quē diligentiꝰ intuens clara luce: depꝛehendi
nō eſſe meū/ quē genueram.
Reſpōditqz altera mulier. Nō eſt ita
vt dicis: ſed filꝰ tuꝰ moꝛtuꝰ eſt: meus
autem viuit. Econtrario illa dicebat.
Mentiris. Filꝰ quippe meꝰ viuit: et
filꝰ tuꝰ moꝛtuꝰ eſt. Atqz in hūc modū D
cōtēdebāt corā rege. Tūc rex ait. Hec
dicit. Filꝰ meꝰ viuit/ ⁊ filꝰ tuꝰ moꝛtuꝰ
eſt: ⁊ iſta rūdit nō: ſed filꝰ tuꝰ moꝛtuꝰ
eſt/ meꝰ aūt viuit. Dixit ergo rex. Afferte
michi gladiū. Cūqz attuliſſent
gladiū corā rege ait. Diuidite (inquit)
infantē viuū in duas partes: et date
dimidiā partē vni: et dimidiā partem
alteri. Dixit aūt mulier cuiꝰ filꝰ erat
viuꝰ ad regem. Cōmota ſunt quippe
viſcera eiꝰ ſup filio ſuo. Obſecro domine:
date illi infantē viuū: et nolite
interficere eū. Ecōtrario illa dicebat.
Nec michi nec tibi ſit: ſed diuidatur.
Rūdit rex ⁊ ait. Date huic infantem
viuū: ⁊ nō occidat. Hec eſt enī mater

eiꝰ. Audiuit itaqꝫ oīs iſrael iudiciū q̄d
iudicaſſet rex: ⁊ timuerūt regē. Viden-
tes ſapiētiā dei eſſe i eo: ad faciēdū iudicium.
ꝑ.30 Gr. Eſto michi in deū protectorē: ⁊
Ibid in locū refugij vt ſaluū me facias. ℣. Deꝰ
in te ſperaui dñe: nō ꝯfūdar i eternū. Tr.
Dñe nō ſcḋm pctā no. vrā. feria. vj. iiij.
tēporū. fo. xxxij. Secundū Johannē.



Cap. 2. C IN illo tpe Prope erat paſcha iudeorū: ⁊ aſcēdit Jeſus hieroſolymā. Et inuenit i tēplo vendētes oues/ et boues ⁊ colūbas: et nūmularios ſedentes. Et cum feciſſet quaſi
flagellū de funiculis: oēs eiecit de tem-
plo. Oues quoqꝫ et boues ⁊ nūmula-
riorum effudit es: ⁊ mēſas ſubuertit.
Et his q̇ colūbas vēdebant dixit. Auferte
D iſta hinc: ⁊ nolite facere domum
patris mei domū negociationis. Re-
cordati vero ſunt diſcipuli eiꝰ qꝛ ſcri-
ptum eſt: zelus domꝰ tue comedit me.
Rñderūt ergo iudei: ⁊ dixerūt ei. Qd̄
ſignū oſtendis nobis: qꝛ hec facis? Re-
ſpondit ieſus ⁊ dixit eis. Soluite tem-
plū hoc: ⁊ in tribꝰ diebꝰ excitabo illud.
Dixerūt ergo iudei. Quadraginta et
ſex annis edificatū eſt tēplū hoc: et tu
in tribꝰ diebꝰ excitabis illud? Ille au-
tem dicebat de tēplo corporis ſui. Cū
ergo reſurrexiſſet a mortuis recorda-
ti ſunt diſcipuli eiꝰ/ qꝛ hoc dicebat: et
crediderūt ſcripture: ⁊ ſermoni quem
dixit ieſus. Cū aūt eſſet hieroſolymis
in paſcha i die feſto: multi crediderūt
i noīe eiꝰ: videntes ſigna eiꝰ q̄ faciebat.
Ipſe aūt ieſus nō credebat ſemetipſū
eis: eo ꝙ ipſe noſſet oēs: ⁊ qꝛ opꝰ ei nō
erat vt q̇s teſtimoniū phiberet de hoie.
Ipſe eni ſciebat q̇d eſſet i hoie. Offr.
ꝑ.99 Jubilate deo omnis terra/ iubilate deo om-
nis terra: ſeruite dño in leticia intrate i cō-
ſpectu eius in exultatiōe/ quia dñs ipſe eſt
Ibid deꝰ. ℣. Ipſe fecit nos ⁊ nō ipſi nos: nos au-
tē populꝰ eiꝰ ⁊ oues paſcue eiꝰ. Secreta.

TUis dñe q̄s opare myſterijs: vt
hec tibi munera dignis mentibꝰ
offeramꝰ. p do. Prefatio. Qui corpali
ꝑ.18 ieiuniū. Cōio. Ab occultis meis munda me
dñe: ⁊ ab alienis pce ſeruo tuo. Poſtcōio.

QUos diuinis dñe reficis ſacra-
mentis tuis q̄s ſuſtēta pſidijs: et
quos beneficijs tēporalibus refoues:
paſce ppetuis. Per do. Super populū
Humiliate capita veſtra deo. Oratio

DEprecationē noſtrā q̄s dñe beni-
gnus exaudi: ⁊ quibꝰ ſupplicandi
preſtas affectū: tribue defenſionis
auxilium. Per dñm. ¶ Feria. iij. poſt
Letare. Ad miſſam. Officium.

psal. 54. EXaudi deus
orationē meā/ et ne
deſperexeris depreca-
tionē meā: intēde i
me/ ⁊ exaudi me. Ps.
Eod. Contriſtatus ſum in
exercitatione mea: et cōturbatꝰ ſum a voce
inimici. Flectamꝰ genua leuate. Oro.

SAcre nobis q̄s dñe obſeruatiōis
ieiunia: et pie ꝯuerſationis aug-
mentū: ⁊ tue ppiciatiōis cōtinuū pre-
ſtent auxilium. P. Lectio libri Exodi

cap. 32, b IN diebꝰ illis. Locutus eſt dñs ad
moyſen/ dicens. Deſcēde de mō-
te/ quia peccauit populus tuus quem
eduxiſti de terra egypti. Receſſerunt
cito de via quā oſtēdiſti eis. Fecerūtqꝫ
ſibi vitulum cōflatilē ⁊ adorauerunt:
atqꝫ immolantes ei hoſtias dixerunt.
Iſti ſunt dij tui iſrael: q̄ te eduxerunt
de terra egypti. Rurſuſqꝫ ait dominꝰ

¶ ad moyſen. Cerno q̃ popul⁹ iſte dure ceruicis ſit: dimitte me vt iraſcatur furor meus cõtra eos: et deleam eos: faciãq; te in gentē magnā. Moyſes aũt orabat dñm deũ ſuũ dicens. Cur dñe iraſcitur furor tu⁹ contra populũ tuũ quē eduxiſti de terra egypti/in fortitudine magna: et in manu robuſta? Ne queſo dicāt egyptij callide eduxit eos: vt interficeret i mõtib⁹: ⁊ deleret eos de terra. Quieſcat ira tua: ⁊ eſto placabilis ſuper nequitia tui. Recordare abraham/yſaac/⁊ iſrael ſeruoꝝ tuoꝝ: quib⁹ iuraſti per temetipſum dicens. Multiplicabo ſemē veſtrũ ſicut ſtellas celi: et vniuerſam terram hanc de qua locutus ſum dabo ſemini veſtro: et poſſidebitis eā ſẽp. Placatuſq; eſt dñs ne faceret malũ/ qđ locut⁹ fuerat aduerſus populũ ſuũ. Et miſert⁹ eſt populo ſuo: dñs deus noſter. Grad.

ps. 43 Exurge dñe fer opem nobis: et libera nos
Ibid propter nomē tuũ. ℣. Deus auribus nr̃is audiuim⁹: patres noſtri annũciauerũt nobis: opus qđ operatus es in diebus eoꝝ: ⁊ in diebus antiquis. ¶ Scdm Johannē

cap. 7. B



In illo tp̃e Iã die feſto mediante: aſcēdit ieſus i tēplum ⁊ docebat. Et mirabantur iudei dicentes. Quomodo hic litteras ſcit: cum nõ didicerit? Reſpõdit eis ieſus: et dixit. Mea doctrina nõ eſt mea: ſed eius qui miſit me. Si quis voluerit volũtatē eius facere: cognoſcet de doctrina vtrũ ex deo ſit an ego a me ipſo loquar. ¶ Qui a ſemetipſo loquit̃: gloriam propriã querit. Qui autē querit gloriã ei⁹ qui miſit illũ: hic verax eſt: et iniuſtitia in illo nõ eſt. Nõne moyſes dedit vobis legem: et nemo ex vobis facit legem? Quid me queritis interficere? Reſpondit ei turba et dixit. Demoniũ habes. Quis te querit interficere? Reſpõdit ieſus: et dixit eis. Unum opus feci: ⁊ omnes miramini. Propterea moyſes dedit vobis circũciſionem: nõ quia ex moyſe eſt/ ſed ex patribus: ⁊ in ſabbato circũciditis hominē. Si circumciſionē accipit homo i ſabbato vt nõ ſoluatur lex moyſi: michi indignamini/ quia totũ hominem ſanũ feci in ſabbato? Nolite iudicare ſcdm faciem: ſed iuſtum iudiciũ iudicate. Dicebant autē quidā ex hieroſolymis. Nonne hic eſt quē querũt interficere? Ecce palā loquitur: et nichil ei dicunt. Numqđ vere cognouerũt principes: qꝛ hic eſt chriſtus? Sed hũc ſcimus vnde ſit. Chriſtus autē cum venerit: nemo ſcit vnde ſit. Clamabat ergo docens in templo ieſus ⁊ dicens. Et me ſcitis: et vnde ſim ſcitis: et a meipſo nõ veni: ſed eſt ver⁹ qui miſit me/ quē vos neſcitis. Ego autem ſcio eum. Et ſi dixero/ quia neſcio eũ: ero ſimilis vobis mendax. Sed ſcio eum qꝛ ab ipſo ſum: ⁊ ipſe me miſit. Querebant ergo eum apprehendere: et nemo miſit in illum manus: quia nondũ venerat hora eius. De turba autem: multi crediderunt in eũ. Offer. Expectans

ps. 39 expectaui dñm/ ⁊ reſpexit me: ⁊ exaudiuit deprecationem meā: et immiſit in os meum canticum nouum hymnum deo noſtro. ℣. Statuit ſupra petrā pedes meos:

Ibid et direxit greſſus meos. Secreta.

Fidelium tuorum domine queſumus hoſtias propicius intuere: vt quod oblatum eſt per obſequium: et deuotorum vota famulorum: tua potius propiciatione firmetur. Per. Prefatio. Qui corporali ieiu. Cõia.

ꝑ.19 Letabimur in ſalutari tuo: ⁊ in noīe dñi dei noſtri magnificabimur. Poſtcōio.

PRoſit nobis q̄s dñe ſacer cibus/ potuſq; ſalutaris: qui ⁊ tēporalē vitā muniat ⁊ preſtet eternā. Per dominum. Super populum. Humiliate capita veſtra deo. Oratio.

MIſerere queſumus dñe populo tuo: ⁊ cōtinuis tribulationibus laborantem propicius reſpirare concede. Per dominū. ¶ Feria quarta poſt Letare. Ad miſſam. Officium.

Eze. 36 E CUm ſanctificatus fuero in vobis: cōgregabo vos de vniuerſis terris ⁊ effundā ſuper vos aquā mūdā: ⁊ mundabimini ab omībus inquinamētis veſtris: ⁊ dabo vobis ſpiritū nouum. Ps Benedicā dñm in omī tēpore: ſemper laus eius in ore meo. ꝑ.33. Sequitur oratio ſine Dñs vobiſcū. ſed tantū cū Oremus ⁊ Flectamus genua Leuate. Oratio.

DEus qui ⁊ iuſtis premia meritorū/ ⁊ peccatoribꝰ ꝑ ieiuniū veniā prebes: miſerere ſupplicibus tuis: vt reatus noſtri cōfeſſio: indulgētiā valeat percipere delictorū. Per dominū ¶ Lectio Ezechielis prophete.

Cap 36 E HEc dicit dominus deus. Sanctificabo nomen meū magnum: vt ſciāt gētes quia ego dñs: cū ſanctificatus fuero in vobis/ corā eis. Tollam quippe vos de gētibus et congregabo vos de vniuerſis terris: ⁊ adducā vos in terrā veſtrā. Et effundā ſuper vos aquā mundā: ⁊ mūdabimini ab omnibus inquinamentis veſtris: ⁊ ab vniuerſis ydolis veſtris mundabo vos. Et dabo vobis cor nouū: ⁊ ſpiritū nouū ponā in medio veſtri. Et afferā cor lapideū de carne veſtra: ⁊ dabo vobis cor carneū ⁊ ſpiritū nouū ponā in medio veſtri. Et faciā vt in p̄ceptis meis ambuletis: ⁊ iudicia mea cuſtodiatis/ et operemini. Et habitabitis in terra quā dedi patribus vr̄is: ⁊ eritis michi in populū/ ⁊ ego ero vobis i deū. Dicit dñs oīps. Gr. Venite filij audite me: timorē dñi docebo vos. ꝑ.33. V. Accedite ad eū ⁊ illūinamini: ⁊ facies vr̄e nō cōfundent̄. Ibiđ Nō repetat̄ gr. ſed ſequat̄. Dñs vobiſcū. ⁊ Flectamus genua Leuate. Oratio.

PReſta q̄s oīps deus vt quos ieiunia votiua caſtigāt: ipſa quoq; deuotio ſancta letificet: vt terrenis affectibus mitigatis: facilꝰ celeſtia capiamus. Per dñm. Hic dicuntur memorie cōſuete. Lectio yſaie prophete.

Cap 1. E HEc dicit dñs deꝰ. Lauamini/ mūdi eſtote: auferte malū cogitationū veſtrarū ab oculis meis. Quieſcite agere ꝑuerſe: diſcite bñfacere. Querite iudiciū: ſubuenite oppreſſo/ iudicate pupillo/ defendite viduā: ⁊ venite ⁊ arguite me/ dicit dñs. Si fuerit peccata veſtra vt coccinū: quaſi nix dealbabūtur. Et ſi fuerint rubra quaſi vermiculus velut lana alba erūt. Si volueritis / et audieritis me: bona terre comedetis. Dicit dñs oīps. Gr. Beata gēs cuiꝰ eſt dñs deꝰ eorū: populus quē elegit dñs in hereditatē ſibi. ꝑ.32. V. Verbo dñi celi firmati ſunt ⁊ ſpū oris eiꝰ oīs virtus eorū. Ibiđ Tractꝰ. De neceſſitatibꝰ meis. vtſ̄.fer. iiij. poſt Reminiſcere. Scdm Johēm



Cap 9. A IN illo tp̄e Preteriens ieſus vidit hominē cecū a natiuitate. Et interrogauerunt eū diſcipuli eiꝰ Rabbi q̄s peccauit: hic aut pa

rētes ei⁹ vt cecus nasceret̃? Respōdit
iesus. Neqꝫ hic peccauit: neqꝫ parētes
ei⁹: sed vt manifestētur opa dei in illo
Me oportet opari opa ei⁹ qui misit me
donec dies est. Venit nox: quando nemo
potest opari. Quādiu sum in mundo:
lux sum mūdi. Hec cū dixisset: expuit
in terrā/ ⁊ fecit lutū ex sputo ⁊ liniuit
lutū sup oclos ei⁹/ ⁊ dixit ei. Vade/
⁊ laua in natatoria syloe: qđ interpretat̃
B missus. Abijt ergo ⁊ lauit: ⁊ venit
vidēs. Itaqꝫ vicini ⁊ qui viderant
eū prius/ qꝛ mēdicus erat dicebāt. Nōne
hic est qui sedebat/ ⁊ mendicabat?
Alij dicebāt qꝛ hic est: alij aūt nequaq̃
sed similis est eius. Ille vero dicebat
qꝛ ego sum. Dicebāt ergo ei. Quō aperti
sunt tibi oculi? Respōdit: ille homo
qui dicit̃ iesus lutū fecit ⁊ vnxit oclos
meos ⁊ dixit mihi. Vade ad natatoriā
syloe ⁊ laua. Et abij ⁊ laui ⁊ video. Dixerūt
C ei. Vbi est ille? Ait. Nescio. Adducunt
eū ad phariseos: qui cecus fuerat.
Erat autē sabbatū quādo lutū fecit
iesus: ⁊ aperuit oculos ei⁹. Iterum
ergo interrogabāt eū pharisei: quomodo
vidisset. Ille autē dixit eis. Lutum
posuit michi sup oclos: ⁊ laui/ ⁊ video
Dicebāt ergo ex phariseis quidā. Nō
est hic homo a deo: qui sabbatū nō custodit.
Alij aūt dicebāt. Quomodo potest
homo pctōr: hec signa facere? Et
D scisma erat inter eos. Dicūt ergo ceco
iterū. Tu quid dicis de eo: qui aperuit
oclos tuos? Ille autē dixit/ qꝛ ppheta
est. Nō crediderūt ergo iudei de eo/ qꝛ
cecus fuisset ⁊ vidisset: donec vocauerūt
parētes ei⁹ qui viderat: ⁊ interrogauerūt
eos dicētes. Hic est fili⁹ vester
E quē vos dicitis/ qꝛ cec⁹ nat⁹ est? Quomodo
ergo nūc videt? Respōderūt ei
parētes ei⁹/ ⁊ dixerūt. Scimus/ qꝛ hic
est filius noster: ⁊ qꝛ cecus natus est.
Quomodo autē nūc videat/ nescim⁹:
aut quis eius aperuit oculos/ nos nescimus.
Ipsum interrogate. Etatem
habet. Ipse de se loquatur. Hec dixerūt
parētes eius: qm̃ timebāt iudeos.
Iā enim cōspirauerāt iudei: vt si quis
eū cōfiteretur esse xp̄m: extra synagogā
fieret. Propterea parētes ei⁹ dixerūt
qꝛ etatē habet/ ipsum interrogate.
Vocauerunt ergo rursum hoīem qui
fuerat cecus: ⁊ dixerunt ei. Da gloriā
deo. Nos scim⁹: qꝛ hic homo peccator
est. Dixit ergo eis ille. Si peccator est
nescio: vnū scio: qꝛ cecus cū essem/ modo
video. Dixerūt ergo illi. Quid fecit
tibi: aut quomodo aperuit tibi oculos?
Respōdit eis. Dixi vobis iā: ⁊ audistis.
Quid iterū vultis audire? Nūquid
⁊ vos vultis discipuli eius fieri?
F Maledixerūt ergo ei: ⁊ dixerūt. Tu discipulus
illius sis: nos autē moysi discipuli
sum⁹. Nos scim⁹/ qꝛ moysi locutus
est de⁹/ hūc autē nescimus vnde
sit. Respōdit ille homo ⁊ dixit eis. In
hoc eni mirabile est/ qꝛ vos nescitis vnde
sit: ⁊ aperuit oclos meos. Scimus
aūt/ qꝛ pctōres de⁹ nō audit. Sed si q̃s
dei cultor est/ ⁊ volūtatē ei⁹ facit: hunc
exaudit. A seculo nō est auditū: qꝛ aperuit
quis oculos cecati nati. Nisi esset
hic a deo: nō poterat facere quicq̃. Respōderūt
⁊ dixerūt ei. In peccatis natus
es tot⁹: ⁊ tu doces nos Et eiecerūt
eū foras. Audiuit iesus qꝛ eiecerūt eū
foras: ⁊ cū inuenisset eū/ dixit ei. Tu
G credis in filiū dei? Respōdit ille/ ⁊ dixit.
Quis est dñe/ vt credā in eū? Et
dixit ei iesus. Et vidisti eū: ⁊ qui loquitur
tecū/ ipse est. At ille ait. Credo dñe
Et pcidēs/ adorauit eū. Offer. Benedicite ps.65
gētes dñm deū nostrū: ⁊ obaudite vocē
laudis ei⁹ qui posuit animā meā ad vitā
⁊ nō dedit cōmoueri pedes meos: bñdictus
dñs/ qui nō amouit deprecationē meā ⁊ misericordiā
suā a me. ℣. Iubilate deo omnis Ibid
terra: psalmum dicite nomini eius date gloriam
laudis eius.

Secreta.

Supplices te rogamus omnipotēs
deus: vt his sacrificijs peccata no-

ſtra mādētur: q̄ tātē verā nobis tribuis: et mentis et corpoꝛis ſanitatē. Per do. Pꝛefa. Qui corpo. ieiu. Cōio Joh. 9. C Lutū fecit ex ſputo dñs/ ⁊ liniuit oclos meos: ⁊ abij ⁊ laui: ⁊ vidi/ ⁊ credidi deo. Poſtcōio

Sacramēta ꝙ ſumpſimꝰ dñe deꝰ noſter: ⁊ ſpiritalibꝰ nos repleāt alimētis: ⁊ corpoꝛalibꝰ tueātur auxilijs. Per dñm noſtrū. Super populum. Humiliate capita veſtra deo. Oꝛatio.

Pateant aures mīe tue dñe precibus ſupplicantiū: ⁊ vt petētibus deſiderata concedas: fac eos que tibi placita ſunt poſtulare. Per dominū.

¶ Feria. v. poſt Letare. Officium

pſal. 104. Letetur coꝛ querentiū dñm: querite dñm: ⁊ cōfirmamini querite faciem eius ſemper. ps. Cōfitemini dño ⁊ inuocate Ibid nomē eius: annūciate inter gētes opera eius. Flectamꝰ genua Leuate. Oꝛatio

Preſta q̄s oīs deus: vt quos ieiunia votiua caſtigāt/ ipſa quoqꝫ deuotio ſancta letificet: vt terrenis affectibꝰ mitigatis: facilꝰ celeſtia capiamꝰ Per dominum. Lectio libri Regum.

4 ca. 4. C IN diebus illis. Uenit mulier ſunamitis ad helyſeū pphetā: in mōtem carmeli. Cūqꝫ vidiſſet eā vir dei econtra: ait ad giezi puerū ſuū. Ecce ſunamitis illa. Uade ergo in occurſū eius: ⁊ dic ei. Recte ne agit̄ circa te: et circa virū tuū/ ⁊ circa filiū tuū? Que reſpōdit. Recte. Cūqꝫ veniſſet ad virū dei in montē: appꝛehēdit pedes eiꝰ. Et acceſſit giezi vt amoueret eam. Et ait homo dei. Dimitte eā: aīa eni eius in amaritudine eſt: ⁊ dñs celauit a me ⁊ non indicauit michi. Que dixit illi. Nūquid petiui filiū a dño meo? Nūquid nō dixi tibi: ne illudas me? Et ille ait giezi. Accinge lūbos tuos: ⁊ tolle baculū meū in manu tua: ⁊ vade. Si occurrerit tibi homo: non ſalutes eū. Et ſi ſalutauerit te quiſpiā: nō reſpōdeas illi: ⁊ ponas baculū meū ſup faciē pueri. Porro mater pueri ait. Uiuit dñs: ⁊ viuit aīa tua: nō dimittā te. Surrexit ergo: ⁊ ſecutus eſt eā. Giezi autē pceſſerat ante eos: ⁊ poſuerat baculū ſuper faciem pueri: ⁊ non erat vox neqꝫ ſenſus. Reuerſuſqꝫ eſt giezi in occurſum eius: ⁊ nūciauit ei dicēs. Nō ſurrexit puer. F Ingreſſꝰ eſt ergo heliſeꝰ domū: ⁊ ecce puer mortuꝰ iacebat i lectulo eiꝰ. Ingreſſuſqꝫ clauſit oſtiū ſup ſe/ ⁊ ſup puerū: ⁊ oꝛauit ad dñm. Et aſcēdit: ⁊ icubuit ſup puerū: poſuitqꝫ os ſuū ſup os eiꝰ: ⁊ oclos ſuos: ſuper oculos eiꝰ: ⁊ manꝰ ſuas: ſup manꝰ eiꝰ: ⁊ incuruauit ſe ſup eū: ⁊ calefacta eſt caro pueri. At ille reuerſus deābulabat i domo ſemel/ huc atqꝫ illuc. Et aſcēdit ⁊ incubuit ſup puerū: ⁊ oſcitauit puer ſepties/ aperuitqꝫ oclos ſuos At ille vocauit giezi: et dixit ei. Uoca ſunamitē hāc. Que vocata igreſſa eſt ad eū. Cui ait. Tolle filiū tuū. Uenit illa: ⁊ corruit ad pedes eiꝰ/ et adoꝛauit ſup terrā. Tulitqꝫ filiū ſuū: ⁊ egreſſa eſt. Heliſeus vero: reuerſus eſt in galgala. ¶ ℟. Reſpice dñe in teſtamētū tuū ps. 73 ⁊ animas pauperū tuoꝝ ne obliuiſcaris in finē. ℣. Exurge dñe ⁊ iudica cauſam tuā: Ibid memoꝛ eſto oppꝛobrij ſeruoꝝum tuoꝝum.



Euangeliū Sēdꝫ Johānē.

Cap. 5. C IN illo tpe Dicit ieſus turbis iudeoꝝ. Pater meus vſqꝫ modo operat̄: ⁊ ego operoꝛ. Propter-

ea ergo magis querebāt eū iudei inter-
ficere/ qꝛ nō solū soluebat sabbatū: sed
⁊ patrē suū dicebat deū/ equalē se fa-
ciēs deo. Respōdit itaqꝫ iesus/ et dixit
D. eis. Amen amen dico vobis: nō potest
filius a se facere quicq̄: nisi quod vide-
rit patrē faciētē. Quecunqꝫ enim il-
le fecerit/ hec et filius similiter facit.
Pater enī diligit filiū/ ⁊ omnia demō-
strat ei que ipse facit: ⁊ maioꝛa his de-
mōstrabit ei opera: vt ⁊ vos miremini
Sicut enim pater suscitat moꝛtuos/ ⁊
viuificat sic ⁊ filius quos vult viuifi-
cat. Neqꝫ enim pater iudicat quemq̄:
sed omne iudicium dedit filio: vt om-
nes honoꝛificent filium/ sicut honoꝛi-
ficant patrem. Qui non honoꝛificat
filium: nō honoꝛificat patrē/ qui misit
illū. Amē amen dico vobis: qꝛ qui ver-
bū meū audit/ ⁊ credit ei qui misit me:
habet vitā eternā. Et in iudiciū nō ve-
E nit: sed trāsiet a moꝛte in vitā. Amen
amen dico vobis: qꝛ venit hoꝛa ⁊ nunc
est: quādo moꝛtui audiēt vocē filij dei
⁊ qui audierint viuēt. Sicut enim pa-
ter habet vitā in semetipso: sic dedit ⁊
filio vitā habere in semetipso. Et po-
testatē dedit ei iudiciū facere: qꝛ filius
hominis est. Nolite mirari hoc: qꝛ ve-
nit hoꝛa/ in qua oēs qui in monumētis
sunt: audiēt vocē filij dei. Et ꝓcedent
qui bona fecerūt/ in resurrectionē vi-
te. Qui vero mala egerūt: in resurre-
ps. 39 ctionē iudicij. Offm. Dn̄e ad adiuuādū
me festina: confundātur omnes aduersarij
Ibidē mei/ qui cogitāt michi mala. ℣. Expectans
expectaui dominum: ⁊ respexit me de lacu
miserie/ ⁊ de luto fecis. Secreta.

PUrifica nos misericoꝛs deus: vt
ecclesie tue p̄ces que tibi grate
sunt/ pia munera deferentes: fiāt ex-
piatis mentibus gratioꝛes. Per domi-
num. Prefatio. Qui coꝛpoꝛali ieiuni.
ps. 70 Cōio. Domine/ memoꝛaboꝛ iustitie tue
solius: deus docuisti me a iuuentute mea:
et vsqꝫ in senectam et senium/ deus ne de-
relinquas me. Postcōmunio.

CElestia dona capiētibus q̄s dn̄e/
non ad iudiciū ꝑuenire patiaris:
que tuis fidelibus/ ad remediū ꝓuidi-
sti. Per dominū. Super populū. Hu-
miliate capita vestra deo. Oratio.

POpuli tui deꝰ institutoꝛ ⁊ rectoꝛ
peccata quibus impugnatur ex-
pelle: vt semper tibi placitꝰ/ ⁊ tuo mu-
nimine sit securus. Per dn̄m. ¶ Fer.
vj. post Letare. Ad missam. Officium

Meditatio coꝛ- ps. 18
dis mei in conspectu
tuo semp: dn̄e adiu-
toꝛ meus ⁊ redēptoꝛ
meus. ps. Celi enar- Ibidē
rāt gloꝛiā dei: et opera
manuum eius annunciat firmamentum.
Flectamus genua Leuate. Oratio.

DEus qui ineffabilius mundum
renouas sacramentis: p̄sta que-
sumus: vt ecclesia tua eternis pꝛofici-
at institutis: et tempoꝛalibus non de-
stituatur auxilijs. Per dominū nostꝝ.

¶ Lectio libꝛi Regum.

IN diebus illis. Egrotauit filius 3. ca.
mulieris matrisfamilias: et erat 17 D
languoꝛ foꝛtissimus: ita vt non rema-
neret ī eo alitus. Dixit ergo ad helyā.
Quid michi ⁊ tibi vir dei? Ingressus
es ad me: vt rememoꝛarētur iniquita-
tes mee: ⁊ interficeres filiū meū? Et
ait ad eā helyas. Da michi filiū tuum
Tulitqꝫ eum de sinu illius: ⁊ poꝛtauit
eū in cenaculū vbi ipse manebat: ⁊ po-
suit eū super lectū suū/ et clamauit ad
dominū et dixit. Dn̄e deus meus: etiā-
ne viduā apud quā ego vtcūqꝫ susten-
toꝛ afflixisti/ vt interficeres filiū eius
Et expandit se/ atqꝫ mensus est super
puerū tribus vicibus: clamauitqꝫ ad
dn̄m/ ⁊ ait. Domine deus meus: reuer-
tatur oꝛo anima pueri huius/ in visce-
ra eius. Exaudiuit autem dn̄s vocem
helye ⁊ reuersa est anima pueri intra

eũ/⁊ reuixit. Tulitqȝ helyas puerum
⁊ depoſuit eũ de cenaculo/in inferiorẽ
domũ:⁊ tradidit illũ matri ſue/⁊ ait illi.
En/viuit filius tuus. Dixitqȝ mulier
ad helyã. Nũc in iſto cognoui/qm̃
vir dei es tu: ⁊ verbũ dñi in ore tuo verũ
psal. eſt. Gr. Bonum eſt confidere in domino/
117. ꝙ confidere in homine. ℣. Bonum
Ibis eſt ſperare in domino/ ꝙ ſperare in principibus.
Tractus. Domine non ſecundum.
vrs. feria.iiij. quattuor temporũ
fo.xxxij.

¶ Scdm̃ Johannem.



Cap 11 A In illo tempore Erat quidam languẽs lazarus a bethãia: de caſtello marie/ et ⁊ marthe ſororꝭ eiꝰ. Maria autẽ erat que vnxit dñm vnguento: et extersit pedes eius capillis
ſuis:cuius frater lazarus infirmabatur.
Miſerũt ergo ſorores eius ad eũ:
dicẽtes. Dñe:ecce quẽ amas/infirmatur.
Audiens autẽ ieſus:dixit eis. Infirmitas
hec/non eſt ad mortẽ:ſed pro
gloria dei: vt glorificetur filius dei per
eã. Diligebat autẽ ieſus marthã/⁊ ſororem
eius mariam ⁊ lazarũ. Vt ergo
audiuit quia infirmabatur: tunc quidem
manſit in eodem loco duobus diebus.
Deinde poſt hec: dixit diſcipulis
ſuis. Eamus in iudeã iterum. Dicũt
ei diſcipuli. Rabbi: nunc querebãt te
iudei lapidare:⁊ iterũ vadis illuc? Reſpondit
ieſus. Nonne duodecim ſunt
B hore diei? Si quis ambulauerit in die
non offendit : quia lucem huius mũdi
videt. Si autez ambulauerit in nocte
offendit:quia lux nõ eſt in eo. Hec ait:
⁊ poſt hec dicit eis. Lazarꝰ amicus noſter
dormit: ſed vado vt a ſomno excitem
eũ. Dixerunt ergo diſcipuli eius.
Dñe:ſi dormit/ ſaluus erit. Dixerat
autẽ ieſus de morte eius: illi autẽ putauerũt/
quia de dormitione ſomni diceret.
Tunc ergo dixit eis ieſus manifeſte.
Lazarus mortuꝰ eſt:⁊ gaudeo ꝓpter
vos/vt credatis: qm̃ non erã ibi:
ſed eamus ad eũ. Dixit ergo thomas/
qui dicitur didimus/ ad cõdiſcipulos.
C Eamus ⁊ nos:⁊ moriamur cũ eo. Venit
itaqȝ ieſus: et inuenit eũ quattuor
dies iam in monumẽto habẽtẽ. Erat
autem bethania iuxta hieroſolymam
quaſi ſtadijs quindecim. Multi autez
ex iudeis: venerãt ad marthã ⁊ mariã
vt cõſolarẽtur eas de fratre ſuo. Martha
ergo vt audiuit qꝛ ieſus venit:occurrit
illi. Maria autẽ domi ſedebat.
Dicit ergo martha ad ieſum. Domine:
ſi fuiſſes hic/ frater meus nõ fuiſſet
mortuus. Sed ⁊ nunc ſcio:qꝛ quecũqȝ
popoſceris a deo:dabit tibi deus.
Dicit illi ieſus. Reſurget frater tuus
Dicit ei martha. Scio:qꝛ reſurget in
reſurrectione in nouiſſimo die. Dicit
ei ieſus. Ego ſum reſurrectio et vita.
Qui credit in me etiã ſi mortuꝰ fuerit
viuet. Et om̃is qui viuit/⁊ credit ĩ me
nõ morietur in eternum. Credis hoc?
D Ait illi. Vtiqȝ dñe. Ego credidi: qꝛ tu
es xp̃s filius dei viui:qui in hũc mũdũ
veniſti. Et cũ hec dixiſſet:abijt ⁊ vocauit
mariã ſororẽ ſuam ſilẽtio/ dicens.
Magiſter adeſt/⁊ vocat te. Illa vt audiuit:
ſurrexit cito/⁊ venit ad eũ. Nõdũ
enim venerat ieſus in caſtellũ: ſed
erat adhuc in illo loco vbi occurrerat
ei martha. Iudei ergo qui erant cũ ea
in domo ⁊ cõſolabãtur eã:cũ vidiſſent
mariã quia cito ſurrexit:⁊ exijt:ſecuti
ſunt eã dicẽtes:qꝛ vadit ad monumentũ/
vt ploret ibi. Maria ergo cũ veniſſet
vbi erat ieſus:vidẽs eũ:cecidit ad

pedes eius: et dixit ei. Dñe: ſi fuiſſes
E hic: nō eſſet mortuus frater meus. Jeſus
ergo vt vidit eā plorātē: et iudeos
qui venerāt cū ea plorātes: infremuit
ſpiritu: ⁊ turbauit ſemetipſuꝫ: ⁊ dixit
Ubi poſuiſtis eū? Dicūt ei. Domine:
veni/ ⁊ vide. Et lachrymatus eſt ieſus
Dixerūt ergo iudei. Ecce quomodo amabat
eū. Quidā aūt ex ipſis dixerūt
Nō poterat hic qui aperuit oculos ceci
nati: facere vt ⁊ hic nō moreretᷣ? Jeſus
ergo rurſum fremēs in ſemetipſo
venit ad monumētū. Erat autē ſpelūca:
⁊ lapis ſuppoſitus erat ei. Ait ieſus
Tollite lapidē. Dicit ei martha ſoror
eius qui mortuus fuerat. Dñe iam fetet/
quatriduanus eniꝫ eſt. Dicit ei ieſus.
Nonne dixi tibi: qm̄ ſi credideris:
videbis gloriā dei? Tulerūt ergo lapidē.
Jeſus aūt eleuatis ſurſum oculis
in celū: dixit. Pater/ gratias ago tibi:
qm̄ audiſti me. Ego aūt ſciebā/ qꝛ ſemper
me audis: ſed propter populū qui
circūſtat dixi vt credāt: qꝛ tu me miſiſti.
Hec cū dixiſſet: voce magna clamauit.
F Lazare: veni foras. Et ſtatim prodijt
qui fuerat mortuus: ligat⁹ pedes
⁊ manus inſtitis: ⁊ facies illius ſudario
erat ligata. Dicit eis ieſus. Soluite
eū: ⁊ ſinite abire. Multi ergo ex iudeis:
qui venerāt ad mariā et marthā
⁊ viderāt que fecit ieſus: crediderunt
Ps.17 in eū. Offer. Populū humilē ſaluū facies
dñe: ⁊ oculos ſuperboꝝ humiliabis: qm̄
Ibid quis de⁹ preter te dñe. ℣. Clamor me⁹ ī cōſpectu ei⁹: introiuit in aures ei⁹. Secreta

MUnera nos dñe hꝭ oblata purificēt: ⁊ te nobis faciāt iugiter eſſe placatū. P dn̄. Prefa. Qui corpo. ieiu.
Joh. 11. E Cōio. Uidens dñs flentes ſorores lazari ad monumentū: lachrymatus eſt corā iudeis: ⁊ clamabat: lazare veni foras/ ⁊ prodijt ligatis manibus ⁊ pedibus/ qui fuerat quatriduanus mortuus. Poſtcōio.

HEc nos queſumus domine participatio ſacramenti: et a proprijs reatibus indeſinenter expediat: et ab omnibus tueatur aduerſis. Per dominū noſtrū. Super populum. Humiliate capita veſtra deo. Oratio.

DA queſumus oīps deus: vt qui infirmitatis noſtre conſcij/ de tua pietate confidimus: ſub tua protectione ſemper gaudeamus. Per dominū.

¶ Sabbato poſt Letare.
Ad miſſam. Officium.

SItiētes venite Eſa. 55.
ad aquas dicit
dñs: ⁊ qui non habetis
preciū: venite ⁊ bibite
cū leticia. Ps. Attēdite Ps77.
popule me⁹ legeꝫ
meā: ⁊ inclinate aurē veſtrā/ in verba oris
mei. Flectamus genua. Leua. Oratio.

FIat hꝭ dñe ꝑ gratiā tuā fructuoſus noſtre deuotionis affect⁹: qꝛ tūc nobis proderūt ſuſcepta ieiunia ſi tue ſint placita pietati. Per dominū.

¶ Lectio yſaie prophete.

HEc dicit dñs deus. In tēpore placito Cap 49.C
exaudiui te: ⁊ in die ſalutis/
auxiliatus ſuꝫ tui. Et ſeruaui te: ⁊ dedi
te in fedus populi: vt ſuſcitares terrā:
⁊ poſſideres hereditates diſſipatas
vt diceres his qui vincti ſunt/ exite: et
his qui ī tenebris reuelamini. Super
vias paſcētur: ⁊ in oīnibus planis/ paſcue
eoꝝ. Nō eſurient neqꝫ ſitiēt: ⁊ non
percutiet eos eſtus ⁊ ſol: qꝛ miſerator
eorū reget eos: ⁊ ad fontes aquarū potabit
eos. Et ponā oēs mōtes meos in
viā: ⁊ ſemite mee exaltabuntur. Ecce D
iſti de lōge venient: ⁊ ecce illi ab aquilone:
⁊ mari: ⁊ iſti de terra auſtrali. Laudate
celi ⁊ exultet terra/ iubilate montes
laudem: quia conſolatus eſt dominus
populū ſuū: ⁊ pauperū ſuoꝝ miſerebitur.
Et dixit ſyon. Dereliquit me
dominus: ⁊ dominus oblitus eſt mei.
Nūquid obliuiſci poteſt mulier infantem
ſuum: vt nō miſereatur filio vte-

ri ſui? Et ſi illa oblita fuerit: ego tamen
nō obliuiſcar tui: dicit dominus
p̄s. 9 omnipotens. Grad. Tibi domine derelictus
eſt pauper: pupillo tu eris adiutoꝛ.
Ibid ℣. Ut quid dñe receſſiſti longe: deſpicis in
opoꝛtunitatibus in tribulatione: dū ſuperbit
impius/ incenditur pauper.

¶ Euangeliū Secundū Johannem.



Cap 8.B IN illo tempore. Dixit ieſus turbis iudeorum. Ego ſum lux mūdi Qui ſequitur me/ nō ambulat in tenebris: ſ; habebit
lumen vite. Dixerūt ergo ei phariſei.
Tu de teipſo teſtimoniū perhibes: teſtimoniū
tuū non eſt verum. Reſpondit
ieſus: ⁊ dicit eis. Et ſi ego teſtimoniū
perhibeo de meipſo: verū eſt teſtimoniū
meū: quia ſcio vnde veni: ⁊ quo
vado. Uos aute; neſcitis vnde venio/
aut quo vado. Uos ſecundū carnē iudicatis:
ego nō iudico quicq̄. Et ſi iudico
ego/ iudiciū meum verū eſt: quia ſolus
nō ſum: ſed ego/ ⁊ qui miſit me pater.
Et in lege veſtra ſcriptū eſt: quia
C duorū hominū teſtimoniū verum eſt.
Ego ſum qui teſtimoniū perhibeo de
meipſo: et teſtimoniū perhibet de me/
qui miſit me pater. Dicebant ergo ei.
Ubi eſt pater tuus? Reſpondit ieſus
Neq; me ſcitis: neq; patrem meum.
Si me ſciretis: foꝛſitan ⁊ patrem meum
ſciretis. Hec verba locutus eſt ieſus
in gazophilatio/ docens in templo
Et nemo apprehendit eum: quia nondū
p̄.17 venerat hoꝛa eius. Offe. Factꝰ eſt
dñs firmamentū meū: ⁊ refugiū meū/ ⁊ liberatoꝛ
meus/ ſperabo in eū. ℣. Perſequar Ibid
inimicos meos: ⁊ cōpꝛehendam illos ⁊ non
conuertar donec deficiant. Secreta.

OBlationibus queſumus domine
placare ſuſceptis: ⁊ ad te noſtras
etiam rebelles compelle pꝛopicius voluntates.
Per dominum noſtrū. Prefatio.
Qui coꝛpoꝛali ieiu. Cōio. Dñs p̄.22.
regit me ⁊ nichil michi deerit: in loco paſcue
ibi me collocauit: ſuper aquam refectionis
educauit me. Poſtcōmunio.

TUa nos q̄s dñe que ſumpſimus
ſancta purificent: ⁊ operationis
ſue remedio/ te nobis faciant eſſe placatū.
Per dñm. Super populū. Humiliate
capita veſtra deo. Oratio.

DEus qui ſperantibus in te miſereri
potius eligis/ ꝙ iraſci: da nobis
digne flere mala que fecimus: vt
tue conſolationis gratiā inuenire valeamus.
Per dominum noſtrum.

¶ Dominica in paſſione domini.
Ad miſſam. Officium.

IUdica me deus/ ⁊ diſcerne cauſa; p̄.4[illegible]
meam: de gente non
ſancta ab homīe iniquo/ et doloſo eripe
me: quia tu es deus
meus/ ⁊ foꝛtitudo mea. p̄s. Emitte lucem Ibid
tuam ⁊ veritatem tuam: ipſa me deduxerunt
et adduxerunt in montem ſanctum
tuum/ et in tabernacula tua. Ab hac die
vſq; ad paſcha/ non dicitur. Gloꝛia patri.
poſt officium ad miſſam de tempoꝛali:
niſi tantum in die cene quādo epiſcopus
celebꝛat. Oratio.

QUeſumus omnipotens deus: familiam
tuam pꝛopicius reſpice/
vt te largiente regatur in coꝛpoꝛe: ⁊ te
ſeruante cuſtodiatur in mēte. Per dominum
noſtrum. Ad hebꝛeos.

FRatres. Chꝛiſtus aſſiſtens pōtifex Cap
futuroꝝ bonoꝝ perāpliꝰ ⁊ perfectius/ 9.D
tabernaculū non manufactū:

ideſt nō hui⁹ creationis: neqȝ per ſanguinē hyꝛcoꝝ/aut vituloꝝ: ſed per ꝓpꝛiū ſanguinē introiuit ſemel in ſancta eterna redēptione inuēta. G Si enim ſanguis hyꝛcoꝝ/ aut tauroꝝ/ ⁊ cinis vitule aſperſus/ inquinatos ſanctificat ad emūdationē carnis: ꝙto magis ſanguis xp̄i/ qui per ſpiritū ſanctū ſemetipſuꝫ obtulit imaculatū deo/ emūdabit cōſciētiā noſtrā ab operib⁹ moꝛtuis/ ad ſeruiendū deo viuēti. Et ideo noui teſtamēti mediatoꝛ eſt: vt moꝛte intercedēte in redēptionē earū pꝛeuaricationū/ que erāt ſub pꝛioꝛi teſtamēto: repꝛomiſſionē accipiāt/ qui vocati ſunt eterne hereditatis. In chꝛiſto ieſu: domino noſtro.

psal. 139. **Grad.** Eripe me de inimicis meis: doce me facere voluntatem tuam. Ibid. ℣. Liberatoꝛ meus dñe de gētibus iracundis ab inſurgentibus in me exaltabis me: a viro iniquo eripies me. **Tract⁹**

psal. 128. et oīa infra. Sepe expugnauerunt me a iuuentute mea. ℣. Dicat nūc iſrael: ſepe expugnauerūt me a iuuētute mea. ℣. Etenī nō potuerūt michi: ſupꝛa doꝛſū meū fabꝛicauerūt pctōꝛes. ℣. Pꝛolongauerūt iniquitatē ſibi: dñs iuſtus cōcidet ceruices peccatoꝛū.

¶ Euāgeliū Secūdū Johannem.



Cap. 8. F In illo tēpore. Dicebat ieſ⁹ turbis iudeoꝛum ⁊ pꝛincipibus ſacerdotum. Quis ex vobis arguet me de peccato? Si veritatē dico: quare non creditis michi? Qui ex deo eſt: ꝟba dei audit. Propterea vos nō auditis: qꝛ ex deo nō eſtis. Reſponderūt igitur iudei: ⁊ dixerunt ei. Nōne bene dicimus nos: qꝛ ſamaritanus es tu: ⁊ demoniū habes. Reſpōdit ieſus. Ego demonium nō habeo: ſed honoꝛifico patrē meū/ ⁊ vos īhonoꝛaſtis me. Ego autē nō quero gloꝛiā meam: eſt qui querat ⁊ iudicet. Amē amē dico vobis: ſi quis ſermonē meū ſeruauerit: moꝛtē nō videbit in eternū. G Dixerūt ergo iudei. Nunc cognouimus/ quia demoniū habes. Abꝛaham moꝛtuus eſt ⁊ pꝛophete: et tu dicis/ ſi quis ſermonē meū ſeruauerit: moꝛtē nō guſtabit in eternū. Nūquid tu maioꝛ es patre noſtro abꝛahā/ qui moꝛtuus eſt? Et pꝛophete moꝛtui ſunt. Quē teipſum facis? Reſpondit ieſus. Si ego gloꝛifico meipſum: gl̄ia mea nichil eſt. Eſt pater meus qui gloꝛificat me: quē vos dicitis/ qꝛ deus veſter eſt: ⁊ nō cognouiſtis eū. Ego autē noui eū. Et ſi dixero qꝛ neſcio euꝫ: ero ſimilis vobis mēdax. Sed ſcio eū: ⁊ ſermonē ei⁹ ſeruo. Abꝛahā pater veſter exultauit vt videret diē meū: vidit/ ⁊ gauiſus eſt. Dixerūt ergo iudei ad eū. Quinquaginta annos nōdū habes: ⁊ abꝛahā vidiſti? Dixit eis ieſus. Amē amē dico vobis: anteꝙ̄ abꝛahā fieret ego ſum. Tulerūt ergo lapides: vt iacerēt in eum. Jeſus autē abſcōdit ſe: ⁊ exiuit de templo.

psal. 118. **Offert.** Confiteboꝛ tibi dñe in toto coꝛde meo: retribue ſeruo tuo vt viuā: ⁊ cuſtodiā ſermones tuos: viuifica me ſecundū verbum tuum domine.

Secreta.

Hoſtias fidelium tuoꝝ omnipotens deus ꝓpicius intuere: ⁊ cōcede/ ne cathena ſeculi captiuos teneat quos paſſione filii tui: in omnibus liberos eſſe voluiſti. Qui tecū viuit.

Pꝛefatio quotidiana. Hac die dum ſacerdos ſe cōicat: cantetur hec **Cōio.** Luce 22 B Hoc opus quod pꝛo vobis tradetur: hic calix noui teſtamēti eſt in meo ſanguīe dicit dñs: hoc facite quotienſcūqꝫ ſumitis in meam commemoꝛationem.

Poſtcōio.

Adeſto nobis queſumus domine deus noſter: et quos tuis myſteriis recreaſti: perpetuis defende preſidiis. Per dñm nr̄m. ¶ Feria ſecunda poſt Judica. Ad miſſam. Officium.

ps.55 Miſerere michi
dñe: quoniā conculcauit
me homo:
tota die bellans tribulauit
Ibid me. ps. Conculcauerunt
me inimici
mei tota die: quoniam multi bellantes aduerſum
me. Non dicitur Gloria patri.
Flectamꝰ genua Leuate. Oratio.

Sanctifica queſumus dñe noſtra ieiunia: et cunctarū nobis propicius indulgētiā largire culparū. Per dñm noſtrum. Lectio Jone prophete.

In diebus illis. Factum eſt verbū
cap. dñi ad ionam prophetā ſecundo/
3. A dicens. Surge/⁊ vade i niniuem ciuitatē
magnam: ⁊ predica in ea predicationem/
quā ego loquar ad te. Et ſurrexit
ionas: et abiit in niniuem/iuxta
verbū dñi. Et niniue erat ciuitas magna:
itinere dierū triū. Et cepit ionas
introire ciuitatē/itinere diei vnius: et
clamauit/et dixit. Adhuc quadraginta
B dies: et niniue ſubuertetur. Et crediderunt
viri niniuite in dño: ⁊ predicauerūt
ieiunium: ⁊ veſtiti ſunt ſaccis/a
maiore vſqꝫ ad minorem. Et peruenit
C verbū ad regem niniue: et ſurrexit de
ſolio ſuo: ⁊ abiecit veſtimētū ſuū a ſe:
et indutus eſt ſacco/et ſedit in cinere:
et clamauit ⁊ dixit in niniue ex ore regis/
⁊ principū eiꝰ dicens. Homines/⁊
D iumenta/et boues/et pecora/ non guſtent
quicq̄ nec paſcantur et aquā nō
bibant: et operiantur ſaccis homines:
et iumenta clament ad dominū in fortitudine.
Et cōuertatur vir a via ſua
mala: et ab iniquitate que eſt in manibus
eorum. Quis ſcit ſi conuertatur
et ignoſcat deꝰ: et reuertatur a furore
ire ſue/⁊ non peribimus. Et vidit deꝰ
opera eorum: quia cōuerſi ſunt de via
ſua mala. Et miſertus eſt deus ſuper
maliciam quā locutus fuerat vt faceret
eis et non fecit. Et miſertus eſt populo
ſuo: dñs deus noſter. Gr. Deus ps.53
exaudi orationē meā: auribus percipe verba
oris mei. ꝟ. Deus in nomine tuo ſaluū Eod.
me fac: ⁊ in virtute tua libera me. Tractꝰ.
Dñe nō ſcdm pctā no. vtſ. fer. vj. iiij. tēporū.
fo. xxxij. Secundum Johānem.



In illo tp̄e Cap 7. E
Miſerūt principes et phariſei miniſtros: vt apprehenderent ieſum. Dixit ergo eis ieſus. adhuc modicum tēpus vobiſcum ſum: et vado ad eū qui
miſit me. Queretis me ⁊ non inuenietis:
et vbi ſum ego/vos nō poteſtis venire.
Dixerunt ergo iudei ad ſemetipſos.
Quo hic iturus eſt: quia nō inueniemus
eum? Nunquid in diſperſionem
gentium iturus eſt: et docturus
gentes? Quis eſt hic ſermo quē dixit:
queretis me/ et non inuenietis et vbi
ſum ego/vos non poteſtis venire? In
nouiſſimo autem die magno feſtiuitatis: F
ſtabat ieſus et clamabat dicens.
Si quis ſitit: veniat ad me et bibat.
Qui credit in me ſicut dicit ſcriptura
flumina de vētre eiꝰ fluent aque viue.
Hoc autē dixit de ſpū: quem accepturi
erant/credētes in eum. Offertorium.
Domine conuertere et eripe animam meā ps.6
ſaluum me fac propter miſericordiā tuam.
ꝟ. Dñe ne i ira tua arguas me: neqꝫ in furore Eod.
tuo corripias me. Secreta.

SAcrificium laudis de perceptione tuorum domine deferimꝰ preſidiorum: queſumus vt percipiẽda ſecurius veriuſqꝫ ſumamus. Per dñm. Prefatio. Qui corporali ieiuñ. Cõio.

ꝓ.23. Dñs virtutũ ipſe eſt rex glie. Poſtcõio.

SAcramenti tui queſumus domine participatio ſalutaris: et purificationem nobis prebeat: et medelam. Per dominũ. Super populum. Humiliate capita veſtra deo. Oratio.

DA queſumus domine populo tuo ſpiritum veritatis ⁊ pacis: vt te tota mente cognoſcat: et que tibi placita ſunt/pia deuotione exerceat. Per dñm. In vnitate eiuſdẽ ſpũs ſcti deꝰ.

¶ Feria.iij.poſt Judica. Officium.

ꝓ.26 EXpecta dñm viriliter age: et confortetur cor tuum/ et ſuſtine dominuꝫ. Eod. Ps. Dominus illuminatio mea: et ſalꝰ mea quem timebo. Non dicitur Gloria patri. Flectamus genua Leuate. Oratio.

NOſtra tibi queſumꝰ domine ſint accepta ieiunia: que nos et expiãdo gratia tua dignos efficiant ⁊ ad remedia perducant eterna. Per dñm.

¶ Lectio Danielis prophete.

IN diebus illis. Congregati ſunt babylonij ad regem: et dixerunt cap. 14 C ei. Trade nobis danielem: qui bel deſtruxit: et draconẽ interfecit: alioquin interficiemus te: et domum tuam. Uidit ergo rex quod irruerent in eum vehementer: et neceſſitate cõpulſus tradidit eis danielem. Qui miſerũt eum in lacum leonum: et erat ibi ſex diebꝰ. Porro in lacu erant leones ſeptem: et dabantur eis quotidie duo corpora/et due oues. Et tunc non data ſunt eis: vt deuorarent danielem. Erat autem abachuc propheta ĩ iudea/et ipſe coxerat pulmentum: et intriuerat panes in alueolo: et ibat in campum/vt ferret meſſoribus. Dixitqꝫ angelus domini ad abachuc. Fer prandium quod habes in babylonem danieli: qui eſt in lacu leonum. Et dixit abachuc. Domine babylonem non vidi: et lacum G neſcio. Et apprehendit eum angelus domini in vertice eius: et portauit eũ capillo capitis ſui: poſuitqꝫ eum in babylonem ſuper lacum/et impetu ſpiritus ſui. Et clamauit abachuc dicens. Daniel ſerue dei: tolle prãdium quod tibi miſit deus. Et ait daniel. Recordatus enim es mei domine deus meꝰ: et non dereliquiſti diligentes te. Surgenſqꝫ daniel: comedit. Porro angelus domini reſtituit abachuc cõfeſtim in loco ſuo. Uenit ergo rex die ſeptimo vt lugeret danielem. Et venit ad lacum: et introſpexit. Et ecce daniel ſedens in medio leonum. Et exclamauit rex voce magna dicens. Magnus es domine deus danielis. Et extraxit eum de lacu. Illos autem qui perditionis eius cauſa fuerant intromiſit in lacum: et deuorati ſunt in momẽto coram eo. Tunc rex ait. Paueant omnes habitantes in vniuerſa terra deũ danielis: quia ipſe eſt liberator et ſaluator: faciens ſigna et mirabilia/in celo et in terra. Qui liberauit danielem de lacu leonum. Grad. Diſcerne cauſam meam domine: ab homine iniquo et ꝓ.41 doloſo eripe me. ℣. Emitte lucem tuam Eod. et veritatem tuam ipſa me deduxerunt et adduxerunt in montem ſanctum tuum.

¶ Secundum Johannem.

IN illo tempore. Ambulabat Jeſus Cap. in galileam. Nõ enim volebat in 7. A iudeam ambulare: quia querebant eũ iudei interficere. Erat autem in proximo dies feſtus iudeorum ſcenophegia. Dixerunt ergo ad eum fratres eius. Tranſi hinc: et vade in iudeam: vt et diſcipuli tui videant opera tua que facis. Nemo quippe in occulto aliquid facit: et querit ipſe in palā eſſe. Si hec facis: manifeſta teipſum mūdo. Neqꝫ enim fratres eius credebant in eum. Dixit ergo eis ieſus. Tempus meum nondum aduenit: tempus autem veſtrum ſemper eſt paratum. Nō poteſt mundus odiſſe vos/ me autem odit: quia ego teſtimoniuꝫ perhibeo de illo: quia opera eius mala ſunt. Vos aſcēdite ad diem feſtum hunc: ego autem non aſcendam ad diem feſtum iſtum/ quia tempus meum nondum impletū eſt. Hec cum dixiſſet: ipſe mānſit in galilea. B, Ut autem aſcenderunt fratres eius: tunc et ipſe aſcendit ad diem feſtum nō manifeſte: ſed quaſi in occulto. Judei ergo querebant eum in die feſto/ et dicebāt Ubi eſt ille? Et murmur multus erat de eo in turba. Quidā enim dicebāt/ quia bonꝰ eſt. Alij autem dicebant non: ſed ſeducit turbas. Nemo tamen palam loquebatur de illo: propter metum iudeoꝝ. Offr.

p.21. Sperent in te omnes qui nouerunt nomē tuum domine: quoniā nō derelinquis querentes te: pſallite domino ꝗ habitat in ſyō: quoniam non eſt oblitus oꝛationem pauperum. ℣. Sedes ſuper thꝛonum qui iudicas equitatem: increpaſti gentes/ et perijt impius: iudicare populū cum iuſtitia: ⁊ factus es refugium pauperum. Secreta.

Hoſtias tibi domine deferimꝰ immolandas que tempoꝛalem conſolationem nobis impendant: vt pꝛomiſſa certius non deſperemus eterna Per dñm nr̄m. Pꝛefatio Qui coꝛpoꝛali ieiu. Cōio. p.24 Redime me deus iſrael: ex omnibus anguſtijs meis. Poſtcōio.

Da queſumus oīpotens deus: vt qui diuina ſunt iugiter exequētes: donis mereamur celeſtibus pꝛopinquare. Per dñm. Super populum Humiliate capita veſtra deo. Oratio

Da nobis domine queſumus perſeuerantem in tua voluntate famulatum: vt in diebus noſtris et merito et numero/ populus tibi ſeruiens augeatur. Per dñm. ¶ Feria quarta poſt Judica. Ad miſſam. Officium.

Liberatoꝛ meꝰ p.17 de gentibus iracundis: ab inſurgentibꝰ in me exaltabis me a viro iniquo eripies me dñe. Ps. Diligam Eod. te dñe foꝛtitudo mea: dñs firmamētū meū et refugiū meū. Nō dicitur Gloꝛia patri. Flectamus genua. Leuate. Oratio.

Sanctificato hoc ieiunio deꝰ tuoꝛū coꝛda fideliū miſeratoꝛ illuſtra: et quibꝰ deuotionis pꝛeſtas affectum: pꝛebe ſupplicantibus pium benignus auditū. Per do. Lectio libri Leuitici.

In diebus illis. Locutus eſt dominus ad moyſen dicens. cap. 19. C Loquere ad vniuerſum cetū filioꝛū iſrael: et dices ad eos. Ego dñs deus veſter. Non facietis furtum: non mentiemini: nec decipiet vnuſquiſqꝫ pꝛoximum ſuum. Non periurabis in nomine meo: nec pollues nomen dei tui. Ego dominus Non facies calumniam pꝛoximo tuo/ nec vi oppꝛimes eum. Nō moꝛabitur opus mercēnarij tui apud te vſqꝫ mane. Non maledices ſurdo: nec coꝛam ceco pones offendiculum: ſed timebis dñm deum tuum: quia ego ſum dñs. Non facies quod iniquum eſt: nec iniuſte iudicabis. Non conſideres perſonam pauperis: nec honoꝛes vultū potentis. Juſte iudica pꝛoximo tuo. Nō eris criminatoꝛ: nec ſuſurro in populis. Non ſtabis cōtra ſanguinē pꝛimi tui. Ego dominus. Non oderis fratrē tuum in coꝛde tuo: ſed publice argue eum ne habeas ſuper illo peccatum. Non queras vltionem inimicoꝛū: nec memoꝛ eris iniurie ciuium tuoꝛum. Diliges amicum tuum ſicut teipſum Ego dominꝰ. D Leges meas cuſtodite. Ego enim ſum dominus deus veſter.

p̄s.29 Gr. Exaltabo te dñe qm̄ ſuſcepiſti me nec
Eod. delectaſti inimicos meos ſuper me. ℣. Dñe
de⁹ clamaui ad te ⁊ ſanaſti me: dñe abſtraxiſti
ab inferis animam meam: ſaluaſti me
a deſcendentibus in lacum. Tractus.
De neceſſitatib⁹ meis, vt ſ feria.iiij.poſt
Reminiſcere.fo.xxxiij. Scd̄m iohañē

cap.10 E



IN illo tēpore. Facta ſunt encenia in hieroſolymis: et hyēs erat et ambulabat ieſus in tēplo/ i porticu ſalomonis.
Circundederunt ergo eum iudei: ⁊ dicebant ei. Quouſq; animā noſtrā tollis? Si tu es chriſtus: dic nobis palā.
Reſpondit eis ieſus. Loquor vobis: ⁊
nō creditis. Opera que ego facio i nomine
patris mei: hec teſtimoniū perhibent
de me. Sed vos nō creditis: quia
F nō eſtis ex ouib⁹ meis. Oues mee vocem
meā audiunt: ⁊ ego cognoſco eas/
et ſequūtur me. Et ego vitam eternā
do eis: ⁊ nō peribūt in eternū: ⁊ nō rapiet
eas quiſq̄ de manu mea. Pater
meus qđ dedit michi maius omnibus
eſt: et nemo poteſt rapere: de manu patris
mei. Ego et pater vnum ſumus.
Suſtulerunt ergo lapides iudei vt lapidarent
eum. Reſpondit eis Jeſus.
Multa bona opera oſtendi vobis ex
patre meo propter qđ eorum opus: me
lapidatis? Reſponderūt ei iudei. De
bono opere non lapidamus te: ſed de
blaſphemia: et quia tu homo cum ſis/
facis teipſum deum. Reſpondit eis ieſus.
G Nonne ſcriptum eſt in lege veſtra:
quia ego dixi dij eſtis? Si illos
dixit deos ad quos ſermo dei factus eſt: et non poteſt ſolui ſcriptura: quem pater ſanctificauit et miſit in mundum: vos dicitis quia blaſphemas/ quia dixi filius dei ſum. Si non facio opera patris mei: nolite credere michi. Si autem facio: et ſi michi non vultis credere: operibus credite. Ut cognoſcatis et credatis/ quia pater in me eſt: et ego in patre. Offertorium.

Eripe me de inimicis meis de⁹ meus et ab p̄s.58
inſurgentibus in me libera me domine. ℣.
Quia ecce captauerunt animam meam: Ibidē
irruerunt in me fortes. Secreta.

ANnue nobis queſumus miſericors deus: vt hoſtias placationis et laudis/ ſincero tibi deferamus obſequio. Per dn̄m nr̄m ieſum xp̄m. Prefatio. Qui corporali ieiunio. Cōio.

Lauabo inter innocentes manus meas: et p̄s.25
circumdabo altare tuum domine: vt audiā
vocem laudis tue: et enarrē vniuerſa mirabilia
tua. Poſtcommunio.

CEleſtis doni benedictione percepta ſupplices te deus omnipotens deprecamur: vt hoc idem nobis et ſacramenti cauſa ſit et ſalutis. Per dn̄m noſtrū ieſum. Super populum. Humiliate capita veſtra deo. Oratio.

ADueniat queſumus domine miſericordia ſperata ſupplicibus ⁊ eis celeſti munificentia tribuat: quatenus et recte petenda poſtulent ⁊ poſtulata percipiant. Per dominum noſtrum ieſum chriſtum filium tuum. Qui tecum viuit et regnat de⁹. Per.

¶ Feria.v.poſt Judica. Officium.

OMnia que fe- Dan.
ciſti nobis domine/ 3.E
in vero iudicio feciſti: quia peccauimus tibi et mādatis tuis nō obediuimus: ſed da gloria nomini tuo: et fac nobiſcum ſcd̄m multitudinem miſericordie tue.

pſal. 47. Pſ. Magnus dominus et laudabilis nimis: in ciuitate dei noſtri/ in monte ſancto eius. Non dicitur. Gloria patri. Flectamus genua. Leuate. Oratio.

Preſta queſumꝰ omnipotẽs deꝰ: vt dignitas conditionis humane per immoderantiam ſauciata: medicinalis parſimonie ſtudio reformetur. Per dñm. Lectio Danielis prophete.

cap. 3. D In diebus illis. Orauit daniel dicens. Domine deus iſrael ne deſpicias populum tuum: neqꝫ auferas miſericordiã tuam a nobis. Propter abraham dilectum tuũ: et yſaac ſeruũ tuum: et iſrael ſanctum tuũ: quibꝰ locutus es pollicẽs quod multiplicares ſemen eorum ſicut ſtellas celi: et ſicut arenam que eſt ĩ littore maris. Quia dñe imminuti ſumus pluſq̃ omnes gentes ſumuſqꝫ humiles in vniuerſa terra hodie ꝓpter peccata noſtra. Et non eſt in tẽpore hoc princeps et dux/ ⁊ propheta: neqꝫ olocauſtũ/ neqꝫ ſacrificiũ/ neqꝫ oblatio/ neqꝫ incenſum/ neqꝫ locus primitiarũ coram te: vt poſſimus inuenire miſericordiã tuã: ſed in animo contrito et ſpiritu humilitatis ſuſcipiamur. Sicut in olocauſto arietũ et taurorum: et ſicut in milibus agnorum pinguium: ſic fiat ſacrificium noſtrum in conſpectu tuo hodie/ vt placeat tibi: quoniã nõ eſt confuſio confidentibus in te. Et nũc dñe ſequimur te in toto corde: et timemus te: et querimus faciem tuã. Ne confundas nos ſed fac nobiſcum iuxta mãſuetudinẽ tuã: et ſcd̃m multitudinẽ miſericordie tue. Et erue nos in mirabilibus tuis: et da gloriam nomini tuo dñe/ et confundantur oẽs qui oſtendunt ſeruis tuis mala. Cõfundantur in omnipotentia ⁊ robur eorũ cõteratur. Et ſciãt quia tu es dñs deꝰ ſolus/ et glorioſus ſup omnẽ terrã: dñs deus noſter. Gr.

ꝑ. 95 Tollite hoſtias et introite ĩ atria eiꝰ: adorate dñm in aula ſancta eius. ꝑ. 28 ℣. Reuelabit dñs condenſa: et in templo eius oẽs dicent gloriam. ¶ Secundum Johannẽ.



Cap 7. F In illo tẽpe. Cum audiſſent q̇dã de turba ſermones ieſu: dicebant. Hic eſt vere ꝓpheta. Alii dicebant. Hic eſt chriſtꝰ. Quidam autẽ dicebant. Nũquid a galilea chriſtus venit? Nõne ſcriptura dicit: quia ex ſemine dauid: et de bethleẽ caſtello vbi erat dauid/ vẽturus eſt chriſtus? Diſſentio itaqꝫ facta eſt in turba/ propter eum. Quidam autẽ ex ipſis volebant apprehendere eũ: ſed nemo miſit ſuper illũ manus. G Venerunt ergo miniſtri ad pontifices ⁊ phariſeos: ⁊ dixerũt eis illi. Quare nõ adduxiſtis eũ? Reſponderunt miniſtri. Nunq̃ ſic locutꝰ eſt homo: ſicut hic loquitur. Reſponderũt ergo eis phariſei. Nũquid et vos ſeducti eſtis? Nunquid aliquis ex principibus credidit in eum: aut ex phariſeis? Sed turba hec que nõ nouit legem: maledicti ſunt. Dixit nicodemus ad eos/ ille qui venit ad eũ nocte: qui vnus erat ex ipſis. Nunquid lex noſtra iudicat hominez: niſi prius audierit ab ipſo: et cognouerit quid faciat? Reſponderunt et dixerunt ei. Nunquid et tu galileus es? Scrutare ſcripturas/ et vide: quia propheta a galilea non ſurgit. Et reuerſi ſunt vnuſquiſqꝫ in domum ſuam. Offertorium. Super flumina babylonis illic pſal. ſedimus et fleuimus: dum recordaremur 136. tui ſyon. ℣. Memento domine filiorum Eod. edom: in die hieruſalem. Secreta.

DOmine deus noſter: qui in his potius creaturis quas ad fragilitatis noſtre ſubſidium cōdidiſti/ tuo quoqȝ nomini munera iuſſiſti dicāda cōſtitui: tribue q̄s: vt ⁊ vite nobis preſentis auxiliū ⁊ eternitatis efficiāt ſacramētū. Per d. Prefatio. Qui corporali ieiu. Cōio. pſal. 118. Memēto verbi tui ſeruo tuo dn̄e ī quo michi ſpem dediſti: hec me cōſolata eſt in humilitate mea. Poſtcōio.

QUod ore ſumpſimus dn̄e pura mente capiam⁹: ⁊ de munere tēporali fiat nobis remedium ſempiternum. Per dominū. Super populum. Humiliate capita veſtra deo. Oratio.

ESto queſum⁹ dn̄e ꝓpicius plebi tue: vt que tibi nō placēt reſpuētes: tuorū potius repleantur delectationibus mandatorum. Per dn̄m no.

¶ Feria. vj. poſt Judica. Officium.

ps. 30 MIſerere michi dn̄e qm̄ tribulor libera me/ et eripe me de manib⁹ inimicorū meorū/ ⁊ a perſequentibus me dn̄e nō cōfundar: quoniā inuocaui te. Ps. Ibid In te dn̄e ſperaui nō cōfundar ineternū: in iuſticia tua libera me. Nō dr̄ Gloria pr̄i. Flectamus genua. Leuate. Oratio.

COrdibus noſtris queſumus dn̄e auxiliū gratie tue benign⁹ infunde: vt peccata noſtra caſtigatione voluntaria cohibentes/ tēporaliter poti⁹ maceremur: q̄ ſupplicijs deputemur eternis. p do. Lectō Hieremie ꝓphete.

Ca. 17. C IN diebus illis. Dixit hieremias. Dn̄e oēs qui te derelinquunt/ cōfundantur. Recedentes a te/ in terra ſcribentur: quoniā dereliquerunt venam aquarū viuentium dn̄m. Sana me domine/ ⁊ ſanabor: ſaluum me fac et ſaluus ero: quoniā laus mea tu es. Ecce ipſi dicunt ad me. Ubi eſt verbū domini? Ueniat. Et ego nō ſum turbatus te paſtorem ſequens: et diē hominis non deſideraui/ tu ſcis. Quod egreſſum eſt de labijs meis: rectum in conſpectu tuo fuit. Non ſis michi tu formidini: ſpes mea tu in die afflictionis. Cōfundantur qui me perſequuntur: ⁊ nō cōfundar ego. Paueant illi: et non paueam ego. Induc ſuper eos diem afflictionis: et duplici cōtritione contere eos: dn̄e deus noſter. Grad. ps. 34 Pacifice loquebātur michi inimici mei: et in ira moleſti erant michi. Ibid V. Uidiſti dn̄e de⁹ meus ne ſileas: ne diſcedas a me. Tract⁹ Dn̄e nō ſcd̄m pctā. vrā ſcr̄. vi. quattuor tēporū. fo. xxxii. Secundum Johānē.



ca. 11. f IN illo tēpore Collegerūt pontifices et phariſei concilium aduerſus ieſum: et dicebant. Quid facimus q2 hic homo multa ſigna facit? Si dimittim⁹ eū ſic: oēs credent in eum. Et venient romani: et tollent noſtrū locum ⁊ gentē. Unus autē ex ipſis cayphas nomine: cū eſſet pontifex anni illius: dixit eis. Uos neſcitis quicq̄ nec cogitatis: q2 expedit vobis vt vn⁹ moriatur homo pro populo: et non tota gens pereat. Hoc autē a ſemetipſo nō dixit: ſed cū eſſet pontifex anni illius prophetauit quia ieſus moriturus erat pro gente. Et nō tantū ꝓ gente: ſed vt filios dei qui erant diſperſi cōgregaret in vnū. Ab illo ergo die: cogitauerūt vt interficerent eū. Jeſus ergo iam nō in palā ambulabat apud iudeos: ſed abiit in regionē iuxta deſertum in ciuitatem

que dicitur effrem. Et ibi morabatur:
pſal. cum diſcipulis ſuis. Offer. Benedictus
118. es dñe doce me iuſtificationes tuas: et ne tradas calumniantibus me ſuperbis: et reſpondebo exprobrantibus michi verbum.
Ibid ℣. Vidi non ſeruantes pactum/ et tabeſcebam: domine quando facies de perſequentibus me iudicium. Secreta.

Preſta nobis miſericors deus: vt digne tuis ſeruire ſemper altaribus mereamur: et eorũ perpetua participatione ſaluari. Per do. Prefatio.
ps.26 Qui corporali ieiunio. Cõio. Ne tradideris me dñe in animas perſequentiũ me: quia inſurrexerunt in me teſtes iniqui/ et mentita eſt iniquitas ſibi. Poſtcõio.

Sumpti ſacrificij domine perpetua nos tuitio non derelinquat: et noxia ſemper a nobis cuncta repellat. Per dñm. Super populum. Humiliate capita veſtra deo. Oratio.

Concede nobis q̃s dñe veniã peccatorum/ et religionis augmentum: atq; vt in nobis tua dona multiplices: tuis fac mandatis promptiores. Per dñm noſtrũ ieſum chriſtum.

Sabbato poſt Iudica. Officium.

ps.30 Miſerere michi dñe qm̃ tribulor libera me: et eripe me de manib⁹ inimicorũ meorũ/ et a perſequẽtib⁹ me: dñe nõ confundar/ qm̃ inuocaui te. Ps. In te dñe
Ibid ſperaui nõ cõfundar ineternum: in iuſtitia tua libera me. Non dicitur Gloria patri. Flectamus genua. Leuate. Oratio.

Proficiat queſum⁹ domine plebs tibi dicata pie deuotiõis affectu: vt ſacris actionibus erudita/ q̃to maieſtati tue ſit gratior: tanto donis potioribus augeatur. Per dñm noſtrũ.

Lectio Hieremie prophete.

cap. 18.C In diebus illis. Dixerunt impii iudei ad inuicem. Venite cogitemus contra iuſtum cogitationes. Nõ enim peribit lex a ſacerdote neq; cõſiliũ a ſapiente: nec ſermo a propheta. Venite et percutiamus cum lingua: et nõ attendamus ad vniuerſos ſermones eius. Attẽde dñe ad me: et audi voces
D aduerſariorũ meorũ. Nunquid redde tur ꝓ bono malũ: quia foderũt foueã anime mee. Recordare q̃ ſteterim in conſpectu tuo/ vt loquerer pro eis bonum: et auerterem indignationẽ tuã ab eis. Propterea da filios eorum in famem et deduc eos in manus gladij. Fiant vxores eorum abſq; biberis et vidue: et viri earũ interficiãtur morte. Iuuenes eorũ confodiantur gladio in prelio: audiatur clamor de domib⁹ eorum. Adduces enim ſuper eos latronem repente: quia foderunt foueam/ vt caperent me: et laqueos abſconderunt pedibus meis. Tu autẽ dñe ſcis omne conſilium eorum/ aduerſum me in mortẽ. Ne propicieris iniquitati eorum: et peccatũ eorum/ a facie tua nõ deleatur. Fiant corruentes in conſpectu tuo/ in tempore furoris tui: domine
ps.34 deus meus. Gr. Pacifice loquebantur michi inimici mei: et in ira moleſti erant mi-
Ibid chi. ℣. Vidiſti domine deus me⁹ ne ſileas ne diſcedas a me. Scdm Iohannem.

cap. 6.F In illo tẽpore. Dixit ieſus diſcipulis ſuis/ et turbis iudeorũ. Amen amen dico vobis: niſi manducaueritis carnem filij hominis/ et biberitis ei⁹ ſanguinem: non habebitis vitã in vobis.

Quis manducat meā carnem/ ⁊ bibit meū ſanguinē: habet vitā eternam: et ego reſuſcitabo eū/ in nouiſſimo die. Caro enim mea vere eſt cibus: ⁊ ſanguis me⁹ vere eſt potus. Qui manducat meā carnem/ et bibit meū ſanguinem: in me manet: ⁊ ego in illo. Sicut miſit me viuens pater: et ego viuo ꝓpter patrem. Et qui manducat me: et ipſe viuet propter me. Hic eſt panis q̄ de celo deſcendit. Non ſicut manducauerunt patres veſtri mānа in deſerto: et mortui ſunt. Qui manducat hunc panem: viuet in eternum. Hec dixit ī ſynagoga: docens ſabbato in capharnaum. Multi autē audientes ex diſcipulis ei⁹/ dixerunt. Durus eſt hic ſermo. Quis poteſt eum audire? Sciens autē ieſus apud ſemetipſum/ q꞉ murmurarēt de hoc diſcipuli ei⁹/ dixit eis. Hoc vos ſcandalizat. Si ergo videritis filiū hominis aſcendentē vbi erat G prius. Spiritus eſt qui viuificat: caro non prodeſt quicq̄. Verba que ego locutus ſum vobis: ſpiritus ⁊ vita ſunt Sed ſunt quidā ex vobis: qui non credunt. Sciebat aūt ab initio ieſus/ qui eſſent credentes ⁊ quis traditur⁹ eſſet eum/ ⁊ dicebat. Propterea dixi vobis: quia nemo poteſt venire ad me: niſi fuerit ei datum a patre meo. Ex hoc ergo multi diſcipulorū eius abierunt retro: ⁊ iam nō cum illo ambulabant. Dixit ergo ieſus ad duodecim. Nunquid et vos vultis abire? Reſpondit ergo ei ſymō petrus. Domine ad quē ibimus? Verba vite eterne habes. Et nos credimus/ ⁊ cognouimus: quia tu es chriſtus filius dei. Reſpōdit eis ieſus. Nonne ego vos duodecim elegi: ⁊ vnus ex vobis dyabolus eſt. Dicebat autē de iuda ſymonis ſcariothis. Hic enim erat traditurus eum: cum eſſet psal. 79. vnus ex duodecim. Offer. Recordare q̄ ſteterim in conſpectu tuo/ vt loquerer ꝓ eis bonum: et auerterem indignationem tuam ab eis. ℣. Qui regis iſrael intende: qui deducis velut ouem ioſeph. Secreta.

Suſcipe creator omnipotens que ieiunātes de tue munificētie largitate deferimus: ⁊ pro tēporali nobis collata preſidio: ad vitam conuerte ꝓpiciatus eternam. Per do. Prefatio. Qui corporali ieiu. Cōio. Ne tradideris me dñe in animas perſequentium me: ps.26 quia inſurrexerunt in me teſtes iniqui: et mentita eſt iniquitas ſibi. Poſtcōmunio.

Diuini muneris largitate ſaciati/ queſumus domine deus noſter: vt huius ſemper participatione viuamus. Per. Super populum. Humiliate capita veſtra deo. Oratio.

Tueatur queſumus domine dextera tua populum deprecantem et purificatum dignanter erudiat: vt et cōſolatione preſenti foueatur: et ad futura bona proficiat. Per dominum.

¶ Dñica in ramiſpalmaꝝ: poſt aſperſionem aque bñdicte/ legat̄ hec lectio ad gradū altaris ex parte auſtrali ab accolito alba induto/ ſup flores ⁊ frondes: cū ſuo titulo. Lectio libri Exodi.

In dieb⁹ illis. Venerūt filij iſrael cap. 15.D in helim: vbi erant fontes aquaꝝ duodecim: et ſeptuaginta palme: et caſtrametati ſunt iuxta aquas. Profectiq꞉ ſūt de helim: cap. 16.A et venit omnis multitudo filiorū iſrael in deſertum ſyn: qđ eſt inter helim ⁊ ſynai: quintodecimo die menſis ſecundi: poſtq̄ egreſſi ſunt de terra egypti. Et murmurauit omnis congregatio filioꝝ iſrael: cōtra moyſen ⁊ aaron: ī ſolitudine. Dixerūt q꞉ filij iſrael ad eos. Vtinam mortui eſſem⁹ per manū dñi de terra egypti: quando ſedebam⁹ ſuper ollas carniū/ et comedebamus panem in ſaturitate Cur induxiſtis nos in deſertū iſtud: vt occideretis omnem multitudinē fame? Dixit autē dominus ad moyſen. Ecce ego pluam vobis panes de celo. Egrediatur ppl's/ ⁊ colligat que ſufficiunt per ſingulos dies: vt temptē eū/ vtrū ambulet in lege mea/ an nō. Die aūt ſexto/ parēt qđ inferāt: ⁊ ſit duplū ꝙ colligere ſolebāt/ per ſingulos dies. B Dixeruntqꝫ moyſes ⁊ aaron/ ad oēs filios iſrael. Veſpere ſcietis/ ꝙ dñs eduxerit vos de terra egypti: ⁊ mane videbitis gloꝛiā dñi. Audiuit enīꝫ murmur veſtrū/ cōtra dñm. Nos vero quid ſumus: qꝛ muſitaſtis contra nos? Et ait moyſes. Dabit vobis dñs veſpere carnes edere: ⁊ mane panes in ſaturitate eo ꝙ audierit murmurationes veſtras/ quibꝰ murmurati eſtis cōtra eū. Nos enim quid ſumus? Nec contra nos eſt murmur veſtrū: ſed cōtra dñm. Dixitqꝫ moyſes ad aaron. Dic vniuerſe congregationi filioꝝ iſrael. Accedite corā C dño. Audiuit enī murmur veſtrū. Cūqꝫ loqueret̄ aarō ad omnē cetū filioꝛū iſrael: reſpexerūt ad ſolitudinē. Et ecce glīa dñi: apparuit in nube. Statim ſequat̄ euangeliū: ⁊ legat̄ vbi legūtur euāgelia ī fer̄. diebꝰ a dyacono ad oꝛientē cōuerſo/ moꝛe ſimplicis feſti/ poſt acceptā benedictionē. Scđm Johannē.

Cap 12 B



In illo tp̄e Turba mlťa que conuenerat ad diē feſtuꝫ: cuꝫ audiſſent qꝛ venit ieſus hieroſolymā acceperunt ramos palmarū: ⁊ ꝓceſſerunt obuiaꝫ ei: ⁊ clamabāt. Oſanna/ bñdictꝰ ꝗ venit ī noīe dñi: rex iſrael. Et inuenit ieſus aſellū: ⁊ ſedit ſup eū/ ſicut ſcriptū eſt. Nolite timere filia ſyō: ecce rex tuꝰ venit tibi māſuetꝰ/ ſedēs ſup pullū aſine. C Hec nō cognouerūt diſcipli eiꝰ pꝛimū ſed quādo glīficatꝰ eſt ieſus: tūc recoꝛdati ſūt/ qꝛ hec erāt ſcripta de eo: ⁊ hec fecerūt ei. Teſtimoniū ergo ꝑhibebat turba ꝗ erat cū eo/ quādo lazarū vocauit de monumento: ⁊ ſuſcitauit eum a moꝛtuis. Propterea et obuiā venit ei turba: qꝛ audierāt eū feciſſe hoc ſignū. Phariſei ergo dixerūt ad ſemetipſos. Videtis/ qꝛ nichil ꝓficimꝰ. Ecce mundus totus: poſt eum abijt.

¶ Finito euāgelio: ſequat̄ benedictio floꝛū ⁊ frōdiū a ſacerdote/ īduto cappa ſerica rubea/ ſup gradū tertiū altaris ad auſtralē cōuerſo: poſitis pꝛiꝰ palmis cū floꝛibus ſupꝛa altare/ ꝓ clericis: ꝓ alijs vero/ ſup gradū altaris: ī parte auſtrali.

Exoꝛcizo te creatura floꝛū vel frōdiuꝫ: in nomine dei patris omnipotētis: ⁊ in nomīe ieſu chꝛiſti filij eiꝰ domini noſtri: ⁊ in virtute ſpūs ſancti pꝛoinde omnis virtus aduerſarij: omnis exercitus diaboli oīſqꝫ poteſtas inimici: omnis incurſio demonū eradicare ⁊ explātare ab hac creatura floꝛū vel frondiū: vt ad dei gratiā feſtinantium veſtigia/ inſidiando nō aſſequaris. Per eum qui venturus eſt iudicare viuos ⁊ moꝛtuos: ⁊ ſeculū per ignē. ℟. Amen. Deinde dicūtur oꝛationes ſine Dominus vobiſcum. ſed tantum cum Oremus. Oꝛatio.

Omnipotēs ſempiterne deus qui in diluuij effuſione noe famulo tuo per os colūbe geſtātis ramū oliue pacē terris redditā nūciaſti: te ſupplices depꝛecamur/ vt hanc creaturā floꝛum/ ⁊ frondiuꝫ: ſpatulaſqꝫ palmarū/ ſeu frondes arboꝛū: quas ante conſpectuꝫ gloꝛie tue offerimus: veritas tua ſancti ✠ ficet vt deuotus populus in manibus ſuſcipiens eas: bñdictionis tue gratiā conſequi mereat̄. Per xp̄m dñm noſtrū. Et dīr oēs oꝛatiōes ſub tono lectiōis/ ⁊ cū Oꝛemus. Oꝛatio.

DEus cuius filius ꝓ ſalute generis humani / de celo deſcendit ad terras: ⁊ appꝛopinquāte hoꝛa paſſiōis ſue / hieroſolymā in aſino ſedēs venire ⁊ a turbis rex appellari: ac laudari voluit: auge fidē in te ſperātiū et ſupplicū p̄ces clemēter exaudi: veniat ſuper nos q̄ſumus dn̄e benedictio tua: ⁊ hos palmarū ceterarūqz arboꝝ ramos / bene ✠ dicere dignare: vt oēs qui eos laturi ſunt: benedictionis tue dono repleātur. Cōcede ergo dn̄e: vt ſicut hebꝛeoꝛū pueri oſanna in excelſis clamātes / eidez filio tuo dn̄o noſtro ieſu chꝛiſto / cū ramis palmarū occurrerunt: ita nos arboꝛum ramos geſtantes / cū bonis operibus occurramus obuiā chꝛiſto: et perueniamus ad gaudiū ſempiternum. Per eundem chꝛiſtum dominum noſtrum ieſum. Oratio

DEus qui diſperſa congregas / et congregata conſeruas: qui populis obuiā chꝛiſto ieſu / ramos palmarū poꝛtantibus benedixiſti: bene ✠ dic etiā ⁊ hos ramos palmarū / ceterarūqz arboꝛū: quos tui famuli / ad nominis tui benedictionē fideliter ſuſcipiunt: vt in quēcūqz locū introducti fuerint: tuā benedictionē habitatoꝛes illius loci omnes conſequātur: ita vt omni aduerſa valitudie effugata / dextera tua pꝛotegat quos redemit. Per eundem.

Hic aſpergant̄ floꝛes ⁊ frondes aqua benedicta / ⁊ thurificentur. Deinde dicitur **Dominus vobiſcū.** et **Oꝛemus** Oratio

DOmine ieſu chꝛiſte fili dei viui / mundi conditoꝛ et redēptoꝛ: qui noſtre liberatiōis ⁊ ſaluationis gratia / ex ſumma celi arce deſcendere / carnem ſumere / ⁊ paſſionē ſubire dignatus es: quiqz ſponte pꝛopꝛia / loco eiuſdem paſſionis appꝛopinquās a turbis cum ramis palmarū obuiantibus benedici / laudari / et rex benedictus veniens in nomine dn̄i clara voce appellari voluiſti: tu nūc noſtre confeſſionis laudationē acceptare: et hos palmaꝝ ceterarūqz arboꝛū / ac floꝛum ramos bene ✠ dicere ⁊ ſancti ✠ ficare digneris: vt quicq̄d in tue virtutis obſequio exinde aliquid tulerit celeſti benedictione ſanctificatus: peccatoꝛū remiſſionē / ⁊ vite eterne pꝛemia percipere mereatur. Per te ieſu chꝛiſte ſaluatoꝛ: qui cum patre ⁊ ſpiritu ſancto / viuis ⁊ regnas deus. Per omnia ſecula ſeculoꝛū. ℟. Amen. His itaqz peractis: ſtatim diſtribuātur palme / ⁊ interim cantentur he ſequētes aīe: cantoꝛe incipiente āн **Pueri hebꝛeoꝛū tollētes.** Alia aīa **Pueri hebꝛeoꝛū veſtimenta.** Dū diſtribuūtur rami: pꝛeparetur feretrū cū reliquiis / in quo coꝛp⁹ chꝛiſti in pixide dependeat: et ad locū pꝛime ſtationis a duobus clericis de ſecūda foꝛma non pꝛoced. ſequendo: ſed ad locū pꝛime ſtationis obuiā veniendo / habitu non mutato: lumen deferatur in laterna ꝓcedente cū cruce denudata / ⁊ duobus vexillis pꝛecedentibus. Deinde eat pꝛoceſſio / vſqz ad locū pꝛime ſtationis. Sintqz miniſtri ꝓceſſionis albis circumamicti / abſqz tunicis vel caſulis induti / ita tamen ꝙ ſacerdos ſit ī cappa ſerica rubea: choꝛo itaqz ſequēte: habitu nō mutato. In eundo āн **Pꝛima autem.** āн **Cum appꝛopinquaret.** Si autez nō ſufficiūt he due aīe pꝛedicte / vſqz ad locū pꝛime ſtationis: tūc ſequātur he aīe ſcilicet Aīa. **Cuz audiſſet.** āн **Ante ſex.** āн **Ante ſex dies paſſionis.** Hic fiat pꝛima ſtatio: videlicet ex parte eccleſie boꝛiali ī extrema parte oꝛiētali: ⁊ legatur hoc euangelium **Cum appꝛopinquaſſet ieſus.** Require hoc euāgeliū in pꝛima dn̄ica aduentus dn̄i: ⁊ legatur ab ipſo dyacono induto ad ꝓceſſionē nō iuxta crucē ſed ante ſacerdotē / loco parūper ſecus ſtationē illius dyaconi mutato. Etiā ipſo dyacono ad boꝛealem conuerſo: ⁊ legat̄ ſicut in feſto ſimplici. ix. lec. benedictione prius accepta more ſolito. Finito euangelio: tres clerici de ſecūda forma/ habitu nō mutato/ conuerſi ad populū/ ſtantes ante magnā crucē ex parte occidentali/ ſimul cantent. ℣. **En rex venit.** Poſt ſingulos vero ℣ſ⁹ executor officij incipiat ān. **Salue quē.** cōuerſus ad reliquias: quā proſequatur chorus cū genuflectione oſculādo terram. Ab ipſo autem executore officij/ primo cum choro fiat genuflectio. Clerici ante reliquias ℣. **En rex venit.** Senior ān. **Salue quem.** Chorus reſurgendo proſequatur. **Teſtatur.** Item clerici ante reliquias loco non mutato/ dicant ℣ſ⁹. **Hic eſt qui de edon.** Item ſenior loco non mutato/ dicat ℣. **Salue lux mūdi.** Chor⁹ reſurgēdo ꝓſequat̄. **Rex regū.** Item clerici ante reliq̄as loco nō mutato dicāt ℣. **Hic eſt ille.** Item ſenior loco nō mutato dicat ān. **Salue noſtra ſalus.** Chor⁹ reſurgēdo ꝓſequat̄. **Pax vera.** Deinde eat ꝓceſſio ad locū ſecūde ſtationis: et feretrū cū caſula reliquiarū pariter cū luce in laterna inter ſubd̄. ⁊ thuribulū deferat̄ cū vexillis ex vtraqꝫ parte: cātore incipiēte ān. **Dignus es dn̄e.** ān. **Occurrunt turbe.** Si autē nō ſufficiūt he due añe ad locū ſecūde ſtationis: tūc cātentur hec duo. ℟. vel vnū cor. ℟. **Dn̄s ieſus** ℣. **Cōuenerūt.** ℟. **Cogitauerūt.** ℣. **Teſtimoniū.** Hic fiat ſecūda ſtatio: videlicet ex parte eccleſie auſtrali/ vbi ſeptē pueri in loco eminētiori ſimul cātēt ℣. **Gloria laus.** Chorus idē repetat poſt vnūquēqꝫ ℣. Clerici ℣. **Iſrael es tu.** ℣⁹. **Cetus in excelſis.** ℣⁹. **Plebs hebrea.** Peracta hac ſtatione: eat ꝓceſſio per mediū clauſtri a dextera manu/ vſqꝫ ad oſtiū eccl̄ie occidētale cantando ℟. **Collegerūt.** Hic fiat tertia ſtatio ſcilicet ante predictū oſtiū: vbi tres clerici de ſuperiori gradu in ipſo hoſtio habitu nō mutato: cōuerſi ad populū cantent ℣. **Vn⁹ autē.** Repetitio. **Ne forte.**

His finitis: intrēt eccleſiam per idem oſtiū ſub feretro/ ⁊ capſula reliquiarū ex trāſuerſo oſtij eleuata cantando ℟. **Ingredientē dn̄o.** Hic fiat quarta ſtatio ſcilicet ante crucē in eccleſia: ⁊ in ipſa ſtatione executor officij incipiat ān. **Aue.** cruce iā diſcoopta: ⁊ rn̄deat chor⁹ **Rex noſter.** cum genuflexione: oſculādo terram: ⁊ ſic incipiat ſenior ān. ter: ſingulis vicibus vocē exaltando: vna cū choro fiat genuflexio: ⁊ poſt tertiā inceptionem chorus eandem ān. in ipſa ſtatione ſtando proſequatur. Qua finita intrent chorum. Omnes cruces per eccleſiā ſint diſcooperte vſqꝫ poſt veſpe. In introitu chori ℟. **Circundederunt me.** ℣. **Eripe me de.** ℣. **Et ab inſurgentibus.** Oratio. **Omnipotēs ſempiterne deus.** ⁊c. ¶ Peractis que ad proceſſionem pertinent.

¶ Ad miſſam. Officium.

Domīe ne lōge facias auxiliū tuū a me: ad defenſionē meā aſpice: libera me de ore leonis: ⁊ a cornib⁹ vnicornium humilitatem meam. ps. xxi. ps. **Deus deus meus reſpice in me: quare me dereliquiſti?** Non dicitur. **Gloria patri.** Ibis

Oremus. Oratio.

Omnipotēs ſempiterne deus: qui humano generi ad imitandū humilitatis exemplum: ſaluatorem noſtrum carnem ſumere: ⁊ crucem ſubire feciſti: concede propicius: vt ⁊ patiētie ipſius habere documenta: ⁊ reſurrectionis eius conſortia mereamur. Per eūdē. ¶ Ep̄la Ad Philippēſes.

Fratres. Hoc enim ſentite in vobis: quod ⁊ in xp̄o ieſu. Qui cū in forma dei eſſet: nō rapinā arbitrat⁹ eſt eſſe ſe equalē deo: ſꝫ ſemetipſū exinaniuit formam ſerui accipiēs: in ſimilitudinē hominum factus: ⁊ habitu in- Cap 2.

uentus vt homo. Humiliauit ſemetipſum: factus obediẽs vſqꝫ ad mortem: B mortẽ autẽ crucis. Propter quod ⁊ deus exaltauit illũ: ⁊ donauit illi nomen quod eſt ſuper om̃e nomen: vt in nomine ieſu om̃e genu flectatur: celeſtium terreſtrium: ⁊ infernoꝝ. Et om̃is lingua cõfiteatur: quia dñs noſter ieſus chriſtus: in gloria eſt dei patris. Gr.

ꝑ.72 Tenuiſti manũ dexterã meã: ⁊ in voluntate tua deduxiſti me: ⁊ cum gloria aſſumpſiſti me. Ibid ℣. Quam bonus iſrael deus rectis corde: mei autem pene moti ſunt pedes: pene effuſi ſũt greſſus mei quia zelaui in peccatoribus: pacem peccatorum videns.

Chorus alternatim dicat. Tractus.

ꝑ.21. et oia infra Deus deus meus reſpice in me: quare me dereliquiſti. ℣. Longe a ſalute mea: verba delictorũ meorũ. ℣. Deus meus clamabo per diẽ/ nec exaudies: ⁊ nocte/ ⁊ nõ ad inſipiẽtiã michi. ℣. Tu autẽ in ſancto habitas: laus iſrael: in te ſperauerũt patres noſtri: ſperauerunt ⁊ liberaſti eos. ℣. Ad te clamauerunt/ et ſalui facti ſunt: in te ſperauerunt ⁊ nõ ſunt cõfuſi. ℣. Ego autẽ ſum vermis ⁊ non homo: opprobriũ hominũ/ ⁊ abiectio plebis. ℣. Omnes qui videbãt me aſpernabãtur me: locuti ſunt labiis ⁊ mouerunt caput. ℣. Sperauit in dño eripiat eũ ſaluũ faciat eũ/ qm̃ vult eũ. ℣. Ipſi vero cõſiderauerũt ⁊ cõſpexerũt me: diuiſerũt ſibi veſtimẽta mea: ⁊ ſuper veſtẽ meã miſerunt ſortem. ℣. Libera me de ore leonis: ⁊ a cornibus vnicornium humilitatem meã. ℣. Qui timetis dñm laudate eũ: vniuerſum ſemen iacob magnificate eum. ℣. Annunciabitur domino generatio ventura: ⁊ annunciabunt celi iuſtitiam eius. ℣. Populo qui naſcetur quem fecit dominus.

¶ Sequitur paſſio. Et eſt notãdum: ꝙ triplici voce debet cantari/ aut pronunciari: ſcilicet voce alta/ baſſa/ ⁊ media. Quia omnia que in paſſione continentur: aut verba ſunt iudeorũ/ vel diſcipulorũ/ aut verba ſunt chriſti aut euangeliſte narrãtis. Quare ſcire debes: ꝙ vbi a/ litteram inuenies: verba eſſe iudeoꝝ/ vel diſcipuloꝝ: q̄ alta voce ſunt proferẽda. Ubi vero b/ inuenies verba ſunt xp̄i: que baſſa voce pnunciãda ſunt. Ubi vero m/ inuenies: verba ſunt euãgeliſte: que mediocri voce legẽda: aut cãtãda ſunt: ⁊ hec om̃ia in aliis paſſionibus obſeruanda ſunt. Sic igitur incipe m. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.



¶ Paſſio dñi noſtri ieſu xp̄i: ſecundũ Mattheũ. Non dr Gloria tibi dñe.

In illo tẽpore. Dixit ieſus diſcipulis ſuis. Cap. 26 A b. Scitis/ qꝛ poſt biduũ paſcha fiet: ⁊ fili⁹ hoĩs tradetur vt crucifigatur. m. Tũc cõgregati ſunt principes ſacerdotuꝫ/ ⁊ ſeniores populi in atriũ principis ſacerdotũ/ qui dicebatur cayphas: ⁊ cõſiliũ fecerũt/ vt ieſuꝫ dolo tenerẽt/ ⁊ occiderẽt. Dicebãt autẽ. a Non in die feſto. m. Ne forte tumultus fieret in populo. Cũ autẽ eſſet ieſus in bethania/ in domo ſymonis leproſi: acceſſit ad eũ mulier habẽs alabaſtrũ vnguẽti precioſi: ⁊ effudit ſup caput ipſius recũbẽtis. Uidẽtes autẽ diſcipuli: indignati ſunt: dicentes. a. Ut quid perditio hec? Potuit enim iſtud venũdari multo: ⁊ dari pauperibus. m. Sciens autẽ ieſus/ ait illis. b Quid moleſti eſtis huic mulieri? Op⁹

enim bonū/operata eſt in me. Nā ſemper
pauperes habetis vobiſcū: me aūt
nō ſemꝑ habebitis. Mittēs enim hec/
vnguētū hoc in corpus meū: ad ſepeliēdū
me fecit. Amē dico vobis vbicunqꝫ
predicatū fuerit hoc euangeliū in toto
mūdo dicet᷑: ⁊ ꝙ hec fecit in memoriaꝫ
eius. m. Tūc abiit vnꝰ de duodecim q̄
dicebat᷑ iudas ſcarioth/ad pricipes ſacerdotū:
⁊ ait illis. a. Quid vultis michi
dare: ⁊ ego vobis eū tradā? m. At
illi cōſtituerūt ei trigita argēteos. Et
B exinde q̄rebat oportunitatē/vt eū traderet.
Prima autē die azimorꝫ acceſſerūt
diſcipuli ad ieſum dicētes. a. Vbi
vis paremus tibi comedere paſcha? m
At ieſus dixit. b. Ite in ciuitatē ad quēdā/
⁊ dicite ei. Magiſter dicit. Tēpus
meū ꝓpe eſt: apud te facio paſcha cum
diſcipulis meis. m. Et fecerūt diſcipuli/
ſicut cōſtituit illis ieſus: et parauerūt
paſcha. Veſpere autē facto: diſcūbebat
cū duodecim diſcipulis ſuis. Et
edētibus illis: dixit. b Amen dico vobis:
qꝛ vnus veſtrū me traditurus eſt
m Et cōtriſtati valde: ceperūt ſinguli
dicere. a Nūquid ego ſum dn̄e? m At
ipſe reſpōdēs: ait. b Qui intingit mecū
manuꝫ in parapſide: hic me tradet.
Filius quidē hominis vadit: ſicut ſcriptū
eſt de illo. Ve autē homini illi: per
quē filius hominis tradetur. Bonum
erat ei: ſi natus non fuiſſet homo ille.
m Reſpōdens autē iudas qui tradidit
eū: dixit. a Nūquid ego ſum rabbi? m
C Ait illi. b Tu dixiſti. m Cenantibus
autē eis: accepit ieſus panē: ⁊ benedixit:
ac fregit: deditqꝫ diſcipulis ſuis: et
ait. b Accipite: ⁊ comedite: hoc eſt corpus
meū. m Et accipiens calicē grās
egit: et dedit illis dicens. b Bibite ex
hoc omnes. Hic eſt enim ſanguis meus
noui teſtamenti: qui pro multis effundetur
in remiſſionem peccatorum
Dico autē vobis: non bibā amodo de
hoc genimine vitis: vſqꝫ in diem illū
cum illud bibam vobiſcū nouū in regno
patris mei. m Et hymno dicto:
exierunt in montem oliueti. Tunc dixit
illis ieſus. b Omnes vos ſcandalū
patiemini in me/in iſta nocte. Scriptum
eſt enim. Percutiam paſtorem:
⁊ diſpergētur oues gregis. Poſtq̄ autem
reſurrexero: precedam vos in galileam.
m Reſpondens autēꝫ petrus
ait illi. a Et ſi omnes ſcandalizati fuerint
in te: ego nunq̄ ſcandalizabor. m
Ait illi ieſus. b Amē dico tibi: quia in D
hac nocte anteq̄ gallus cantet/ter me
negabis. m Ait illi petrus. a Etiaꝫ ſi
oportuerit me mori tecum: non te negabo.
m Similiter ⁊ omnes diſcipuli
dixerunt. Tunc venit ieſus cum illis
in villam que dicitur gethſemani: ⁊ dixit
diſcipulis ſuis. b Sedete hic: donec
vadam illuc/⁊ orem. m Et aſſumpto
petro/⁊ duobus filiis zebedei: cepit
contriſtari/⁊ meſtus eſſe. Tūc ait
illis. b Triſtis eſt anima mea vſqꝫ ad
mortem. Suſtinete hic: ⁊ vigilate mecum.
m Et progreſſus puſillum: procidit
in faciem ſuā/orans ⁊ dicens. b.
Pater mi/ſi poſſibile eſt: trāſeat a me
calix iſte. Veruntamen non ſicut ego
volo: ſed ſicut tu vis. m Et venit ad
diſcipulos: ⁊ inuenit eos dormientes.
Et dixit petro ſic. b Nō potuiſtis vna
hora vigilare mecū? Vigilate ⁊ orate:
vt nō intretis in temptationem. Spiritus
quidem promptus eſt: caro autē
infirma. m Iterū ſecundo abiit: ⁊ orauit
dicens. b Pater mi / ſi non poteſt
hic calix trāſire niſi bibam illum: fiat
voluntas tua. m Et venit iterum: et
inuenit eos dormientes. Erant enim
oculi eorum grauati. Et relictis illis:
iteruꝫ abiit/⁊ orauit tertio/eundē ſermonem
dicēs. Tunc venit ad diſcipulos
ſuos/⁊ dixit illis. b Dormite iam
⁊ requieſcite. Ecce appropiquabit hora:
⁊ filius hominis tradetur in manꝰ
peccatorū. Surgite/eamus. Ecce ap- E

propinquabit qui me tradet. m Adhuc eo loquēte: ecce iudas vnus de duodecim venit: ⁊ cū eo turba multa cū gladijs ⁊ fuſtibus/ miſſi a principibus ſacerdotū/ ⁊ ſenioribus populi. Qui autē tradidit eū: dedit illis ſignū/ dicēs. a Quēcunqꝫ oſculatus fuero: ipſe eſt tenete eū. m Et confeſtim accedēs ad ieſum/ dixit. a Aue rabbi. m Et oſculatus eſt eū. Dixitqꝫ illi ieſus. b Amice/ ad quid veniſti? m Tunc acceſſerūt ⁊ manus iniecerūt in ieſum: ⁊ tenuerūt eū. Et ecce vnus ex his qui erāt cū ieſu extendēs manū/ exemit gladiū ſuū: ⁊ percutiens ſeruū principis ſacerdotū/ amputauit auriculā eius dextram Tunc ait illi ieſus. b Cōuerte gladiū tuū in locū ſuū. Omēs enim qui acceperint gladiū: gladio peribunt. An putas qꝛ nō poſſum rogare patrē meū: et exhibebit mihi modo pluſq̄ duodecim legiones āgeloꝝ? Quomodo ergo implebūtur ſcripture? Quia ſic oportet fieri. m In illa hora: dixit ieſus turbis b Tanq̄ ad latronē exiſtis cū gladijs ⁊ fuſtibus cōprehēdere me. Quotidie apud vos ſedebā docens in tēplo: ⁊ nō me tenuiſtis. m Hoc aūt totū factum eſt: vt adimplerētur ſcripture ꝓphetarū. Tūc diſcipuli omēs relicto eo fugerūt. At illi tenētes ieſum/ duxerunt ad cayphā principē ſacerdotū: vbi ſcribe et ſeniores cōuenerāt. Petrus autem ſequebatur eū a lōge: vſqꝫ in atriū principis ſacerdotū. Et ingreſſus intro: ſedebat cuꝫ miniſtris/ vt videret finem. Principes autē ſacerdotū ⁊ omne conſiliū querebant falſum teſtimoniū cōtra ieſum: vt eū morti traderēt. Et nō inuenerūt: cū multi falſi teſtes acceſſiſſent. Nouiſſime auteꝫ/ venerūt duo falſi teſtes: ⁊ dixerūt. a Hic dixit. Poſſum deſtruere tēplū dei: et poſt triduū reedificare illud. m Et ſurgens princeps ſacerdotū: ait illi. a Nichil reſpōdes ad ea: qui iſti aduerſuꝫ te teſtificātur? m Jeſus autem tacebat. Et princeps ſacerdotū ait illi. a Adiuro te per deū viuū: vt dicas nobis ſi tu es chriſtus filius dei viui? m Dicit illi ieſus b Tu dixiſti. Veruntamen dico vobis: amodo videbitis filiū hominis ſedentē a dextris virtutis dei ⁊ venientē in nubibus celi. m Tūc princeps ſacerdotum: ſcidit veſtimenta ſua dicens. a Blaſphemauit. Quid adhuc egemus teſtibus? Ecce nunc audiſtis blaſphemiā. Quid vobis videtur? m At illi reſpondētes/ dixerunt. a Reus eſt mortis. m Tunc expuerūt in faciē eius: ⁊ colaphis eū cederunt. Alij autem palmas in faciē eius dederunt dicentes. a Prophetiza nobis chriſte: quis eſt qui te percuſſit? m Petrus auteꝫ ſedebat foris: ī atrio. Et acceſſit ad eū vna ancilla dicens. a Et tu cum ieſu galileo eras. m At ille negauit coraꝫ omnibus/ dicēs. a Neſcio quid dicis. m Exeunte autē illo ianuā/ vidit eū alia ancilla et ait his qui erant ibi. a Et hic cū ieſu nazareno erat. m Et iterū negauit cū iuramento: quia nō noui hominem Et poſt puſillū: acceſſerūt qui ibi ſtabant: ⁊ dixerunt petro. a Vere ⁊ tu ex illis es: nā ⁊ loquela tua manifeſtū te facit. m Tūc cepit deteſtari et iurare: qꝛ nō nouiſſet hominem. Et continuo gallus cātauit. Et recordatus petrus verbi ieſu quod dixerat: priuſq̄ gallꝰ cātet/ ter me negabis. Et egreſſus foras fleuit amare. mat. 27 B Mane aūt facto: cōſiliū inierūt oēs pricipes ſacerdotū/ et ſeniores populi aduerſus ieſuꝫ: vt eū morti traderēt. Et vinctū adduxerūt eū: ⁊ tradiderūt pontio pylato preſidi. Tūc vidēs iudas ꝗ eū tradidit ꝙ dānatus eſſet: penitētia ductꝰ/ retulit triginta argēteos principibꝰ ſacerdotū ⁊ ſenioribꝰ populi/ dicēs. a Peccaui: tradēs ſanguinē iuſtū. m At illi dixerūt. a Quid ad nos. Tu videris. m Et ꝓiectis argēteis ī tēplo: receſſit/ ⁊ abiēs

laqueo ſe ſuſpēdit. Principes autē ſacerdotū:
acceptis argēteis/ dixerunt. a
Nō licet eos mittere in corbanā: quia
preciū ſanguinis eſt. m Conſilio autē
inito: emerūt ex eis agrū figuli/ in ſepulturā
peregrinoꝝ. Propter hoc vocatꝰ
eſt ager ille acheldemach / hoc eſt
ager ſanguinis: vſqz in hodiernū diē.
Tūc impletū eſt quod dictū eſt ꝑ hieremiā
ꝓphetā dicētē. Et acceperūt triginta
argēteos/ preciū appreciati: quē appreciauerūt
a filiis iſrael: ⁊ dederunt
eos in agrū figuli/ ſicut cōſtituit mihi
B dñs. Jeſus autē ſtetit ante preſidem.
Et interrogauit eum preſes dicens. a
Tu es rex iudeoꝝ. m Dicit illi ieſus.
b Tu dicis. m Et cū accuſaret̄ a principibus
ſacerdotū ⁊ ſenioribus: nichil
reſpōdit. Tūc dicit illi pylatus. a Nō
audis quāta aduerſum te dicunt teſtimonia?
m Et nō reſpōdit ei ad vllum
verbū: ita vt miraret̄ preſes vehemēter.
Per diē autē ſolēnem: cōſueuerat
preſes dimittere populo vnuz vinctū/
quē voluiſſent. Habebat aūt tūc vnū
vinctū inſignē/ qui dicebat̄ barrabas
qui ꝓpter homicidiū miſſus fuerat in
carcerē. Cōgregatiſ ergo illis: dixit pylatꝰ.
a Quē vultis dimittā vobis: barrabā
an ieſum q̄ dicit̄ chriſtꝰ? m Sciebat
enī ꝙ ꝑ inuidiā tradidiſſent eum.
Sedēte autē illo ꝓ tribunali: miſit ad
eū vxor eiꝰ dicēs. a Nichil tibi/ ⁊ iuſto
illi. Multa enī paſſa ſum hodie ꝑ viſū
ꝓpter eū. m Pricipes autē ſacerdotū
⁊ ſeniores/ ꝑſuaſerūt populis vt peterēt
barrabā: ieſum vero perderēt. C Reſpōdēs
autē preſes: ait illis. a Quem
vultis vobis de duobus dimitti? m At
illi dixerūt. a Barrabā. m Dicit illis
pylatus. a Quid igitur faciā de ieſu/
qui dicit̄ chriſtꝰ? m Dicūt oēs. a Crucifigatur.
m Ait illis preſes. a Quid
enī male fecit? m At illi magis clamabāt
dicētes. a Crucifigat̄. m Videns
autē pylatꝰ: qꝛ nichil ꝓficeret/ ſed magis
tumultus fieret: accepta aqua/ lauit
manus ſuas corā populo dicens. a
Innocens ego ſuz a ſanguine iuſti huius:
vos videritis. m Et reſpōdēs vniuerſus
populus: dixit. a Sāguis eius
ſuper nos: ⁊ ſuper filios noſtros. m
Tunc dimiſit illis barrabā: ieſum autē
flagellatū tradidit eis: vt crucifigeretur.
Tunc milites preſidis ſuſcipiētes
ieſum in pretorium: congregauerunt
ad euz vniuerſam cohortem. Et
exuentes eum: clamidē coccineā circūdederunt
ei. Et plectentes coronaz de
ſpinis/ poſuerūt ſup caput eius: ⁊ arūdinē
in dextera eius. Et genuflexo ante
eū: illudebāt ei dicentes. a Aue rex
iudeoꝝ. m Et expuentes in eū: acceperunt
D arundinem/ ⁊ percutiebāt caput
eius. Et poſtꝙ̄ illuſerūt ei: exuerunt
eū clamide: ⁊ induerūt eū veſtimentis
eius: ⁊ duxerūt eum vt crucifigerent.
Exeuntes autem: inuenerūt hominē
cyreneū/ nomine ſymonē. Hunc angariauerunt:
vt tolleret crucē eius. Et
venerunt in locum qui dicitur golgotha:
quod eſt caluarie locus. Et dederūt
ei vinū bibere: cū felle mixtū. Et
cū guſtaſſet: noluit bibere. Poſtꝙ̄ autē
crucifixerūt eum: diuiſerunt veſtimenta
eius/ ſortē mittentes: vt impleretur
quod dictū eſt per ꝓphetā dicentem.
Diuiſerunt ſibi veſtimēta mea:
E ⁊ ſuper veſtē meā miſerūt ſortem. Et
ſedētes ſeruabāt eū. Et impoſuerunt
ſuper caput eiꝰ cauſam ipſius ſcriptā:
hic eſt ieſus rex iudeoꝝ. Tūc crucifixi
ſunt cū eo duo latrones: vnꝰ a dextris
⁊ vnꝰ a ſiniſtris. Pretereūtes aūt blaſphemabāt
eū: mouētes capita ſua ⁊ dicētes.
a Vah q̄ deſtruis tēplū dei: ⁊ in
triduo illud reedificas. Salua temetipſum.
Si filiꝰ dei es: deſcēde de cruce
m Similiter ⁊ pricipes ſacerdotū illudētes
cū ſcribis ⁊ ſenioribꝰ dicebant. a
Alios ſaluos fecit: ſeipſū nō poteſt ſaluum
facere. Si rex iſrael eſt: deſcen-

dat nũc de cruce ⁊ credimus ei. Confidit in deo: liberet eũ nunc ſi vult. Dixit enim: qꝫ filius dei ſum. m Idipſũ autẽ ⁊ latrones qui crucifixi erãt cum eo: impꝛoperabãt ei. A ſexta autẽ hoꝛa tenebꝛe facte ſunt ſup vniuerſam F terraꝫ: vſqꝫ ad hoꝛã nonã. Et circa hoꝛã nonã clamauit ieſus voce magna dicens. b Heloy heloy lamazabathani. m Hoc eſt. b Deus meus: deus meus vt quid dereliquiſti me? m Quidã autem illic ſtantes ⁊ audientes: dicebãt. a Helyam vocat iſte. m Et continuo currens vnus ex eis: acceptam ſpongiam impleuit aceto: ⁊ impoſuit arundini: ⁊ dabat ei bibere. Ceteri vero dicebant. a Sine/ videamus an veniat helyas liberans eum. m Ieſus autẽ iterum clamans voce magna: emiſit ſpiritũ. Hic inclinet ſe dyaconus/ vel pꝛſternet verſus oꝛientem: ⁊ dicat priuatim. Pater noſter. Aue ma. et In manꝰ tuas dñe. Deinde ſurgat: ⁊ poſtea reſiduũ paſſionis legat. m. Et ecce velũ templi ſciſſum eſt in duas partes: a ſummo vſqꝫ deoꝛſum. Et terra mota eſt. Et petre ſciſſe ſunt: ⁊ monumẽta aperta ſũt: ⁊ multa coꝛpoꝛa ſanctoꝝ qui doꝛmierant ſurrexerunt. Et exeũtes de monumentis poſt reſurrectionẽ eius venerũt in ſanctã ciuitatẽ ⁊ apparuerũt multis. Cẽturio autẽ ⁊ qui cũ eo erant cuſtodientes ieſum: viſo terremotu ⁊ his que fiebant: timuerunt valde dicẽtes. a Uere filius dei erat iſte. m Erant autez ibi mulieres multe a longe: que ſecute erãt ieſum a galilea/ miniſtrantes ei. Inter quas erat maria magdalene: ⁊ maria iacobi G ⁊ ioſeph mater: ⁊ mater filioꝝ zebedei. Cũ autẽ ſero factũ eſſet: venit quidaꝫ homo diues ab arimathia/ nomine ioſeph: qui et ipſe diſcipulus erat ieſu. Hic acceſſit ad pylatũ: ⁊ petiit coꝛpus ieſu. Tũc pylatꝰ iuſſit reddi coꝛpꝰ. Et accepto coꝛpoꝛe ioſeph: inuoluit illud in ſyndone munda: ⁊ poſuit illud in monumento ſuo nouo quod exciderat in petra. Et aduoluit ſaxũ magnum ad oſtium monumenti ⁊ abiit. Erant autem ibi maria magdalene ⁊ altera maria: ſedentes contra ſepulchꝛũ. Euangelia vero in fine omniũ paſſionũ etiã in die paraſceues alta voce legantur moꝛe duplicis feſti. Omnes autẽ paſſiones: ſupꝛadicto modo legantur ſecũdum vſum Sarum. Tamen in die paraſceue: non dicitur. Dñs vobiſcũ ⁊ ſine titulo incipiatur euangelium.

Altera autẽ die que eſt poſt paraſceuẽ: cõuenerũt pꝛincipes ſacerdotũ ⁊ pharisei ad pylatũ dicẽtes. Domine/ recoꝛdati ſumus: quia ſeductoꝛ ille dixit adhuc viuẽs: poſt tres dies reſurgã. Iube ergo cuſtodiri ſepulchꝛũ vſqꝫ in diem tertium: ne foꝛte veniant diſcipuli eius ⁊ furentur eum: ⁊ dicãt plebi ſurrexerit a moꝛtuis. Et erit nouiſſimꝰ erroꝛ peioꝛ pꝛioꝛe. Ait illis pylatus. Habetis cuſtodiam. Ite cuſtodite: ſicut ſcitis. Illi autẽ abeũtes: munierunt ſepulchꝛum ſignãtes lapidẽ: cum cuſtodibus. Offe. Impꝛoperium expectauit coꝛ meuꝫ ⁊ miſeriam et ſuſtinui qui ſimul contriſtaretur ⁊ non fuit: conſolantem me queſiui/ et non inueni: et dederunt in eſcam meam fel: ⁊ in ſiti mea potauerunt me aceto. Secreta.

Tibi deus pater omnipotens immaculati agni paſchale offerimus holocauſtum: cuius nos ſanguine ab exterminatoꝛis vaſtatione ſaluatos ad terram queſumus tue repꝛomiſſionis inducas. Per eundem do. Prefatio quotidiana. Cõio. Pater/ ſi non poteſt hic calix tranſire niſi bibam illũ mat. 26 C fiat voluntas tua. Poſtcõmunio.

Fideles tuos queſumus domine benignus intende: vt ſue redemptionis initia recolentes: quoꝛũ munere ſunt refecti: eoꝛum pꝛoficiant incrementis. Per dominum noſtrum.

¶ Feria ſecunda poſt dominicam in ramiſpalmarum. Officium.

ꝑ.34 IUdica domine nocentes me: expugna impugnãtes me appꝛehẽde arma et ſcutum: exurge in adiutoꝛium meum/ domine virtus ſalutis mee. Pſalmꝰ.

Eod. Effunde frameam: et conclude aduerſus eos qui perſequuntur me. Non dicitur Gloꝛia patri. Oꝛatio.

DA queſumus omnipotens deus: vt qui in tot aduerſis ex noſtra infirmitate deficimus: intercedente vnigeniti filij tui paſſione reſpiremꝰ. Qui tecum viuit et regnat.

¶ Lectio yſaie prophete.

cap. 50.c IN diebus illis. Dixit yſaias. Dominus deus meus aperuit michi aurem: ego autem non contradico retroꝛſum nõ abij. Coꝛpus meum dedi percutientibus: ⁊ genas meas vellentibus. Faciẽ meã non auerti ab increpantibꝰ et conſpuentibus in me. Dñs deus auxiliatoꝛ meꝰ: ideo nõ ſum confuſus. Ideo poſui faciẽ meã vt petram duriſſimam: et ſcio quoniã nõ confundar. Iuxta eſt qui iuſtificat me: quis contradicet michi? Stemus ſimul. Quis eſt aduerſarius meus? Accedat ad me. Ecce dominus deus auxiliatoꝛ
D meus. Quis eſt qui condemnet me? Ecce oẽs quaſi veſtimentũ conterentur: tinea comedet eos. Quis ex vobis timens deum: audiens vocẽ ſerui ſui? Quis ambulauit in tenebris: ⁊ nõ eſt lumen ei? Sperat in nomine dñi: et innitatur ſuper dominũ deum ſuum.

ꝑ.34 Grad. Exurge domine et intende iudicio meo: deus meus et dominꝰ meꝰ in cauſam meã. ℣. Effunde frameã: ⁊ conclude aduerſus eos qui me perſequuntur. Tractus. Dñe nõ ſcdm pctã no. vtš. fer. vi. iiij. tẽpoꝛũ. fo. xxxij. Secundum Iohãnem.



Ca. 12.A ANte ſex dies paſche venit ieſus bethaniam vbi fuerat lazarꝰ mortuus quẽ ſuſcitauit ieſꝰ. Fecerũt autem ei cenã ibi: ⁊ martha miniſtrabat. Lazarus vero vnus erat ex diſcumbẽtibꝰ cum eo. Maria ergo accepit libꝛam vnguenti nardi piſtici precioſi: et vnxit pedes ieſu: et extersit capillis ſuis pedes eiꝰ ⁊ domus īpleta eſt ex odoꝛe vnguẽti. Dixit ergo vnus ex diſcipulis eiꝰ/ iudas ſcariothis qui erat eũ traditurꝰ. Quare hoc vnguẽtum nõ venijt trecentis denarijs: ⁊ datum eſt egenis?
B Dixit autẽ hoc: nõ qꝛ de egenis pertinebat ad eũ: ſed qꝛ fur erat/ et loculos habens/ ea que mittebãtur poꝛtabat. Dixit ergo ieſus. Sinite illã: vt ī diẽ ſepulture mee ſeruet illud. Pauperes eni ſẽp habebitis vobiſcũ: me autẽ nõ ſemꝑ habebitis. Cognouit ergo turba multa ex iudeis/ qꝛ illic eſt: ⁊ venerũt nõ ꝓpter ieſum tantũ: ſed vt lazarũ viderent/ quẽ ſuſcitauit a moꝛtuis. Cogitauerũt autẽ pꝛincipes ſacerdotũ vt et lazarũ interficerent: qꝛ multi ꝓpter illũ abibant ex iudeis ⁊ credebant ī ieſum. In craſtinũ autẽ turba multa que venerat ad diẽ feſtũ: cũ audiſſent qꝛ venit ieſus hieroſolimã: acceperũt ramos palmarũ: et pꝛoceſſerunt obuiam ei/ ⁊ clamabant. Oſanna bñdictus ꝙ venit in nomine dñi rex iſrael. Et inuenit ieſus aſellũ: et ſedit ſuꝑ eũ ſicut ſcriptum eſt. Noli timere filia ſyon: ecce rex tuus venit

tibi: ſedens ſup pullū aſine. Hec non
cognouerūt diſcipuli eiꝰ pꝛimum: ſed
quādo gloꝛificatus eſt ieſus: tūc recoꝛ
dati ſunt/qꝛ hec erant ſcripta de eo: et
C hec fecerūt ei. Teſtimoniū ergo perhi
bebat turba que erat cū eo/quādo laza
rū vocauit de monumēto: ⁊ ſuſcitauit
eū a moꝛtuis. Pꝛopterea/⁊ obuiā ve-
nit ei turba: quia audierūt eum feciſſe
hoc ſignū. Phariſei ergo dixerunt ad
ſemetipſos. Videtis qꝛ nichil pꝛofici-
mus? Ecce mūdus totꝰ poſt eū abijt.
Erant autē quidā gentiles ex his qui
aſcenderant: vt adoꝛarent in die feſto.
Hi ergo acceſſerūt ad philippū q̄ erat
a bethſaida galilee: ⁊ rogabant eū di-
centes. Dñe: volumus ieſum videre.
Venit philippus et dicit andꝛee. An-
dꝛeas rurſum et philippus: dixerunt
ieſu. Jeſus autē reſpondit eis dicens.
Venit hoꝛa vt clarificetur filiꝰ hoīs.
D Amen amē dico vobis: niſi granū fru-
menti cadens in terrā moꝛtuū fuerit:
ipſum ſolū manet. Si autē moꝛtuum
fuerit: multū fructū affert. Qui amat
animā ſuā perdet eā. Et qui odit ani-
mā ſuā in hoc mūdo: in vitā eternam
cuſtodit eā. Si quis michi miniſtrat
me ſequatur. Et vbi ſum ego: illic et
miniſter meꝰ erit. Si quis michi mini
ſtrauerit: honoꝛificabit eū pater meꝰ.
Nūc aīa mea turbata eſt. Et quid di-
cam? Pater/ſaluifica me ex hac hoꝛa.
Sed ꝓpterea veni ī hoꝛā hanc. Pater
clarifica nomē tuum. Venit ergo vox
de celo dicens. Et clarificaui: et iterū
E clarificabo. Turba ergo que ſtabat et
audierat: dicebat tonitruū factū eſſe.
Alij autē dicebāt: angelus ei locutus
eſt. Reſpōdit ieſus et dixit. Nō ꝓpter
me hec vox venit: ſed ꝓpter vos. Nūc
iudiciū eſt mūdi: nūc princeps huius
mūdi eiicietur foras. Et ego ſi exalta-
tus fuero a terra: oīa traham ad me-
ipſum. Hoc autē dicebat: ſignificans
qua moꝛte eſſet moꝛiturus. Reſpōdit
ei turba. Nos audiuimꝰ ex lege: quia
chriſtus manet in eternū. Et quomo-
do tu dicis: opoꝛtet exaltari filiū homi
nis? Et quis eſt iſte filius hominis?
Dixit ergo eis ieſus. Adhuc modicū
lumen in vobis eſt. Ambulate dū lucē
habetis: vt nō tenebꝛe vos cōpꝛehen-
dant. Et q̄ ambulat in tenebꝛis: neſcit
quo vadat. Dum lucē habetis credite
in lucē: vt filij lucis ſitis. Hec locutꝰ
eſt ieſus: ⁊ abijt/⁊ abſcondit ſe ab eis.
Offr̄. Eripe me de inimicis meis: dñe ad psal.
te cōfugi doce me facere volūtatē tuā quia 142.
deꝰ meꝰ es tu. ℣. Exaudi me ī tua iuſticia: Eod.
⁊ ne intres ī iudiciū cū ſeruo tuo dñe. Secrē.
Ipſa maieſtati tue domine fideles C
populos cōmendet oblatio: que ꝑ
filiū tuū dñm noſtrū ieſum chꝛiſtum
recōciliauit inimicos. Qui te. Pꝛefa.
Qui coꝛpoꝛali. Cōio Erubeſcant et re- Ps.34.
uereātur ſimul/qui gratulanẗ malis meis:
induātur pudoꝛe ⁊ reuerētia q̄ maligna lo-
quuntur aduerſum me. Poſtcōmunio.
Satiati munere ſalutari tuam do-
mine miſericoꝛdiā depꝛecamur:
vt hoc eodē ſacramēto quo nos tēpoꝛa
liter vegetas: efficias vite eterne par-
ticipes. Per. Super populū Humi-
liate capita veſtra deo. Oratio.
Adiuua nos deꝰ ſalutaris noſter:
et ad beneficia recolēda/quibus
nos inſtaurare dignatꝰ es: tribue ve-
nire gaudētes. Per dñm. ¶ Feria.iij
poſt dñicā in ramiſpalmarū. Officiū.
Nos aūt glo
riari oportet ī cruce Gal.
dñi noſtri ieſu chꝛi- 6.D
ſti: in quo eſt ſalus
vita: et reſurrectio
noſtra: per quē ſal-
uati ⁊ liberati ſumus. Ps. Deus miſe- Ps.66
reatur noſtri ⁊ benedicat nobis: illuminet
vultū ſuū ſup nos ⁊ miſereaẗ nřī. Nō di-
citur Gloꝛia patri. Oratio.
Omnipotens ſempiterne deus da

nobis ita dominice paſſionis ſacramẽta
peragere: vt indulgentiam ꝑcipere
mereamur. Per dñm nr̃m ieſũ xp̃m.

¶ Lectio Hieremie prophete.

cap. 11. D In diebus illis. Dixit hieremias.
Dñe/demõſtraſti michi/⁊ ego cognoui:
tu oſtendiſti michi ſtudia eoꝛũ.
Et ego quaſi agnus manſuetus qui
poꝛtatur ad victimã. Et nõ cognoui:
quia cogitauerũt ſup me cõſilia dicentes.
Mittamus lignũ in panem eiꝰ: et
eradamus eũ de terra viuentiũ: ⁊ nomen
eiꝰ nõ memoꝛetur amplius. Tu
autẽ dñe ſabaoth: qui iudicas iuſte: et
ꝓbas renes ⁊ coꝛda: videã queſo vltionem
tuã ex eis. Tibi eni reuelaui cauſam
ꝑ.34 meã: dñe deꝰ meꝰ. Gꝛ. Ego autẽ
dum michi moleſti eſſent induebam me cilicio:
et humiliabã in ieiunio animã meã: et
Cos. oꝛatio mea ĩ ſinu meo cõuertet. ℣. Iudica
dñe nocẽtes me: expugna ĩpugnãtes me: apprehẽde
arma ⁊ ſcutũ: ⁊ exurge ĩ adiutoꝛiũ
michi. ¶ Sequatur paſſio/hunc ĩ modum.
m. Dominus vobiſcum. Et cũ
ſpiritu tuo. ¶ Paſſio domini noſtri
ieſu chriſti ſecundum Marcum.



Cap 14 A In illo tpe. Erat paſcha et azima
poſt biduũ: et querebant ſummi
ſacerdotes et ſcribe / quomodo ieſum
dolo tenerent: ⁊ occiderent. Dicebant
autẽ. a. Non in die feſto. m. Ne foꝛte
tumultus fieret in populo. Et cũ eſſet
ieſus bethanie ĩ domo ſymõis lepꝛoſi
et recũberet: venit mulier habens alabaſtrũ
vnguẽti nardiſpicati pꝛecioſi:
et fracto alabaſtro effudit ſuper caput
eiꝰ. Erant autẽ quidã indigne ferẽtes
intra ſemetipſos: et dicẽtes. Ut quid
perditio iſta vnguẽti facta eſt? Poterat
eni vnguentum iſtud venundari
pluſq̃ trecentis denarijs: ⁊ dari pauperibꝰ.
m. Et fremebant in eam. Ieſus
autẽ dixit. b. Sinite eam. Quid
illi moleſti eſtis? Bonũ opus operata
eſt in me. Semp enim pauperes habetis
vobiſcum: et cum volueritis/poteſtis
illis benefacere: me autẽ nõ ſemp
habebitis. Quod habuit hec fecit: pꝛeuenit
vngere coꝛpus meum in ſepulturam.
Amen dico vobis: vbicũqꝫ pꝛedicatum
fuerit euangeliũ iſtud in vniuerſo
mundo/⁊ quod fecit hec: narrabitur
ĩ memoꝛiam eius. m. Et iudas
ſcariothis vnus de duodecim: abijt ad
ſummos ſacerdotes vt ꝓderet eũ illis
Qui audiẽtes gauiſi ſũt: et ꝓmiſerũt B
ei pecuniã ſe daturos. Et ꝗrebat quomodo
illũ opoꝛtũe traderet. Et pꝛimo
die azimoꝝ quãdo paſcha imolabant:
dicunt ei diſcipuli. a. Quo vis eamꝰ ⁊
paremꝰ tibi vt manduces paſcha m.
Et miſit duos ex diſcipulis ſuis ⁊ dixit
eis. b. Ite in ciuitatem: ⁊ occurret
vobis homo/ lagenam aque baiulans
Sequimini eũ. Et quocũqꝫ introierit:
dicite dño domus: quia magiſter dicit
Ubi eſt refectio mea vbi paſcha cũ diſcipulis
meis mãducẽ? Et ipſe vobis
demõſtrabit cenaculũ grande ſtratũ:
et illic parate nobis. m. Et abierunt
diſcipuli eiꝰ ⁊ venerunt in ciuitatẽ: et
inuenerũt ſicut dixerat illis: ⁊ parauerũt
paſcha. Veſpere autẽ facto: venit
cũ duodecim. Et diſcũbentibus eis et
manducãtibꝰ: ait ieſus. b. Amen dico
vobis: quia vnus ex vobis me tradet
qui manducat mecum. m. At illi cepe-

runt cõtriſtari: ⁊ dicere ei ſingulatim.
a. Nunquid ego? m. Qui ait illis. b.
Unus ex duodecim: q̇ intingit mecũ
C manũ in catino. Et filiꝰ quidẽ homi-
nis vadit: ſicut ſcriptum eſt de eo. Ve
autẽ homini illi: ꝑ quẽ filius hominis
tradetur. Bonũ erat ei/ſi nõ eſſet na-
tus hõ ille. m. Et mãducantibꝰ illis:
accepit ieſus panẽ et bñdicens fregit/
et dedit eis: et ait. b. Sumite/hoc eſt
corpꝰ meũ. m. Et accepto calice: gra-
tias agens dedit eis Et biberũt ex illo
oẽs. Et ait illis. b. Hic eſt ſãguis meꝰ
noui teſtamẽti: qui ꝓ multis effunde-
tur. Amẽ dico vobis ꝙ iam nõ bibam
de genimine vitis: vſqꝫ in diẽ illũ cum
illud bibam nouũ in regno dei. m. Et
hymno dicto: exierũt in mõtẽ oliuarũ.
Et ait eis ieſus. b. Oẽs ſcandalizabi-
mini in nocte iſta: qꝛ ſcriptũ eſt. Per-
cutiam paſtorẽ: ⁊ diſpergentur oues.
Sed poſtꝙ̃ reſurrexero: precedã vos
in galileã. m. Petrus autẽ ait illi. a.
Et ſi oẽs ſcandalizati fuerint: ſed nõ
ego. m. Et ait illi ieſus. b. Amen dico
tibi: quia tu hodie in nocte hac priuſꝙ̃
gallus bis vocem dederit: ter me es ne-
gaturus. m. At ille amplius loqueba-
tur. a. Et ſi oportuerit me ſimul com-
mori tibi: nõ te negabo. m. Similiter
D autẽ ⁊ oẽs dicebant. Et venerũt in pre-
dium/cui nomẽ gethſemani: ⁊ ait diſci-
pulis ſuis. b. Sedete hic donec orem.
m. Et aſſumpſit petrũ: ⁊ iacobum/et
iohannẽ ſecũ: ⁊ cepit pauere ⁊ tedere.
Et ait illis. b. Triſtis eſt anima mea
vſqꝫ ad mortẽ. Suſtinete hic: ⁊ vigila-
te. m. Et cũ proceſſiſſet paululũ: pro-
cidit ſuper terram ⁊ orabat: vt ſi fieri
poſſet trãſiret ab eo hora. Et dixit. b.
Abba pater: oĩa tibi poſſibilia ſunt:
transfer calicẽ hunc a me. Sed nõ qḋ
ego volo: ſed qḋ tu. m. Et venit: et in-
uenit eos dormiẽtes. Et ait petro. b.
Symõ dormis? Nõ potuiſti vna hora
vigilare? Vigilate ⁊ orate: vt nõ intre-
tis in tẽptationem. Spiritus quidem
prõptus eſt: caro autẽ infirma. m. Et
iterũ abiens orauit eundẽ ſermonem
dicens. Et reuerſus denuo: ĩuenit eos
dormiẽtes. Erant enĩ oculi eorũ gra-
uati: ⁊ ignorabant quid reſpõderẽt ei.
Et venit tertio: ⁊ ait illis. b. Dormite E
iam ⁊ requieſcite. Sufficit. Venit hora
ecce tradetur filius hõis in manꝰ pec-
catorũ. Surgite eamus: ecce q̇ me tra-
det ꝓpe eſt. m. Et adhuc eo loquente:
venit iudas ſcarioth vnus ex duode-
cim: et cum eo turba multa cum gla-
dijs et lignis miſſi a ſummis ſacerdo-
tibus: ⁊ ſenioribꝰ/et ſcribis. Dederat
autẽ traditor eis ſignũ dicẽs. a. Quẽ-
cunqꝫ oſculatus fuero: ipſe eſt tenete
eũ: ⁊ ducite caute. m. Et cũ veniſſet:
ſtatim accedẽs ad eũ ait. a. Rabbi. m.
Et oſculatus eſt eũ. At illi manꝰ inie-
cerunt in ieſum: ⁊ tenuerũt eũ. Unus
autẽ de circunſtantibus/educens gla-
diũ: percuſſit ſeruũ ſummi ſacerdotis
et amputauit illi auriculã. Et reſpon-
dens ieſus ait illi. b. Tanꝙ̃ ad latro-
nem exiſtis: cum gladijs et lignis cõ-
prehendere me. Quotidie eram apud
vos in templo docens: et non me te-
nuiſtis. Sed vt impleantur ſcriptu-
re. m. Tunc diſcipuli eius relinquen-
tes eum: omnes fugerunt. Adoleſcẽs
autẽ quidã ſequebatur eum amictus
ſyndone ſuper nudo: ⁊ tenuerunt eũ.
At ille reiecta ſyndone nudus profu-
git ab eis. Et adduxerunt ieſum ad F
ſummũ ſacerdotem. Et conuenerunt
omnes ſacerdotes: ⁊ ſcribe ⁊ ſeniores.
Petrus autem a longe ſecutus eſt eũ:
vſqꝫ intro in atrium ſummi ſacerdo-
tis. Et ſedebat cũ miniſtris: ⁊ calefa-
ciebat ſe ad ignem. Summi vero ſacer-
dotes/et omne conſilium: querebant
aduerſus ieſus teſtimoniũ vt eũ morti
traderent: nec inueniebãt. Multi enĩ
falſum teſtimonium dicebant aduer-
ſus eũ: ⁊ cõuenientia teſtimonia illo-

rum non erant. Et quidam ſurgẽtes
falſum teſtimoniũ ferebant aduerſus
eũ dicentes. a. Qm̃ nos audiuimꝰ eũ
dicentẽ. Ego diſſoluã tẽplũ hoc manu
factum: ⁊ poſt triduũ aliud nõ manu=
factũ edificabo. m. Et nõ erat conue=
G niens teſtimoniũ illoꝝ. Exurgens au
tem ſummꝰ ſacerdos in mediũ: inter=
rogauit ieſum dicens. a. Non reſpon=
des quicq̃ ad ea que tibi obijciũtur ab
his? m. Ille autẽ tacebat: ⁊ nichil re=
ſpondit. Rurſum ſummꝰ ſacerdos in=
terrogabat eũ: ⁊ dixit ei. a. Tu es chꝛi
ſtus filius dei bñdicti? m. Jeſus autẽ
dixit illi. b. Ego ſum. Et videbitis fi=
liũ hominis ſedentẽ a dextris virtutis
dei: et venientem cũ nubibus celi. m.
Summus autẽ ſacerdos: ſcindens ve
ſtimenta ſua ait. a. Quid adhuc deſi=
G deramꝰ teſtes? Audiſtis blaſphemiã.
Quid vobis videtur? m. Qui oẽs cõ
demnauerunt eum eſſe reum moꝛtis.
Et ceperunt quidã conſpuere in eũ: ⁊
velare faciẽ eius: ⁊ colaphis eũ cedere
et dicere ei. a. Prophetiza. m. Et mi=
niſtri alapis eũ cedebant. Et cũ eſſet
petrus in atrio ſeoꝛſum: venit vna ex
ancillis ſummi ſacerdotis. Et cum vi
diſſet petrũ calefacientem ſe: aſpicens
illum ait. a. Et tu cum ieſu nazareno
eras? m. At ille negauit dicẽs. a. Neqꝫ
ſcio: neqꝫ noui quid dicas. m. Et exijt
foꝛas ante atrium: et gallus cantauit.
Rurſus autẽ cum vidiſſet illum alia
ancilla: cepit dicere circunſtantibus:
F quia hic ex illis eſt. At ille iterum ne=
gauit. Et poſt puſillũ: rurſus qui aſta
bant: dicebant petro. a. Vere ex illis
es: nam et galileus es. m. Ille autem
cepit anathematizare et iurare: quia
neſcio hominem iſtum quem dicitis.
Et ſtatim iterum gallus cantauit. Et
recoꝛdatꝰ eſt petrus verbi qđ dixerat
mar. et ieſus: pꝛiuſq̃ gallus cantet bis/ter
cap. me negabis: et cepit flere. Et cõfeſtim
15. A mane conſiliũ facientes ſummi ſacer=
dotes cũ ſenioꝛibꝰ ⁊ ſcribis ⁊ vniuer=
ſo cõſilio: vincientes ieſum duxerũt ⁊
tradiderunt pylato. Et interrogauit
eum pylatus. a. Tu es rex iudeoꝛũ?
m. At ille reſpõdens ait illi. b. Tu di=
cis. m. Et accuſabant eũ ſũmi ſacer=
dotes in multis. Pylatus autẽ rurſũ
interrogauit eũ dicens. a. Nõ reſpon
des quicq̃? Vide ĩ quãtis te accuſant.
m. Jeſus autẽ amplius nichil reſpon
dit: ita vt miraretur pylatus. Per diẽ
autẽ feſtũ ſolebat dimittere illis vnũ
ex vinctis quẽcũqꝫ petiſſent. Erat au
tem qui dicebatur barrabas: qui cum
ſediciosis erat vinctus qui ĩ ſeditione
fecerat homicidiũ. Et cum aſcendiſſet
turba: cepit rogare ſicut ſẽp faciebat
illis. Pylatꝰ autẽ reſpõdit eis ⁊ dixit.
a. Vultis dimittã vobis regẽ iudeo=
rum? m. Sciebat enĩ ꝙ per inuidiam
tradidiſſent eum ſummi ſacerdotes.
Pontifices autẽ concitauerũt turbã:
vt magis barrabam dimitteret eis.
Pylatus autẽ iterũ reſpõdẽs ait illis.
a. Quid ergo vultis faciã regi iudeo=
rum? m. At illi iterũ clamauerunt. a.
Crucifige eũ. m. Pylatus vero dice=
bãt eis. a. Quid enim mali fecit? m.
At illi magis clamabãt. a. Crucifige B
eum. m. Pylatus aũt volens populo
ſatiſfacere dimiſit illis barrabam: et
tradidit eis ieſum flagellis ceſum vt
crucifigeretur. Milites autẽ duxerũt
eum in atrium pretoꝛij: et conuocant
totam cohoꝛtẽ: et induũt eũ purpura:
et imponunt ei plectentes ſpineã coꝛo
nam: ⁊ ceperunt ſalutare eũ dicentes.
a. Aue rex iudeoꝛum. m. Et percutie
bant caput eius arundine: et cõſpue=
bant eũ: ⁊ ponentes genua adoꝛabant
eũ. Et poſtq̃ illuſerũt ei: exuerũt illũ
purpura: ⁊ induerunt eũ veſtimentis
ſuis: ⁊ educũt illũ vt crucifigerent eũ.
Et angariauerũt pretereuntẽ quẽpiã
ſymonẽ cyreneũ venientẽ de villa: pa=
trẽ alexandꝛi et rufi: vt tolleret crucẽ

eius. Et perducunt illum in golgotha locum: quod eſt interpretatũ caluarie locus. Et dabant ei bibere myrrhatũ C vinũ: ⁊ non accepit. Et crucifigentes eum: diuiſerunt veſtimenta eius mittentes ſortem ſuper eis: quis quid tolleret. Erat autem hora tertia: ⁊ crucifixerunt eũ. Et erat titulus cauſe ei⁹ inſcriptus: rex iudeorũ. Et cũ eo crucifixerũt duos latrões: vnũ a dextris/ et alium a ſiniſtris eius: et adimpleta eſt ſcriptura que dicit. Et cum iniquis reputatus eſt. Et pretereuntes blaſphemabant eum: mouẽtes capita ſua et dicentes. a. Vah qui deſtruis templum dei: et in tribus diebus reedificas illud. Saluum fac temetipſum: deſcendens de cruce. m. Similiter et ſummi ſacerdotes illudẽtes: ad alterutrum cum ſcribis dicebant. a. Alios ſaluos fecit: ſeipſum non poteſt ſaluũ facere. Chriſtus rex iſrael deſcendat nunc de cruce: vt videamus et credamus. n. Et qui cũ eo crucifixi erant: conuiciabãtur ei. Et facta hora ſexta tenebre facte ſunt per totam terram/ vſqz in horam nonam. Et hora nona: exclamauit ieſus voce magna dicẽs. b Heloy heloy lamazabathani. m. Qđ eſt interpretatũ. b. Deus meus: deus meus: vt quid dereliquiſti me? n. Et quidam de circumſtantibus audientes dicebãt. i. Ecce helyã vocat. m. D Currens autem vnus et implens ſpongiã aceto circũponenſqz calamo: potũ dabat ei/ dicens. a. Sinite videamus ſi veniat helyas ad deponẽdum eum. n. Jeſus autem emiſſa voce magna: expirauit. Hic fiat genuflexio dicendo. Pater noſter. Aue maria. In manus tuas. m. Et velum tẽpli ſciſſum eſt in duo: a ſummo vſqz deorſum. Videns autem centurio/ qui ex aduerſo ſtabat: quia ſic clamans expiraſſet ait. a. Vere hic homo: filius dei erat. n. Erant autẽ et mulieres de longe aſpicientes: inter quas erat maria magdalene et maria iacobi minoris: ⁊ ioſeph mater: et ſalome. Et cum eſſet in galilea: ſequebantur eum/ et miniſtrabãt ei: et alie multe que ſimul cũ eo aſcenderant hieroſolymã. Euangelium.

Et cum iam ſero factũ eſſet: quia erat paraſceue/ quod eſt ãte ſabbatum: venit ioſeph ab arimathia nobilis decurio: qui et ipſe erat expectãs regnum dei. Et audacter introiuit ad pylatum: et petijt corpus ieſu. Pylatus autem mirabatur ſi iam obijſſet. Et accerſito centurione: interrogauit eum ſi iam mortuus eſſet. Et cum cognouiſſet a centurione: donauit corpus ioſeph. Joſeph autem mercatus ſyndonem: et deponens eum inuoluit ſyndone: ⁊ poſuit eum in monumẽto/ qđ erat exciſum de petra. Et aduoluit lapidem ad oſtium monumẽti. Offer. Cuſtodi me dñe de manu peccatoris: et ab hominib⁹ iniquis eripe me dñe. ℣. Qui cogitauerũt ſupplãtare greſſus meos: abſconderunt ſuperbi laqueũ michi. psal. 139. Jvis Secreta.

Dicate tibi plebis domine queſumus oblationes ſanctifica: vt a terrene vetuſtatis conuerſione mundati: celeſtis vite profectibus innouemur. Per dñm. Prefatio. Qui corporali ieiunio. Cõio. Aduerſum me exercebantur qui ſedebant in porta: ⁊ in me pſallebant qui bibebant vinũ: ego vero orationẽ meã ad te dñe tẽpus beneplaciti tui de⁹ in multitudine miſericordie tue. p̄.68 Poſtcõ.

Repleti dñe ſacri muneris gratia ſupplices exoramus: vt que guſtu corporeo dulci veneratione contigimus: dulciora mentibus ſentiamus. Per dñm nr̃m. Super populũ. Humiliate capita veſtra deo. Oratio.

Tua nos miſericordia deus et ab omni ſurreptione vetuſtatis expurget: ⁊ capaces ſancte nouitatis efficiat. Per. ¶ Feria quarta poſt dominicam in ramiſpalmarum. Officium

Phil' 2.B IN nomiẽ domini omne genu flectatur: celeſtiũ terreſtriũ et infernoꝛũ: qꝛ dñs factꝰ eſt obediẽs vſqꝫ ad moꝛtem: moꝛtem autem crucis: ideo dominꝰ ieſus chꝛiſtus/ in gloꝛia eſt dei patris. ṽs

pſal. 101. Domine exaudi oꝛationẽ meã: et clamoꝛ meus ad te veniat. Non dicitur Gloꝛia patri. Sequatur oꝛatio/ ſine Dominꝰ vobiſcum. ſed tantũ cum Oꝛemus/ et Flectamus genua Leuate. Oꝛatio.

PReſta queſumus oĩpotens deus vt qui noſtris exceſſibꝰ inceſſanter affligimur: per vnigeniti tui paſſionem liberemur. Qui tecum viuit.

¶ Lectio Iſaie prophete

Cap 63 A HEc dicit dominus deꝰ. Dicite filie ſyon: ecce ſaluatoꝛ tuꝰ venit. Ecce merces eius cum eo: ⁊ opus illiꝰ coꝛam illo. Quis eſt iſte qui venit de edon: tinctis veſtibus de boſra? Iſte foꝛmoſus ĩ ſtola ſua: gradiens in multitudine foꝛtitudinis ſue. Ego qui loquoꝛ iuſtitiam: ⁊ pꝛopugnatoꝛ ſum ad ſaluãdũ. Quare ergo rubꝛũ eſt indumentũ tuũ: ⁊ veſtimenta tua ſicut calcantium in toꝛculari? Toꝛcular calcaui ſolus: et de gentibꝰ nõ eſt vir mecũ. B Calcaui eos in furoꝛe meo: et conculcaui eos ĩ ira mea. Et aſperſus eſt ſanguis eoꝛũ ſuper veſtimẽta mea: et oĩa indumenta mea inquinaui. Dies enĩ vltionis in coꝛde meo: annus retributionis mee venit. Circũſpexi/ et non erat auxiliatoꝛ: queſiui ⁊ non fuit qui adiuuaret. Et ſaluauit michi bꝛachiũ meũ: et indignatio mea ipſa auxiliata eſt michi. Et cõculcaui populos in furoꝛe meo: ⁊ inebꝛiaui eos indignatiõe mea: ⁊ detraxi in terrã virtutẽ eoꝛum. Miſerationũ dñi recoꝛdaboꝛ. Laudẽ dñi annunciabo: ſuper omnibus que reddidit nobis: dñs deus noſter. Gr.

Ne auertas faciẽ tuã a puero tuo: quoniã tribuloꝛ/ velociter exaudi me. ṽ. Saluum me fac deus: qm̃ intrauerunt aque vſqꝫ ad animã meã: infixus ſum in limo ꝓfundi: ⁊ nõ eſt ſubſtãtia. p̃.68 Ibis Sequatur. Dñs vobiſcũ Oꝛemus. et Flectamꝰ genua le. Oꝛo

DEus qui pꝛo nobis filium tuum crucis patibulum ſubire voluiſti/ vt inimici a nobis expelleres poteſtatem: cõcede nobis famulis tuis: vt reſurrectionis eius gratiam cõſequamur. Per eũdẽ. Hic dicuntur memorie conſuete. Lectio Iſaie prophete.

IN diebꝰ illis. Dixit yſaias. Dñe quis credidit auditui noſtro: et cap. 53.A bꝛachiũ dñi cui reuelatũ eſt? Et aſcendet ſicut virgultum coꝛã eo: ⁊ ſicut radix de terra ſitienti: ⁊ nõ eſt ſpecies ei/ neqꝫ decoꝛ. Et vidimus eũ: ⁊ non erat aſpectus: ⁊ deſiderauimus eum deſpectum ⁊ nouiſſimũ viroꝛũ: virum doloꝛum ⁊ ſcientem infirmitatẽ. Et quaſi abſconditus vultus eiꝰ et deſpectus: vnde nec reputauimus eũ. Uere languoꝛes nr̃os ipſe tulit: ⁊ doloꝛes nr̃os ipſe poꝛtauit. B Et nos putauimꝰ eum quaſi lepꝛoſum: ⁊ percuſſum a deo/ et humiliatũ. Ipſe autẽ vulneratus eſt ꝓpter iniquitates noſtras: attritꝰ eſt pꝛopter ſcelera noſtra. Diſciplina pacis noſtre ſup eũ: ⁊ liuoꝛe eiꝰ ſanati ſumus. Oẽs nos quaſi oues errauimꝰ: vnuſquiſqꝫ in viã ſuam declinauit: et dñs poſuit in eo/ iniquitatẽ omnium noſtrũ. Oblatus eſt/ quia ipſe voluit et nõ aperuit os ſuum. Sicut ouis ad occiſionẽ ducetur: ⁊ quaſi agnus coꝛã tondente ſe/ obmuteſcet: et nõ aperiet os ſuũ. De ãguſtia: ⁊ de iudicio ſublatus eſt. C Generationẽ eiꝰ quis enarrabit? Quia abſciſſus eſt de terra viuentiũ. Propter ſcelus ppl̃i mei ꝑcuſſi eũ et dabit ĩpios ꝓ ſepultura: ⁊ diuites ꝓ moꝛte ſua eo ꝙ iniquitatẽ nõ fecerit: neqꝫ dolus fuerit in oꝛe eiꝰ. Et dominus voluit cõterere eũ in infirmitate.

Si poſuerit ꝓ peccato animā ſuā/videbit ſemen longeuū: ⁊ voluntas dñi in manu ei⁹ dirigetur: ꝓ eo ꝙ tradidit in mortē animā ſuā: ⁊ cū ſceleratis reputatus eſt. Et ipſe peccata multoꝝ tulit: ⁊ ꝓ trāſgreſſorib⁹ rogauit/vt nō perirent. Dicit domin⁹ omnipotens.

Chorus alternatim dicat tract⁹. ita ꝙ dū ℣. canitur: chorus ex illa pte/ſtare tenēt: alia parte chori interim ſedēte. et ſic ꝑcantet̄ tot⁹ tract⁹ a choro/ quādocūqꝫ dr̄ tract⁹ a choro in ſtallis/a ſeptuageſima vſqꝫ ad paſcha. Tractus

pſal. 101. et oīa infra DOmine exaudi orationē meā: et clamor me⁹ ad te veniat. ℣. Ne auertas faciē tuā a me: in quacūqꝫ die tribulor inclina ad me aurē tuā. ℣. In quacūqꝫ die inuocauero te: velociter exaudi me ℣. Quia defecerūt ſicut fumus dies mei: et oſſa mea ſicut in frixorio cōfrixa ſunt. ℣. Percuſſus ſum ſicut fenum et aruit cor meū: qꝛ oblit⁹ ſum māducare panē meū. ℣. Tu exurgēs dñe miſereberis ſyō: qꝛ venit tēpus miſerēdi ei⁹. ¶ Sequat̄ paſſio hūc in modū m. Dñs vobiſcū. Et cū ſpiritu tuo.

¶ Paſſio domini noſtri ieſu chriſti. Secundum Lucam.

Cap̄ 22. A IN illo tēpore. Appropiquabat autē dies feſtus azimoꝝ qui dicitur paſcha. Et querebant principes ſacerdotū et ſcribe: quomodo ieſum interficerēt Timebant vero plebem. Intrauit autem ſathanas in iudam/qui cognominabatur ſcarioth/vnū de duodecim: ⁊ abijt/ ⁊ locut⁹ eſt cū principibus ſacerdotū/ ⁊ magiſtratib⁹: quēadmodū illū traderet eis. Et gauiſi ſunt ⁊ pacti ſūt pecuniam illi dare. Et ſpopondit. Et querebat oportunitatē: vt traderet illum ſine turbis. Venit autē dies azimoꝝ/i qua neceſſe erat occidi paſcha: et miſit petrum et iohannem/dicens. b. Eūtes parate nobis paſcha vt māducemus. m. At illi dixerunt. a. Vbi vis paremus? m. Et dixit ad eos. b. Ecce introeūtibus vobis in ciuitatē: occurret vobis homo quidā/amphorā aque portans: ſequimini eū in domū i quā intrat: ⁊ dicetis patrifamilias domus. D Dicit tibi magiſter. Vbi eſt diuerſoriū: vbi paſcha cū diſcipulis meis manducē? Et ipſe vobis oſtēdet cenaculū magnū ſtratū: ⁊ ibi parate. m. Euntes autē inuenerūt ſicut dixit illis ⁊ parauerūt paſcha. Et cum facta eſſet hora/diſcubuit: ⁊ duodecim apoſtoli cum eo. Et ait illis. b. Deſiderio deſideraui hoc paſcha manducare vobiſcum: anteꝙ̈ patiar. Dico enim vobis: quia ex hoc nō manducabo illud: donec impleat̄ in regno dei. m. Et accepto calice: gratias egit ⁊ dixit. b. Accipite/⁊ diuidite inter vos. Dico enim vobis/ꝙ nō bibam de generatione vitis: donec regnū dei veniat. m. Et accepto pane: gratias egit ⁊ fregit: et dedit eis dicens. b. Hoc eſt corpus meū/ qđ ꝓ vobis datur: hoc facite in meam cōmemorationē. m. Similiter ⁊ calicem poſtꝙ̈ cenauit/ dicens. b. Hic eſt calix nouū teſtamētū i ſanguine meo: qui ꝓ vobis fundet̄. E Veruntamē ecce man⁹ tradentis me/mecū eſt in mēſa. Et quidē fili⁹ hominis/ſcđm ꝙ diffinitum eſt vadit. Veruntamen ve homini illi: ꝑ quē tradet̄. m. Et ipſi ceperunt querere inter ſe: quis eſſet ex eis ꝗ hoc facturus eſſet. Facta eſt autē cōtentio inter eos: quis eoꝝ videret̄ eſſe maior. Dixit autē eis. b. Reges gentium dominātur eorū: et qui poteſtatē habent ſup eos/benefici vocantur. Vos autē nō ſic. Sed qui maior eſt in vobis: fiat ſicut minor. Et qui preceſſor eſt: ſicut miniſtrator. Nam quis maior eſt: qui recūbit/an qui miniſtrat? Nonne qui recūbit? Ego autē in medio veſtrum ſum: ſicut qui miniſtrat. Vos autem

eſtis qui permāſiſtis mecū in tentatio
nibus meis. Et ego diſpono vobis/ ſi-
cut diſpoſuit michi pater meus regnū
vt edatis ⁊ bibatis ſuper mēſam meā
in regno meo: et ſedeatis ſuꝑ thronos/
iudicantes duodecim tribus iſrael. m
D Ait autez dn̄s ſymoni. b Symon: ecce
ſathanas expetiuit vos/ vt cribraret ſi
cut triticū. Ego autē rogaui pro te: vt
non deficiat fides tua. Et tu aliquādo
conuerſus: confirma fratres tuos. m
Qui dixit ei. a Domine: tecū paratus
ſum: ⁊ in carcerem/ ⁊ in mortem ire. m
Et ille dixit. b Dico tibi petre non cā-
tabit hodie gallus: donec ter abneges
noſſe me. m Et dixit eis. b Quādo mi
ſi vos ſine ſacculo/ ⁊ pera/ ⁊ calciamē-
tis: nunquid aliquid defuit vobis? m
At illi dixerūt. a Nihil. m Dixit ergo
eis. b Sed nunc qui habet ſacculū: tol
lat ſimiliter ⁊ perā. Et qui non habet
vendat tunicā ſuā/ ⁊ emat gladiū. Di-
co enim vobis: quoniā adhuc hoc quod
ſcriptuz eſt/ oportet impleri in me. Et
cuz iniquis deputatus eſt. Etenim ea
que ſunt de me: finem habent. m At il
li dixerunt. a Domine: ecce gladii duo
hic. m At ille dixit eis. b Satis eſt. m
Et egreſſus: ibat ſecūdū cōſuetudinē
E in montē oliuarū. Secuti ſunt autem
illū/ ⁊ diſcipuli. Et cuz perueniſſet ad
locū: dixit illis. b Orate: ne intretis in
tentationez. m Et ipſe auulſus eſt ab
eis: q̄tum iactus eſt lapidis. Et poſi-
tis genibus: orabat dicēs. b Pater: ſi
vis/ transfer calicem iſtum a me. Ve-
runtamen non mea voluntas: ſed tua
fiat. m Apparuit autez illi angelus de
celo: cōfortans eum. Et factus in ago-
nia/ prolixius orabat. Et factus eſt ſu
dor eius ſicut gutte ſanguinis/ decur-
rentis in terram. Et cū ſurrexiſſet ab
oratione/ ⁊ veniſſet ad diſcipulos ſuos
inuenit eos dormiētes pre triſticia. Et
ait illis. b Quid dormitis? Surgite
orate: ne itretis in tētationē. m Adhuc
eo loquēte ecce turba ⁊ qui vocabatur
iudas vnus de duodecim/ antecedebat
eos. Et appropinquauit ieſu: vt oſcu-
laretur eū. Jeſus autē dixit illi. b Ju-
da: oſculo filiū hominis tradis? Vidē-
tes autez hi qui circa ipſum erāt quod
futurū erat: dixerūt ei. a Dn̄e: ſi per-
F cutim⁹ in gladio? m Et percuſſit vn⁹
ex illis ſeruū principis ſacerdotū ⁊ am
putauit auriculā eius dexterā. Reſpō
dens aūt ieſus/ ait. b Sinite vſqꝫ huc
m Et cū tetigiſſet auriculā eius: ſana
uit eū. Dixit autē ieſus ad eos qui ve-
nerāt ad ſe: principes ſacerdotū/ ⁊ ma
giſtratus templi: ⁊ ſeniores. b Quaſi
ad latronē exiſtis cū gladiis ⁊ fuſtib⁹:
cū quotidie vobiſcū fuerim in templo
⁊ nō extēdiſtis manus in me. Sed hec
eſt hora veſtra: ⁊ poteſtas tenebraruz.
m Cōprehendentes autē euz: duxerūt
ad domū principis ſacerdotū. Petrus
vero ſequebatur eū a longe. Accenſo
autem igne in medio atrii/ ⁊ circumſe-
dētibus illis: erat petrus in medio eo-
rū. Quem cū vidiſſet ancilla quedam
ſedentē ad lumen/ ⁊ eū fuiſſet intuita:
dixit. a Et hic cū illo erat. m At ille ne
gauit eū: dicēs. a Mulier: non noui il-
lum. m Et poſt puſillum: alius vidēs
eū/ dixit. a Et tu de illis es? m Petr⁹
vero ait. a O homo: non ſum. m Et
interuallo facto quaſi hore vnius: ali-
G us quidā affirmabat dicēs. a Vere et
hic cū illo erat: nā ⁊ galileus eſt? m Et
ait petrus. a Homo: neſcio quid dicis
m Et continuo adhuc eo loquēte: can-
tauit gallus. Et cōuerſus dn̄s: reſpe-
xit petrum. Et recordatus eſt petrus
verbi dn̄i ſicut dixerat: qꝛ priuſqꝫ gal-
lus cantet: ter me negabis. Et egreſ-
ſus foras petrus: fleuit amare. Et vi-
ri qui tenebant illū: illudebant ei cedē
tes. Et velauerunt eū: et percutiebāt
faciē eius/ ⁊ interrogauerūt eū/ dicen-
tes. a Prophetiza: quis eſt qui te per-
cuſſit? m Et alia mlt̄a blaſphemātes:

dicebāt in eū. Et vt factus est dies: cōuenerūt
seniores plebis/ ꝛ p̄ncipes sacerdotū:
ꝛ scribe: ꝛ duxerūt illū in cōsiliū
suū dicētes. a Si tu es christus: dic
nobis. m Et ait illis. b Si vobis dixero:
nō credetis michi. Si autē ꝛ interrogauero:
nō respōdebitis michi: neqꝫ
dimittetis. Ex hoc autē erit filius hominis
sedēs a dextris virtutis dei. m.
Dixerūt aūt oēs. a Tu ergo es filius
dei? m Qui ait. b Uos dicitis/ qꝛ ego
sum. m At illi dixerūt. a Quid adhuc
desideramꝰ testimoniū? Ipsi enim audiuimus
Luce diuimus de ore eius. m Et surgēs oīs
23.ca multitudo eoꝝ: duxerūt illū ad pylatū
A Ceperūt autē accusare illū/ dicētes. a
Hunc inuenimus subuertētē gentē nostrā:
ꝛ p̄hibentē tributa dari cesari: et
dicentē se christū regē esse. m Pylatꝰ
autē interrogauit eum dicēs. a Tu es
rex iudeoꝝ? m At ille respōdēs/ ait. b
Tu dicis. m Ait autē pylatꝰ ad principes
sacerdotū/ ꝛ turbas. a Nichil inuenio
cause in hoc homine. m At illi inualescebāt/
dicētes. a Cōmouit populū
docens per vniuersam iudeā: incipiēs
a galilea vsqꝫ huc. m Pylatꝰ autem
audiēs galileā: interrogauit si homo
galileus esset. Et vt cognouit ꝙ de
herodis potestate esset: remisit euꝫ ad
B herodē: qui ꝛ ipse erat hierosolymis illis
diebus. Herodes autē viso iesu gauisus
est valde. Erat enim cupiens ex
multo tēpore videre eū: eo ꝙ audierat
multa de eo: ꝛ sperabat signū aliqđ videre
ab eo fieri. Interrogabat autē illū/
multis sermonibꝰ. At ipse nichil illi
respōdebat. Stabāt aūt principes sacerdotū
ꝛ scribe: cōstanter accusantes
eū. Spreuit aūt illū herodes cū exercitu
suo: ꝛ illusit indutū veste alba: ꝛ remisit
ad pylatū. Et facti sūt amici herodes
ꝛ pylatus/ in ipsa die. Nā antea
inimici erāt adinuicē. Pylatus autē
cōuocatis p̄ncipibus sacerdotū/ ꝛ magistratibus/
ꝛ plebe: dixit ad illos. a

Obtulistis michi hunc hominē/ quasi
auertētē populū: ꝛ ecce corā vobis interrogās
nullā causam inuenio in homie
isto: ex his in quibus eū accusatis
Sed neqꝫ herodes. Nā remisi vos ad
illū: ꝛ ecce nichil dignuꝫ morte est actū
ei. Emēdatū ergo illū dimittā? m Necesse C
autē habebat dimittere eis ꝑ diē
festū vnū. Exclamauit aūt simul vniuersa
turba/ dicēs. a Tolle hunc: ꝛ dimitte
nobis barrabā. m Qui erat propter
seditionē quādā factā in ciuitate
ꝛ homicidiū missus in carcerē. Iteruꝫ
aūt pylatus locutꝰ est ad eos: volēs dimittere
iesum. At illi succlamabāt dicētes.
a Crucifige: crucifige eū. m Ille
autem tertio/ dixit ad illos. a Quid
enī mali fecit iste? Nullā causam mortis
inuenio in eo. Corripiā ergo illū: ꝛ
dimittā. m At illi instabāt vocibꝰ magnis
postulantes vt crucifigeret̄: ꝛ inualescebāt
voces eoꝝ. Et pylatꝰ adiudicauit
fieri petitionē eoꝝ. Dimisit autē D
illis eū qui ꝓpter homicidiū/ ꝛ seditionē
missus fuerat in carcerē/ quē petebant.
Iesum vero tradidit volūtati
eoꝝ. Et cū ducerēt eū: apprehēderunt
simonē quēdā cyrenēsem/ venientē de
villa: et imposuerūt illi crucē portare
post iesum. Sequebat̄ autē illū multa
turba populi ꝛ mulierū: q̄ plāgebāt ꝛ
lamētabātur euꝫ. Conuersus autē ad
illas iesus/ dixit. b Filie hierusalē: nolite
flere sup̄ me: sed sup̄ vosipsas flete E
ꝛ super filios vestros. Quoniā ecce venient
dies in quibus dicēt. Beate steriles
ꝛ vētres/ qui nō genuerūt: ꝛ vbera
que nō lactauerūt. Tūc incipiēt dicere
montibus/ cadite super nos: ꝛ collibus
operite nos. Quia si in viridi ligno
hec faciunt: in arido quid fiet? m
Ducebātur autē ꝛ alii duo neq̄ cū eo:
vt interficerētur. Et postq̄ venerunt
in locū qui vocat̄ caluarie/ ibi crucifixerunt
eū: ꝛ latrones vnum a dextris
ꝛ alterū a sinistris. Jesus aūt dicebat.

F b Pater/dimitte illis: nō enim ſciunt quid faciūt. m Diuidentes vero veſtimēta eius/miſerunt ſortes. Et ſtabat populus expectās: ⁊ deridebāt eū principes/cū eis dicētes. a Alios ſaluos fecit: ſe ſaluū faciat ſi hic eſt chriſtus dei electus. m Illudebāt autē ei ⁊ milites accedētes: ⁊ acetū offerētes ei/dicētes. a Si tu es rex iudeoꝝ: ſaluū te fac. m. Erat autē ⁊ ſuperſcriptio ſcripta ſuper eū: litteris grecis: ⁊ latinis/et hebraicis. Hic eſt rex iudeoꝝ. Unus autē de his qui pēdebāt latronibus blaſphemabat eū dicēs. a Si tu es chriſtꝰ: ſaluū fac teipſuꝫ ⁊ nos. m Reſpōdēs autē alter: increpabat eū dicens. a Neqꝫ tu times deū: qui in eadē dānatione es Et nos quidē iuſte: nā digna factis recipimus: hic vero nichil mali geſſit. m Et dicebat ad ieſum. a Dn̄e memēto mei: cū veneris in regnū tuū. m Et dixit illi ieſus. b Amē dico tibi: hodie mecū eris in paradiſo. m Erat autē fere hora ſexta: ⁊ tenebre facte ſunt in vniuerſam terrā: vſqꝫ in horā nonā. Et obſcuratus eſt ſol: ⁊ velū tēpli ſciſſum eſt mediū. Et cū dixerit dyaconꝰ. Velū templi ſciſſum eſt. Velū ante altare: cadere ꝑmittatur. Et clamās voce magna ieſus/ait. b Pater/in manꝰ tuas cōmendo ſpiritū meū. m Et hec dicēs/expirauit. Hic fiat genuflexio: dicēdo. Pater noſter. Aue maria. In manus tuas. m Videns autē centurio quod factū fuerat: glorificauit deū dicēs. a Vere hic homo/iuſtus erat. m. Et omīs turba eoꝝ qui ſimul aderant ad ſpectaculū iſtud/⁊ videbāt que fiebāt: percutientes pectora ſua/ reuertebātur. Stabāt autē oēs noti eius a lōge: ⁊ mulieres que ſecute erant eum a galilea hec videntes. Euangelium.

G Et ecce vir nomīe ioſeph qui erat decurio vir bonꝰ ⁊ iuſtus: hic nō cōſenſerat cōſilio ⁊ actibꝰ eoꝝ/ ab arimathia ciuitate iudee: qui expectabat ⁊ ipſe regnū dei. Hic acceſſit ad pylatū: ⁊ petiit corpus ieſu: et depoſitū inuoluit ſyndone: ⁊ poſuit eū in monumēto exciſo. In quo nondū quiſqꝫ poſitus fuerat. Offer. Dn̄e exaudi orationem meam: ⁊ clamor meus ad te veniat. pſal. 101. ℣. Ne auertas faciem tuam a me/ne auertas faciem tuam a me. Ibidē Secreta.

Suſcipe q̄s dn̄e munus oblatū/et dignāter operare/ vt quod paſſionis filij tui dn̄i noſtri myſterio gerimus: pijs affectibus conſequamur. Per eundem. Prefatio. Qui corporali. Cōio. Potum meum cum fletu temperabam/quia eleuās alliſiſti me: ⁊ ego ſicut fenū arui: tu autē dn̄e ineternū permanes: tu exurgēs miſereberis ſyon: qꝛ venit tēpus miſerendi eius. Ibidē Poſtcōio.

Largire ſenſibus noſtris omīpotēs deus: vt per tēporalē filij tui mortē/ quā myſteria venerāda teſtantur: vitā nobis dediſſe perpetuā cōfidamus. Per eūdē. Super popu. Humiliate capita veſtra deo. Oratio.

Reſpice q̄s dn̄e ſuper hanc familiā tuā: pro qua dn̄s noſter ieſus xp̄s nō dubitauit manibꝰ tradi nocentiū ⁊ crucis ſubire tormētū. Qui tecū

¶ Feria. v. in cena dn̄i. In primis fiat recōciliatio penitentiū. hoc modo. Nona cātata: peragat excellentior ſacerdos ad oſtiū eccleſie occidētalis indutus veſtibus ſacerd. in cappa ſerica rubea/cū duobus dyaconis albis cū amictibꝰ indutis/abſqꝫ ſubdya. ⁊ ſine cruce: per mediū chori precedeū. vexillo et licino: ſintqꝫ preſentes i atrio eccleſie: qui recōciliandi ſunt. Et ſi epiſcopus adeſt principalis archidyaconꝰ ex parte peniten. ſcilicet extra oſtium eccleſie in cappa ſerica / alba et ſtola indutus/legat hanc lectionem.

Adeſt o venerabilis pōtifex tempus acceptum: dies ꝓpiciationis diuine: ⁊ ſalutis hūane qua mors interitū: ⁊ vita accepit eterna principium quando in vinea dñi ſabaoth ſic nouoꝝ palmitũ plantatio facienda eſt: vt purgetur excecatio vetuſtatis. Quamuis enim a diuitijs bonitatis dei: nichil tēporis vacet: nũc tamen ꝑ largior eſt ꝑ indulgentiã remiſſio peccatorũ: et copioſior per gratiã: aſſumptio renaſcētiũ. Augem⁹: regenerãdis: creſcimur: reuerſis. Lauãt aque: lauãt lachꝛyme Inde eſt gaudiũ de aſſumptione vocatorũ: hinc leticia/ de abſolutione penitentiũ. Inde eſt ꝙ ſupplices tui poſteaꝙ̃ in varias formas criminũ neglectu mandatorũ celeſtiũ: ⁊ morũ probabilium trãſgreſſione: ceciderũt: humiliati itaqꝫ proſtrati: prophetica ad deũ voce clamant dicentes. Peccauimus cũ patribus noſtris: iniuſte egimus: iniquitatē fecimus. Miſerere noſtri dñe: vocē angelicã non fruſtatoria aure capiētes: beati qui lugent q̃m ipſi cõſolabũtur. Manducauerũt ſicut ſcriptuꝫ eſt panē doloris: lachꝛymis ſtratũ rigauerũt: cor ſuũ luctu: corpus ieiunijs afflixerunt: vt animarũ reciperent/ quam perdiderant ſanitatē. Vnicũ eſt itaqꝫ penitentie ſuffragiũ: quod et ſingulis ꝓdeſt: ⁊ omnibus in cõmune ſuccurrit. Redintegra ergo in eis apoſtolice põtifex: quicq̃d dyabolo ſuadēte/ ſeuiēte/ ſcīdēte/ corruptũ eſt: ꝑ orationũ tuarũ patrocinãtib⁹ meritis: ꝑ diuine recõciliationis gratiã/ fac hoĩes primos deo vt qui antea in ſuis ꝑuerſitatib⁹ diſplicebãt: nũc iã placere ſe dño in regionē viuoꝝ/ deuicto mortis ſue auctore: gratulēt. Que lectio nõ legatur epiſcopo abſente. Finita lectiõe: icipiat ep̃s ãn. **Venite venite.** infra predictũ oſtiũ conuerſus ad borealē: ſignũ faciēdo cuꝫ manu/ quaſi vocãdo. Deinde dyacon⁹ ex ꝑte penitē. ſcilicet extra oſtiũ/ dicat **Flectam⁹ ge.** Ali⁹ dyacon⁹ ex parte ep̃i dicat **Leuate.** ⁊ ita fiat tribus vicibus Ita tamen ꝙ poſt tertiã repetitionem ãn. non dicitur **Flectamus genua.** ſed chorus proſequatur totã ãn. cãtore incipiente. **Filij audite me: timorē domini docebo vos.** Ps **Benedicam.** Tot⁹ ps. dr cũ **Gl̃ia pr̃i.** Et poſt vnũquēqꝫ ꝟ. repetatur ãn. Dum ps. canitur a choro cũ ãn. ſemper manuatim penitētes ab aliquo preſbytero de choro: habitu nõ mutato reddãtur ſacerdoti executori officij ⁊ ab ipſo reſtituãtur eccleſie gremio. Tamen ſi ep̃s preſens fuerit: penitētes a preſbytero reddantur archid̃. ⁊ ab ip̃o reddãtur ep̃o/ ⁊ ab ipſo reſtituãtur eccleſie gremio. Quibus expletis: ꝓceſſio more ſolito i chorũ redeat. Deinde proſternãt ſe omēs ⁊ dicant clerici in choro ſeptē pſalmos penitētiales cũ **Gloria patri.** ⁊ **Sicut erat.** Sacerdos vero cũ ſuis miniſtris dicat per ſe ſeptē pſalmos cũ **Gl̃ia patri.** ⁊ **Sicut erat.** ⁊ ãn. **Ne reminiſcaris** cũ **Kyrie eleyſon. Chriſte eleyſon. Kyrie eleyſon. Pater noſter.** ante altare ſicut in die cinerũ prenotatũ eſt. Deinde erigens ſe ſacerdos/ conuerſus ad auſtralē corã dextro cornu altaris: ſine nota dicat. **Et ne nos inducas in tentationē. Sed libera nos a malo. Saluos fac ſeruos tuos ⁊ ancillas tuas. De⁹ meus ſperãtes in te. Conuertere dñe vſquequo. Et deprecabilis eſto ſup ſeruos tuos. Mitte eis dñe auxiliũ de ſancto. Et de ſyõ tuere eos. Adiuua nos deus ſalutaris noſter Et ꝓpter gloriã nõis tui dñe libera nos et ꝓpicius eſto peccatis noſtris ꝓpter nomen tuũ. Dñe exaudi orationē meam. Et clamor meus ad te veniat. Dñs vobiſcũ. Et cum ſpiritu tuo. Oremus.** Oratio.

Adeſto dñe ſupplicationibus noſtris: ⁊ me qui etiaꝫ miſericordia tua primus indigeo/ clemēter exaudi: ⁊ quē nõ electione meriti: ſꝫ dono gratie tue cõſtituiſti operis hui⁹ miniſtrũ da fiduciã tui muneris exequēdi: ⁊ ipſe in noſtro miniſterio/ quod tue pietatis eſt operare. Per xp̃m dñm noſtrũ. Et dicãtur omnes orationes ⁊ terminētur ſub tono lectionis: ⁊ oēs orationes dicātur cū **Oremus.** Non dicitur **Dominus vobiſcum.** niſi ante primā orationem tantum. Alia oratio.

DEus humani generis benigniſſime conditor / ⁊ miſericordiſſime reformator: qui hominem inuidia diaboli ab eternitate deiectum / vnici filij tui ſāguine redemiſti: viuifica hos famulos tuos / quos tibi nullatenus mori deſideras: ⁊ qui non derelinquis deuios / aſſume correctos: moueāt pietatem tuā queſumus dñe horū famulorum tuorū lachrymoſa ſuſpiria: tu corū medere vulneribus: tu iacentibus manuꝫ porrige ſalutarem: ne eccleſia tua aliqua ſui corporis portione vaſtetur: ne grex tuus detrimentū ſuſtineat: ne de familie tue damno / inimicus exultet: ne renatos lauachro ſalutari mors ſecunda poſſideat. Tibi ergo domine ſupplices preces offerimus / tibi cordis fletum effundimus: tu parce cōfitētibus: vt ſic in hac mortalitate peccata ſua te adiuuante defleant quatinus in tremendi iudicij die ſententiaꝫ eterne dannationis euadant: ⁊ neſciāt pijſſime pater / quod terret in tenebris quod ſtridet in flammis: atqꝫ ab erroris ſui via ad iter reuerſi iuſticie / nequaq̄ vltra vulneribus ſaucientur: ſed integrum ſit eis atqꝫ perpetuuꝫ: et quod gratia contulit / ⁊ quod miſericordia reformauit. **Per xp̄m.** Alia oratio.

DOmine ſancte pater omnipotēs eterne deus: qui vulnera noſtra curare dignatus es: te ſupplices rogamus ac petim⁹ nos humiles tui ſacerdotes: vt precibus noſtris aures tue pietatis inclinare digneris: atqꝫ ad penitentiā cōfeſſione mouearis. remitaſqꝫ omnia crimina: ⁊ peccata vniuerſa cōdones: deſqꝫ his famulis tuis domine pro ſupplicijs veniā: pro merore leticiam: pro morte vitā: vt qui ad tantā ſpē celeſtis apicis deuoluti ſunt de tua miſericordia cōfidētes: ad bona pacifici premij tui atqꝫ ad celeſtia dona peruenire mereātur. **Per xp̄m.** Hic non dr̄ **Oremus.** ſed ſacerdos ad populū conuerſus; manu extenſa / ſine nota dicat abſolutionem. Alia oratio.

ABſoluimus vos vice beati petri apoſtolorū principis: cui collata eſt a domino poteſtas ligandi atqꝫ ſoluendi: ⁊ quantum ad vos pertinet accuſatio / ⁊ ad nos remiſſio: ſit vobiſ omnipotens deus vita ⁊ ſalus: ⁊ omniuꝫ peccatorum veſtrorum pius indultor. **Qui viuit ⁊ regnat cum deo patre. ⁊c.** Et ſic ſurgant omnes a proſtratione oſculantes formulas vel terram ſacerdo. dicente. **Qui viuit.** Et ſi epiſcop⁹ adeſt: dicat benedictionē. Deinde incipiatur miſſa ſolenniter ſine regimine chori. Ad miſſam. Officium.

NOs aūt glo- Gal. 6. D
riari oportet i cruce
dñi noſtri ieſu chri-
ſti: in quo eſt ſalus
vita: et reſurrectio
noſtra: per quē ſal-
uati ⁊ liberati ſumus. ps. Deus miſe- ps. 66
reatur noſtri ⁊ benedicat nobis: illuminet
vultū ſuū ſup nos ⁊ miſereat̄ nr̄i. Si ep̄s
celebret: dicitur **Gloria patri.** aliter nō.
Et ſiue epiſcopus celebret ſiue nō: di-
citur cantus de Conditor. Kyri eley-
ſon. abſqꝫ xp̄i. Si ep̄s celebret dr̄ **Glo-
ria in excel.** aliter nō. Sequat̄ **Orem⁹**
ſine Flectam⁹ genua Leuate. Oratio.

DEus a quo ⁊ iudas proditor reatus ſui penam ⁊ confeſſionis ſue latro premiū ſumpſit: cōcede nobis q̄s tue propiciationis effectuꝫ: vt ſicut in paſſione ſua ieſus chriſtus domin⁹ noſter / diuerſa vtriſqꝫ intulit ſtipendia meritorum: ita nobis ablato vetuſtatis errore / reſurrectionis ſue gratiam largiatur. **Qui tecum viuit ⁊ regnat in vnitate. ⁊c.** Ad Corinthios.

1. co. Fratres. Conuenientibus vobis
11. E in vnum: iam nō eſt dominicā cenā
manducare. Unuſquiſqꝫ enim ſuā
cenam preſumit ad manducandū. Et
alius quidē eſurit: alius autem ebrius
eſt. Nunquid domos nō habetis ad mā-
ducandū ⁊ bibēdū? Aut eccleſiā dei cō-
tēnitis ⁊ confunditis eos qui non habent?
Quid dicā vobis? Laudo vos/
in hoc non laudo. Ego enim accepi a
dn̄o quod et tradidi vobis: qm̄ dn̄s ieſus
in qua nocte tradebat: accepit panem
et gratias agens fregit/ et dixit.
Accipite ⁊ manducate: hoc eſt corpus
meum quod pro vobis tradetur. Hoc
facite in meam commemorationem.
Similiter ⁊ calicem: poſtq̄ cenauit dicens.
F Hic calix nouum teſtamentū eſt
in meo ſanguine: hoc facite quotiēſcūqꝫ
bibetis in meam cōmemorationem
Quotienſcunqꝫ enim manducabitis
panem hunc ⁊ calicem bibetis: mortē
domini annunciabitis donec veniat.
G Itaqꝫ quicūqꝫ manducauerit panem
vel biberit calicem domini indigne: reus
erit corporis ⁊ ſanguinis domini.
Probet autem ſeipſum homo: ⁊ ſic de
pane illo edat: ⁊ de calice bibat. Qui
enim manducat ⁊ bibit indigne/ iudicium
ſibi manducat ⁊ bibit: non diiudicās
corpus dn̄i. Ideo inter vos multi
infirmi ⁊ imbecilles: ⁊ dormiūt multi.
Quod ſi noſmetipſos diiudicaremus:
non vtiqꝫ iudicaremur. Dū iudicamur
autē a dn̄o corripimur: vt non
cum hoc mundo dānemur. Hec predicta
epiſtola legatur in pulpito ⁊ ibidē
phil. cātetur grad. a duobus pueris in ſuppelliciis.
6. B Gr. Chriſtus factus eſt pro nobis
obediens vſqꝫ ad mortem: mortem autem
crucis. ℣. Propter quod ⁊ deus exaltauit
illum: ⁊ dedit illi nomen quod eſt ſuper
omne nomen. Repetatur gradale
niſi epiſcopus celebret. Euangelium
legatur in pulpito more dominicali.
Secundum Johannem.



Ante
diem Ioh.
feſtum paſche 13. A
ſciēs
ieſus qꝛ venit
hora
eius: vt
trāſeat ex
hoc mūdo
ad patrē:
cū dilexiſſet
ſuos q̄
erāt i mūdo:
in finē
dilexit eos. Et cena facta cū dyabolus
iā miſiſſet in cor vt traderet eū iudas
ſymonis ſcariothis: ſciēs quia omnia
dedit ei pater in manus: ⁊ qꝛ a deo exiuit/
⁊ ad deū vadit: ſurgit a cena ⁊ ponit
veſtimēta ſua. Et cū accepiſſet lintheū:
precinxit ſe. Deinde miſit aquā
in peluim: ⁊ cepit lauare pedes diſcipulorū
ſuorū: ⁊ extergere lintheo quo erat
precinctus. Uenit ergo ad ſymonē petrū.
Et dixit ei petrus. Domine/ tu michi
lauas pedes? Reſpōdit ieſus ⁊ dixit
ei. Quod ego facio tu neſcis modo
ſcies autē poſtea. Dicit ei petrus. Nō B
lauabis michi pedes in eternū. Reſpōdit
ei ieſus. Si nō lauero te: non habebis
partē mecū. Dicit ei ſymō petrus
Dn̄e/ non tantū pedes meos: ſed ⁊ manus
⁊ caput. Dicit ei ieſus. Qui lotꝰ
eſt: nō indiget niſi vt pedes lauet: ſed
eſt mūdus totus. Et vos mundi eſtis:
ſed nō omnes. Sciebat enim quiſnam
eſſet qui traderet eū: propterea dixit/
nō eſtis mūdi omnes. Poſtq̄ ergo lauit
pedes eorū: accepit veſtimēta ſua: ⁊ cū
recubuiſſet iterū dixit eis. Scitis/ qd̄
fecerim vobis? Uos vocatis me magiſter
⁊ dn̄e: ⁊ bene dicitis. Sum etenim
Si ergo ego laui pedes veſtros dn̄s ⁊
magiſter: ⁊ vos debetis alter alterius
lauare pedes. Exemplū enim dedi vobis:
vt quemadmodum ego feci vobis

ita ⁊ vos faciatis. Et legatur in pulpito more dominicali: ſine Credo: niſi epiſcopus celebrauerit: tūc enim legatur euangelium more duplicis feſti ⁊ dr̄ Credo.

psal. 117. Offr̄. Dextera domini fecit virtutē: dextera dn̄i exaltauit me nō moriar ſed viuā: ⁊ narrabo opera dn̄i. Ponātur a ſubdyacono tres hoſtie ad conſecranduꝫ: quarum due reſeruentur in craſtinum: vna ad percipiendum a ſacerdote: reliqua vt ponatur cum cruce in ſepulchro. Secreta.

Iſte tibi queſum⁹ dn̄e ſancte pater omnipotēs eterne deus/ ſacrificiū noſtrū reddat acceptū qui diſcipulis ſuis in ſui cōmemorationē hoc fieri hodierna traditione monſtrauit: ieſus chriſtus dn̄s noſter. Qui tecū vi. Prefatio quotidiana. Hac die. Sanctus/ ſolenniter cātetur: licet epiſcop⁹ defuerit. Infra canonē. Communicantes. ⁊ Hāc igitur. ⁊ Qui pridie. ⁊ dr̄ tam a ſacerdote/ ꝗ̄ ab epõ. Tres pueri ante olei cōſecrationē: ſimul cātēt hūc hymnū in ſuppellicijs. O redemptor. Chorus idē repetat poſt vnūquēqꝫ ℣. Hac die nō dr̄ Agnus dei, nec pax dat̄ niſi epūs celebrauerit: tūc enim dicitur Agnus dei, ſolenniter more duplicis feſti: ⁊ ſacri criſmatis ampulla pro pace deoſculetur. Cōio.

Joh. 13. B Dominus ieſus poſtꝗ̄ cenauit cū diſcipulis ſuis: lauit pedes eorum ⁊ ait illis: ſcitis quid fecerim vobis ego dominus ⁊ magiſter: exemplū dedi vobis/ vt ⁊ vos ita faciatis. Cantata cōmunione: ſtatim incipiātur veſpere feſtiue/ ſine regimine chori/ et ſine De⁹ in adiutorio. Ab aliquo de ſuperiori gradu: incipiatur an̄. Calicem ſalutaris.

psal. 115. Credidi ꝓpter quod locutus ſum ego autē humiliatus ſum nimis. Ego dixi in exceſſu meo: omnis homo mendax. Quid retribuā dn̄o: pro omnibus que retribuit michi. Calicē ſalutaris accipiā: ⁊ nomen domini inuocabo. Vota mea dn̄o reddam corā omni populo eius: precioſa in conſpectu domini mors ſanctorū eius. O dn̄e quia ego ſeruus tuus: ego ſeruus tuus/ ⁊ filius ancille tue. Dirupiſti vincula mea tibi ſacrificabo hoſtiam laudis: ⁊ nomen dn̄i inuocabo. Vota mea dn̄o reddā in conſpectu omnis populi eius in atrijs domus dn̄i in medio tui hieruſalem. Non dicit̄ Gloria patri. ſed repetatur an̄. Calicem ſalutaris accipiam: et nomen domini inuocabo. Ibis Et ceteri pſalmi cum ſuis an̄tis dicuntur ſimili modo ſine Gloria patri.

psal. 119. Ad dominum cum tribularer clamaui: ⁊ exaudiuit me. Domine libera animā meā a labijs iniquis: ⁊ a lingua doloſa. Quid detur tibi aut quid apponatur tibi: ad linguam doloſam. Sagitte potētis acute: cū carbonibus deſolatorijs. Heu michi qꝛ incolatus me⁹ prolōgatus eſt habitaui cū habitātibus cedar: multū incola fuit aīa mea. Cum his qui oderūt pacē erā pacificus cū loquebar illis impugnabāt me gratis. An̄. Ibis Cū his qui oderūt pacē erā pacificus: cū loquebar illis īpugnabāt me gratis.

psal. 139. Eripe me dn̄e ab homine malo: a viro iniquo eripe me. Qui cogitauerunt iniquitates in corde: tota die conſtituebant prelia. Acuerunt linguas ſuas ſicut ſerpētes: venenū aſpidū ſub labijs eorū. Cuſtodi me dn̄e de manu peccatoris: ⁊ ab hoībus iniquis eripe me. Qui cogitauerūt ſupplātare greſſus meos: abſconderūt ſuperbi laqueū michi. Et funes extēderūt in laqueū: iuxta iter ſcandalū poſuerunt michi. Dixi dn̄o de⁹ me⁹ es tu: exaudi dn̄e vocē deprecationis mee. Domine dn̄e virtus ſalutis mee: obūbraſti ſuper caput meū in die belli. Non tradas me dn̄e a deſiderio meo peccatori: cogitauerunt contra me ne derelinquas me ne forte exaltentur. Caput circuitus eorū: labor labiorū ipſoruꝫ operiet eos. Cadēt ſuper eos carbones: in ignem

deſicies eos: in miſeriis nō ſubſiſtent. Uir linguoſus nō dirigetur in terra: virū iniuſtū mala capient in interitu. Cognoui q2 faciet dñs iudiciū inopis ⁊ vindictam pauperū. Ueruntamen iuſti confitebuntur nomini tuo: ⁊ habitabunt recti cum vultu tuo. añ. Ab
psal. hominibus iniquis/libera me domine.

139. Domine clamaui ad te exaudi me
psal. intende voci mee cū clamauero ad
140 te. Dirigatur oꝛatio mea ſicut incenſum in cōſpectu tuo: eleuatio manuū mearū ſacrificiū veſpertinū. Pone domine cuſtodiā oꝛi meo: ⁊ oſtiū circūſtātie labiis meis. Nō declines coꝛ meū in verba malicie: ad excuſandas excuſationes in peccatis. Cū hominibus operātibus iniquitatē: ⁊ nō cōmunicabo cū electis eoꝝ. Corripiet me iuſt' in miſericoꝛdia/et increpabit me: oleū autē peccatoꝛis non impinguet caput meū. Quoniā adhuc et oꝛatio mea in beneplacitis eoꝝ: abſoꝛpti ſunt iuncti petre iudices eoꝝ. Audiēt verba mea qm̄ potuerūt: ſicut craſſitudo t̄re erupta eſt ſuper terrā. Diſſipata ſunt oſſa noſtra ſecus infernum: quia ad te domine dñe oculi mei in te ſperaui nō auferas animam meam. Cuſtodi me a laqueo quem ſtatuerunt michi: et a ſcandalis operantium iniquitatem. Cadent in retiaculo eius peccatoꝛes: ſingulariter ſum ego donec trāſeā. añ.
Cuſtodi me a laqueo quem ſtatuerunt mi-
psal. chi: ⁊ a ſcandalis operantium iniquitatem.

139. Uoce mea ad dominum clamaui:
psal. voce mea ad dominū depꝛecatus
141. ſum. Effundo in cōſpectu ei' oꝛationem meā: ⁊ tribulationē meā ante ipſum pꝛonuncio. In deficiendo ex me ſpiritū meum: ⁊ tu cognouiſti ſemitas meas. In via hac qua ambulabā: abſcōderūt laqueū michi. Conſiderabā ad dexterā ⁊ videbā: ⁊ nō erat qui cognoſceret me. Periit fuga me: ⁊ non eſt qui requirat aīam meā. Clamaui ad te dñe: dixi tu es ſpes mea poꝛtio mea in terra viuētiū. Intēde ad depꝛecationē meā: q2 humiliat' ſum nimis. Libera me a perſequētib' me: q2 confoꝛtati ſunt ſuper me. Educ de cuſtodia animā meā ad ꝯfitēdū nomini tuo me expectāt iuſti donec retribuas mi-
chi. añ. Cōſiderabā ad dexterā ⁊ videbā: psal.
⁊ nō erat qui cognoſceret me. Finita hac quin- 141.
ta aña: ſtatim incipiatur aña. Cenantibus.

Canticum beate Marie.

Magnificat aīa mea dñm. Et ex- Luce
ultauit ſpūs me': in deo ſalutari 1. C.
meo. Quia reſpexit humilitatē ancille ſue: ecce enim ex hoc beatā me dicēt oēs gñationes. Quia fecit michi magna qui potens eſt: ⁊ ſanctū nomē ei'. Et mia eius a ꝓgenie in ꝓgenies: timētibus eū. Fecit potētiā in bꝛachio ſuo: diſperſit ſupbos mēte coꝛdis ſui. Depoſuit potētes de ſede: ⁊ exaltauit humiles. Eſuriētes impleuit bonis: ⁊ diuites dimiſit inanes. Suſcepit iſrael puerū ſuum: recoꝛdatus mie ſue. Sicut locutus eſt ad patres noſtros:
abrahā ⁊ ſemini eius in ſecula. Añ. Ce- mat.
nātibus autē accepit ieſus panē: benedixit 26. C.
ac fregit/ dedit diſcipulis ſuis. Repetita aña poſt Magnificat. dicat ſacerdos poſtcōio. cum Dominus vobiſcum. et Oꝛemus. moꝛe ſolito. Poſtcōio.

Refecti vitalibus alimētis q̄ſumus dñe deus noſter: vt quod tēpoꝛe noſtre moꝛtalitatis exequimur: immoꝛtalitatis tue munere conſequamur. Per dñm. Et ſic miſſa ⁊ veſpere ſimul finiatur: dyacono dicēte. Ite miſſa eſt/ ſi eps̄ celebꝛet. ſi vero non: miſſa ⁊ veſpere ſimul finiātur cū Benedicamus dño. Propter ſolēnitatē vero cene: dyacon' ⁊ ſubdyacon' dalmatica ⁊ tunica induātur: licet eps̄ nō celebꝛauerit. Poſt pꝛādiū cōueniāt clerici ad eccleſiā/ad altaria abluēda: et ad mādatū faciēdū: ⁊ ad cōpletoriū dicendū. In pꝛimis benedicitur aqua moꝛe ſolito extra chorū priuati. Deinde preparētur duo ſacerd. excellētiores cum dyacono ⁊ ſubdyacono de ſecunda forma: et ceroferr. de prima forma qui oēs ſint albis cū amictis induti: ⁊ duobus clericis vinū ⁊ aquā deferētibꝰ/ ⁊ incipient a maiori altare: et abluant illud infundētes vinū ⁊ aquā ⁊ interim cantetur ℟. **In monte oliueti.** a toto choro corā altari cū ſuo ℣. ⁊ dicitᷣ ſine **Gloria patri.** Quo finito: dicitᷣ ℣. et oratio de ſancto in cuius honore conſecratū eſt altare: ab excellentᷣ. ſacer. modeſta voce. Item ſine nota: que terminetur ſic **Per xp̄m.** nec ꝓcedat/ nec ſubſequatᷣ/ **Dñs vobiſcū.** ſed tantum **Oremus.** ante orōnē. Eodē modo oīa altaria in eccl̃ia abluātur/ cū ℟. et ℣. ſicut ordinatim ſunt i predicta hyſtoria: ſcilicet **In monte oliueti.** et cū ℣. ⁊ oratio de ſanctis vtᷤ dictū eſt. Ita ꝙ nullū ℟. incipiatur niſi tantū corā altari: ⁊ ibi totū cantabitᷣ vtᷤ. diximꝰ. Et ſemp i extrema ablutione: cantetur ℟. **Circūdederunt.** cū ſuo ℣. Et ſi plura fuerint altaria in eccleſia ꝙ ℟. in predicta hyſtoria: tunc reincipiatur hyſtoria ordine ꝓdicto ſeruato: ſed ꝙ ℟ **Circūdederūt.** ſēp vltimo loco cātetᷣ. Poſt ablutionē altaris intrent caplm: ⁊ dyaconꝰ legat euāgel. **Ante diē feſtū**/ ſicut ad miſſā lectū eſt: deinde dr̄ ſermo. Quo finito ſurgant duo ꝓdicti ſacerd. ⁊ incipientes a maioribꝰ/ lauent oīm pedes vnus ex parte: et alter ex altera parte chori: et ipſi inuicē ſibi lauētᷣ pedes. Et iterim cantentᷣ he ſequētes aīe. cū ſuis p̄s. a toto choro interim ſedente. añ. **Mandatū nouū.** p̄s. **Deꝰ miſereatur noſtri.** totus p̄s. dr̄ ſine. **Gloria patri.** Et poſt vnūquēqꝫ ℣. repetatᷣ añ. Et hoc modo dicr oēs aīe cū ſuis p̄s. q̄ ſequūtur añ. **Diligamus nos.** p̄s. **Ecce ꝙ bonū.** añ. **In diebꝰ illis.** p̄s. **Miſerere.** i. añ. **Maria ergo.** p̄s. **Beati immaculati.** añ. **Poſtq̄.** p̄s. **Audite hec omnes gentes.**

He ſequētes aīe ſi neceſſe fuerit cantētur: ſin autē omnino ꝑtermittantᷣ. añ. **Vos vocatis.** añ. **Si ego dñs.** añ. **Ante diem.** añ. **Venit ad petrū.** Peracta ablutione pedū: dicto ſermōe accipiāt caritatis potū. Quibꝰ rite peractis: vnꝰ ſacerdos dicat preces hoc modo. Preces

Suſcepimus deꝰ miſericordiā tuam. ps 47
In medio templi. Tu mandaſti. psal.
Mandata tua cuſtodiri nimis. Ecce ꝙ bo- 118.
num ⁊ ꝙ iocundū. **Habitare fratres i vnū.** ps 132
Domine exaudi. **Et clamor meus.** Dñs vobiſcū. **Et cū ſpū tuo.** Oremus. Oro.

Adeſto queſumꝰ dñe officio ſeruitutis noſtre: ⁊ q̄ tu pedes lauare dignatꝰ es tuis diſcipulis: ne deſpicias opera manuū tuarū q̄ nobis retinenda mādaſti: ſed ſicut exteriora hic abluuntur inquinamēta corporū: ſic a te oīm noſtrorū interiora mūdentur peccata: qd̄ ipſe p̄ſtare digneris. Qui cū deo patre ⁊ ſpū ſctō viuis ⁊ regnas deus. Per. Si vero nullus aſſit clericus ſermonē faciens: ceteris vt prius peractis: poſt ablutionē pedū dicūtur p̄ces ꝓdicte. Deide legatᷣ ſequēs euāg. a quodā dyacono de ſcda forma: i ſuppel. ſine titulo bn̄dictiōe priꝰ petita ab executore officij: ⁊ legatᷣ more lec. fratribꝰ iterī caritatis potū ſumētibꝰ: et legatᷣ vſqꝫ ad illū finē. **Surgite eamꝰ hinc.** Et ita recedāt. Euāgeliū. Scd̄z Johānē.



In illo tēpe Cap
13. B
Dixit ieſꝰ diſcipulis ſuis. Amē amen dico vobis: nō eſt ſeruus maior dño ſuo: neqꝫ apl̄s maior eo q̄ miſit illū. Si

hec ſcitis: beati eritis ſi feceritis ea.
Nõ de oib⁹ vobis dico. Ego ſcio quos
elegeri: ſed vt adimpleatur ſcriptura.
C Qui mãducat mecũ panẽ: leuabit cõtra
me calcaneũ ſuũ. Amodo dico vobis
priuſq̃ fiat: vt cũ factũ fuerit credatis/
qꝛ ego ſum. Amen amẽ dico vobis:
qui accipit ſi quẽ miſero me accipit.
Qui aũt me accipit: accipit eũ qui
me miſit. Et cũ hec dixiſſet ieſus turbatus
eſt ſpiritu: et proteſtatus eſt/ et
dixit. Amẽ amẽ dico vobis: quia vnus
ex vobis me tradet. Aſpiciebant ergo
adinuicem diſcipuli: heſitãtes de quo
diceret. Erat autẽ recũbens vnus ex
diſcipulis eius in ſinu ieſu: quẽ diligebat
ieſus. Innuit ergo huic ſymon petrus:
⁊ dixit ei. Quis eſt de quo dicit?
Itaqʒ cũ recubuiſſet ille ſupra pectus
ieſu/ dixit ei. Dñe/ quis eſt? Reſpõdit
ieſus. Ille eſt cui ego intinctum panẽ
porrexero. Et cũ intinxiſſet panẽ: dedit
iude ſymonis ſcariothis. Et poſt
bucellam introiuit in illũ ſathanas: ⁊
dixit ei ieſus. Quod facis: fac citius.
Hoc autẽ nemo ſciuit diſcũbentiũ: ad
quid dixerit ei. Quidã autẽ putabant
quia loculos habebat iudas: ꝙ dixiſſet
ei ieſus eme ea que nobis opus ſũt ad
diẽ feſtũ: aut egenis vt aliquid daret.
Cũ ergo accepiſſet ille bucellã: exiuit
D cõtinuo. Erat autem nox. Cum ergo
exiſſet dixit ieſus. Nunc clarificat⁹ eſt
filius hominis: ⁊ deus clarificatus eſt
in eo. Si deus clarificatus eſt in eo: et
de⁹ clarificabit eũ in ſemetipſo. Et cõtinuo
clarificauit eum. Filioli adhuc
modicũ vobiſcum ſum. Queretis me
et ſicut dixi iudeis: quo ego vado vos
nõ poteſtis venire. Et vobis dico modo.
Mandatum nouũ do vobis vt diligatis
inuicẽ: ſicut dilexi vos/ vt ⁊ vos
diligatis inuicem. In hoc cognoſcent
oẽs qꝛ diſcipuli mei eſtis: ſi dilectionẽ
habueritis adinuicẽ. Dixit ei ſymon
petrus. Dñe quo vadis? Rñdit ieſus
Quo ego vado nõ potes me modo ſequi:
ſequeris autẽ poſtea. Dixit ei petr⁹.
Quare nõ poſſum te ſequi modo?
Animã meã ꝓ te ponã. Reſpõdit ei ieſus.
Aiam tuã ꝓ me pones. Amẽ amẽ
dico tibi: nõ cantabit gallus/ donec ter
me negabis. Et ait diſcipulis ſuis.
Non turbetur cor veſtrũ: neqʒ formidet. Joh.
Creditis in deum: ⁊ in me credite 14.
In domo patris mei: mãſiones multe ca. A
ſunt. Si quominus dixiſſem vobis: qꝛ
vado parare vobis locũ. Et ſi abiero
et preparauero vobis locum: iterũ veniã
⁊ accipiã vos ad meipſum: vt vbi
ſum ego/ ⁊ vos ſitis. Et quo ego vado
ſcitis: ⁊ viam ſcitis. Dixit ei thomas.
Dñe/ neſcim⁹ quo vadis. Et quomodo
poſſumus viã ſcire? Dicit ei ieſus.
Ego ſum via/ veritas/ et vita. Nemo
venit ad patrẽ: niſi per me. Si cognouiſſetis
me: ⁊ patrẽ meũ vtiqʒ cognouiſſetis.
Et amodo cognoſcetis eũ: et
vidiſtis eũ. Dicit ei philippus. Dñe/
oſtende nobis patrẽ: et ſufficit nobis.
Dicit ei ieſus. Tanto tẽpore vobiſcũ
ſum: ⁊ nõ cognouiſtis me. Philippe q̃
videt me: videt ⁊ patrẽ meũ. Et quomodo B
tu dicis oſtẽde nobis patrẽ? Nõ
credis qꝛ ego in patre: ⁊ pať in me eſt?
Verba q̄ ego loquor vobis: a meipſo
nõ loquor. Pater aũt in me manens:
ipſe facit opera. Nõ creditis/ qꝛ ego in
patre: ⁊ pater in me eſt? Alioquin propter
opera ipſa credite. Amẽ amẽ dico
vobis: qui credit in me/ opera q̄ ego facio/
⁊ ipſe faciet. Et maiora horum faciet/
qꝛ ego ad patrẽ vado. Et quodcũqʒ
petieritis patrẽ in nomine meo/ hoc faciam:
vt glorificetur pater in filio. Si
quid petieritis in nomine meo: hoc faciam.
Si diligitis me: mãdata mea ſeruate.
Et ego rogabo patrem: ⁊ aliũ
paraclytũ dabit vobis/ vt maneat vobiſcum
in eternũ. Spiritũ veritatis
quẽ mũdus nõ poteſt capere: quia nõ
videt eũ nec ſcit eũ. Vos autẽ cogno- C

ſcetis eũ quia apud vos manebit: ⁊ in
vobis erit. Non relinquã vos orpha-
nos: veniã ad vos adhuc modicum et
mundus me iam nõ videt. Uos autẽ
videbitis me: quia ego viuo/ ⁊ vos vi
uetis. In illo die vos cognoſcetis/ ꝗa
ego ſum in patre meo: et vos in me:
et ego in vobis. Qui habet mandata Joh. 14. ca. A
mea ꝗ ſeruat ea: ille eſt qui diligit me.
Qui aũt diligit me: diligetur a patre
meo. Et ego diligam eũ: ⁊ manifeſta-
bo ei meipſum. Dicit ei iudas: nõ ille
ſcariothis. Domine quid factum eſt/
quia manifeſtaturus es teipſum no-
bis ⁊ nõ mundo? Reſpõdit ieſus: ⁊ di
xit ei. Si quis diligit me ſermonẽ me-
um ſeruabit. Et pater meꝰ diliget eũ:
et ad eum veniemꝰ et manſionẽ apud
eũ faciemus. Qui non diligit me: ſer-
mones meos non ſeruat. Et ſermonẽ
quẽ audiſtis nõ eſt meus: ſed eius qui
D miſit me patris. Hec locutus ſum vo-
bis: apud vos manens. Paraclytus
autem ſpiritus ſanctus quẽ mittet pa
ter ĩ nomine meo: ille vos docebit om-
nia/ et ſuggeret vobis omnia quecũqʒ
dixero vobis. Pacem relinquo vobis
B pacem meam do vobis. Nõ quomodo
mundus dat ego do vobis. Non turbe
tur cor veſtrũ: neqʒ formidet. Audiſtis
quia ego dixi vobis: vado ⁊ venio ad
vos. Si diligeretis me gauderetis vti-
qʒ/ qꝛ vado ad patrẽ: quia pater maioꝛ
me eſt. Et nũc dixi vobis priuſꝗ̃ fiat:
vt cũ factum fuerit credatis. Iam nõ
multa loquar vobiſcũ. Uenit enĩ prĩ-
ceps mũdi huiꝰ: ⁊ in me nõ habet ꝗcꝗ̃.
Sed vt cognoſcat mũdus quia diligo
patrem et ſicut mãdatum dedit michi
pater: ſic facio. Surgite eamus hinc.
¶ Feria. vi. in die paraſceues dicta
hora nona: accedat ſacer. ad altare/ in-
dutus veſtibus ſacerdotalibus: in ca-
ſula rubea/ cum dyacono et ſubdya-
C cono: ⁊ ceteris miniſtris altaris: qui
omnes ſint albis cũ amictibus induti
ſine tunica: dictaqʒ oꝛatiõe dominica
ſtatim procedat accolitus alba indu-
tus: ad legendum hanc lectio. ad gra-
dum choꝛi ſine titulo hoc modo.

In tribulatione ſua mane conſur- Cap.
gent ad me. Uenite et reuerta- 6. A
mur ad dominũ: quia ipſe cepit/ et ſa-
nabit nos: percutiet/ et curabit nos.
Uiuificabit nos poſt duos dies: in die
tertia ſuſcitabit nos: et viuemꝰ in cõ-
ſpectu eius. Sciemus ſequemurqʒ:
vt cognoſcamus dominum. Quaſi di B
luculum preparatus eſt egreſſus eiꝰ:
et veniet quaſi imber nobis tempoꝛa-
neus et ſerotinus terre. Quid faciam
tibi effrayn. Quid faciam tibi iuda?
Miſericoꝛdia veſtra quaſi nubes ma
tutina: et quaſi ros mane pertran-
ſiens. Propter hoc dolaui in prophe- C
tis et occidi eos in verbis oꝛis mei: et
iudicia mea quaſi lux egredientur.
Quia miſericoꝛdiam volui et non ſa-
crificium: et ſcientiam dei pluſꝗ̃ ho-
locauſtum. Choꝛum alternatim dicat
tractum ſequentem. Tractus.

Domine audiui auditũ tuũ et timui: Aba-
conſideraui opera tua et expaui. ℣. cuc. 3.
In medio duum animalium innoteſceris: ca. A
dum appropinquauerint anni cognoſceris: et oia
dũ aduenerit tẽpus oſtẽderis. ℣. In eo dũ infra.
conturbata fuerit anima mea: in ira miſeri
coꝛdie memoꝛ eris. ℣. Deus a libano ve-
niet: ⁊ ſanctus de mõte vmbroſo ⁊ cõdenſo.
℣. Operuit celos maieſtas eiꝰ: ⁊ laudis eiꝰ
plena eſt terra. Sequatur oratio ſine Do-
minꝰ vobiſcum. ſed tantũ cũ Oremꝰ.
et Flectamus genua. Leuate. Oratio

Deus a quo et iudas proditoꝛ rea
tus ſui penã: et confeſſionis ſue
latro premium ſumpſit: cõcede nobis
tue propiciationis effectum: vt ſicut
in paſſione ſua ieſus chriſtus dominꝰ
noſter diuerſa vtriuſqʒ intulit ſtipen-
dia meritoꝛum: ita nobis ablato vetu
ſtatis erroꝛe: reſurrectionis ſue gra-
tiam largiatur. Qui tecum viuit. ⁊c.

Subdyaconꝰ legat hãc lc. ad gradum chori ſine titulo hoc modo. Exodi.

Cap. 12. B Dixit dñs ad moyſen et aaron in terra egypti. Menſis iſte vobis principiũ menſiũ: primꝰ erit i mẽſibꝰ anni. Loquimini ad vniuerſum cetũ filiorũ iſrael/⁊ dicite eis. Decima die mẽſis huius: tollat vnuſquiſqꝫ agnũ per familias ac domos ſuas. Sin autẽ minor eſt numerus: vt ſufficere poſſit ad veſcẽdũ agnũ: aſſumat vicinũ ſuũ qui cõiunctus eſt domui eiꝰ iuxta numerum aiarũ que ſufficere poſſint ad eſum agni. Erit enĩ agnus abſqꝫ macula: maſculus anniculus. Iuxta quẽ ritũ tolletis ⁊ hedum: et ſeruabitis eũ vſqꝫ ad quartãdecimã diẽ mẽſis huiꝰ. Immolabitqꝫ eũ vniuerſa multitudo filiorũ iſrael ad veſperũ: ſumentqꝫ de ſanguine agni/ac ponent ſup vtrũqꝫ poſtẽ: ⁊ in ſuperliminaribus domoꝝ/ in quibꝰ comedent illũ. Et edent carnes nocte illa aſſas igni: et azimos panes cũ lactucis agreſtibꝰ. Non comedetis ex eo crudũ quid/nec coctũ aqua ſed aſſum tantũ igni. Caput cũ pedibus eiꝰ ⁊ inteſtinis vorabitis: ⁊ os eiꝰ nõ cõfringetis: nec remanebit quicq̃ ex eo vſqꝫ mane. Si quid reſiduũ fuerit: igne cõburetis. Sic autẽ comedetis illũ. Renes veſtros accingetis: et calciamenta habebitis in pedibus: tenentes baculos in manibꝰ. Et comedetis feſtinãter. Eſt enim phaſe: id eſt tranſitus dñi. Chorus alternatim dicat tractum ſequentem. Tractus.

pſal. 139. et oĩa ſeq̃ta. Eripe me dñe ab homine malo: a viro iniquo libera me. ℣. Qui cogitauerunt malicias in corde: tota die cõſtituebant prelia. ℣. Acuerunt linguã ſuã ſicut ſerpẽtes: venenũ aſpidũ ſub labiis eorum. ℣. Cuſtodi me dñe de manu peccatoris: et ab hominibꝰ iniquis libera me. ℣. Qui cogitauerũt ſupplantare greſſus meos: abſcõderunt ſuperbi laqueũ michi. ℣. Et funes extenderũt in laqueum pedibꝰ meis: iuxta iter ſcandalũ poſuerũt michi. ℣. Dixi dño deꝰ meꝰ es tu: exaudi dñe vocẽ orationis mee. ℣. Dñe dñe virtus ſalutis mee: obũbraſti caput meum in die belli. ℣. Ne tradas me a deſiderio meo peccatori: cogitauerunt aduerſum me ne derelinquas me ne vnq̃ exaltentur. ℣. Caput circuitus eorũ labor labiorum ipſorum operiet eos. ℣. Veruntamen iuſti confitebuntur nomini tuo: et habitabunt recti cum vultu tuo.

¶ Sequatᷣ paſſio ſine Dñs vobiſcũ. et ſine titulo/ hoc modo incipiendo. m.



Ioh. cap. 18. A Egreſſus eſt ieſus cũ diſcipulis ſuis trans torrentẽ cedron/vbi erat ortus: in quẽ introiuit ipſe/⁊ diſcipuli eiꝰ. Sciebat autẽ ⁊ iudas q̃ tradebat eũ locũ: q꞉ frequẽter ieſus cõuenerat illuc cũ diſcipulis ſuis. Iudas ergo cũ accepiſſet cohortẽ/et a põtificibꝰ ⁊ phariſeis miniſtros: venit illuc cũ laternis/⁊ facibꝰ/⁊ armis. Ieſus itaqꝫ ſciens oĩa q̃ ventura erãt ſup eũ proceſſit ⁊ dixit eis. b Quẽ q̃ritis? m Reſpõderũt ei. a Ieſum nazarenũ. m Dicit eis ieſus. b Ego ſum. m Stabat autẽ ⁊ iudas q̃ tradebat eũ cũ ipſis. Ut ergo dixit eis ego ſum: abierũt retrorſum ⁊ ceciderũt in terrã. Iterũ ergo iterrogauit eos. b. Quẽ q̃ritis? m B Illi autẽ dixerunt. a. Ieſum nazare-

num. m Reſpondit ieſus. b Dixi vobis: quia ego ſum. Si ergo me queritis ſinite hos abire. m Ut impleretur ſermo quē dixit: quia quos dediſti michi nō perdidi ex eis quēq̈. Symō ergo petrus habens gladiū eduxit eū: et percuſſit pontificis ſeruū; et abſcidit auriculā eiꝰ dextrā. Erat autē nomen ſeruo malchus. Dixit ergo ieſus petro. b Mitte gladiū tuū in vaginam. Calicē quē dedit michi pater: non vis vt bibā illū? m Cohors ergo ⁊ tribunus ⁊ miniſtri iudeoꝝ cōprehēderunt ieſum ⁊ ligauerūt eū: et adduxerūt eū ad annā primū. Erat eni ſocer cayphe qui erat pōtifex anni illiꝰ. Erat autē
C cayphas qui cōſiliū dederat iudeis: qꝛ expedit vnum hominē mori ꝓ populo. Sequebatur autē ieſum ſymō petrꝰ: et alius diſcipulus. Diſcipulus autē ille erat notus pōtifici: et introiuit cū ieſu in atriū pōtificis. Petrus autem ſtabat ad oſtiū foris. Exiuit ergo diſcipulus alius qui erat notus pōtifici: et dixit oſtiarie: ⁊ introduxit petrum. Dixit ergo petro ancilla oſtiaria. a. Nūquid ⁊ tu ex diſcipulis es hominis iſtius? m Dicit ille. a Non ſum. m. Stabant autē ſerui ⁊ miniſtri ad prunas/ quia frigus erat: ⁊ calefaciebant
D ſe. Erat autē cū eis et petrus ſtans et calefaciens ſe. Pontifex ergo interrogauit ieſum de diſcipulis ſuis: ⁊ de doctrina eiꝰ. Reſpondit ei ieſus. b Ego palā locutus ſum mūdo. Ego ſemper docui in ſynagoga et in tēplo quo oēs iudei cōueniunt: et in occulto locutus ſum nichil. Quid me īterrogas? Interroga eos qui audierūt: quid locutꝰ ſum ipſis. Ecce hi ſciunt que dixerim ego. m Hec autē cū dixiſſet: vnus aſſiſtens miniſtrorū: dedit alapam ieſu dicens. a Sic reſpōdes pontifici? m. Reſpōdit ei ieſus. b Si male locutꝰ ſum: teſtimoniū perhibe de malo. Si autē bene: quid me cedis? m Et miſit eum annas ligatū ad caypham pontificem. Erat autē ſymō petrus ſtans:
E et calefaciens ſe. Dixerunt ergo ei. a. Nunquid ⁊ tu ex diſcipulis eiꝰ es? m. Negauit ille/ ⁊ dixit. a Non ſum. m. Dixit ei vnus ex ſeruis pontificis: cognatus eiꝰ cuius abſcidit petrus auriculā. a Nōne ego te vidi in orto cum illo? m Iterū ergo negauit petrus: et ſtatim gallus cantauit. Adducūt ergo ieſum a caypha in pretoriū. Erat autē mane. Et ipſi nō introierūt in pretoriū/ vt nō cōtaminarētur: ſed vt manducarent paſcha. Exiuit ergo pylatꝰ ad eos foras/ ⁊ dixit. a Quam accuſationē affertis aduerſus hominē hūc? m. Reſpōderūt et dixerūt ei. a Si nō eſſet hic malefactor: nō tibi tradidiſſemus eū.
F m Dixit ergo eis pylatus. a Accipite eū vos: ⁊ ſcd̄m legem veſtrā iudicate eū. m Dixerūt ergo ei iudei. a Nobis nō licet interficere quēq̈. m Ut ſermo ieſu īpleretur quē dixit: ſignificans qua morte eſſet moriturus. Introiuit ergo iterū in pretoriū pylatus: ⁊ vocauit ieſum/ ⁊ dixit ei. a Tu es rex iudeorū. m Reſpondit ieſus. b A temetipſo hoc dicis: an alij dixerūt tibi de me? m Reſpondit pylatus. a. Nūquid ego iudeus ſum? Gens tua et pōtifices tradiderūt te michi. Quid feciſti? m Reſpōdit ieſus. b Regnū
G meū non eſt de hoc mundo. Si ex hoc mundo eſſet regnū meū: miniſtri mei vtiqꝫ decertarēt vt nō traderer iudeis. Nunc autē regnū meū nō eſt hinc. m Dixit itaqꝫ pylatꝰ. a Ergo rex es tu? m Reſpondit ieſus. b Tu dicis: quia rex ſum ego. Ego in hoc natus ſum/ ⁊ ad hoc veni in mundū: vt teſtimoniū perhibeā veritati. Omnis qui eſt ex veritate: audit vocē meā. m Dicit ei pylatꝰ. a Quid eſt veritas? m Et cū hoc dixiſſet: iterū exiuit ad iudeos: et dixit eis. a Ego nullam inuenio in eo cauſam. Eſt autem cōſuetudo vobis:

vt vnum dimittam vobis in paſcha. Vultis ergo dimittam vobis regē iu-
Joh. 19.a deorū? m Clamauerūt rurſum oēs dicentes. a. Non hunc/ſed barrabā. m. Erat autē barrabas latro. Tūc ergo apprehendit pylatus ieſum: ⁊ flagellauit. Et milites plectentes coronam de ſpinis impoſuerūt capiti eius: et veſte purpurea circundederunt eū: ⁊ veniebant ad eū ⁊ dicebāt. a Aue rex iudeorum. m Et dabant ei alapas. Exiuit iterum pylatus foras ⁊ dixit eis. Ecce adduco eū vobis foras vt cognoſcatis quia nullam inuenio in eo cauſam. m Exiuit ergo ieſus portans ſpineā coronā: ⁊ purpureū veſtimentū. Et dixit eis pylatꝰ. a Ecce homo. m Cū ergo vidiſſent eū pontifices ⁊ miniſtri: clamabāt dicētes. a Crucifige crucifige eū. m Dixit ei pylatus. a Accipite eū vos ⁊ crucifigite. Ego eni nō inuenio in eo cauſam. m Reſpōderūt ei iudei. a Nos legem habemꝰ/⁊ ſcdm legē debet mori: quia filiū dei ſe fecit. m Cū ergo audiſſet pylatus hunc ſermonē: magis timuit. Et ingreſſus eſt pretoriū iterū: ⁊ dixit ad ieſum. a Vnde es tu? m Jeſus autē reſpōſum nō dedit ei. Dicit ergo ei pylatꝰ. a Michi non loqueris? Neſcis q̄a poteſtatē habeo crucifigere te: ⁊ poteſtatē habeo dimittere te? m Reſpōdit ieſus. b Non haberes poteſtatē aduerſum me vllam: niſi tibi datū eſſet deſup. Propterea q̄ tradidit me tibi: maius peccatū habet. m Et exinde querebat pylatus dimittere eū. Judei autē clamabant dicentes. a Si hunc dimittis: nō es amicus ceſaris. Omnis enim qui ſe regem facit: cōtradicit ceſari. m Pylatus ergo cum audiſſet hos ſermones / adduxit foras ieſum: ⁊ ſedit ꝓ tribunali/ ī loco qui dicit̄ licoſtratos: hebraice autē gabatha. Erat autem paraſceue paſche hora quaſi ſexta: et dixit eis. a Ecce rex veſter. m Illi autē clamabant. a. Tolle tolle crucifige eum. m Dicit eis pylatus. a Regem veſtrū crucifigā? m Reſpōderunt pontifices. a Nō habemus regē niſi ceſarē. m Tunc ergo tradidit eis illum: vt crucifigeretur. Suſceperunt autē ieſum ⁊ eduxerūt. Et baiulans ſibi crucē: exiuit in eum qui dicitur caluarie locū hebraice aūt golgotha/ vbi crucifixerunt eū. Et cū eo alios duos hinc ⁊ hinc: mediū autē ieſum. Scripſit autē titulū pylatus ⁊ poſuit ſup crucem. Erat autē ſcriptū Jeſus nazarenus rex iudeorū. Hunc ergo titulū multi legerūt iudeorū: q̄a ꝓpe ciuitatē erat locus vbi crucifixus eſt ieſus. Et erat ſcriptū: hebraice/ grece/ ⁊ latine. Dicebant ergo pylato: pōtifices iudeoꝝ. a Noli ſcribere rex iudeorū: ſed q̄a ipſe dixit rex ſum iudeorum. m Reſpōdit pylatus. a Quod ſcripſi ſcripſi. m Milites ergo cū crucifixiſſent eū: acceperunt veſtimēta eiꝰ/ et fecerunt quattuor partes vnicuiqꝫ militi partē ⁊ tunicā. Erat autē tunica inconſutilis/ de ſuper contexta per totum. Dixerūt ergo adinuicē. a Nō ſcindamus eam: ſed ſortiamur de illa cuius ſit. m Vt ſcriptura impleretur dicens. Partiti ſunt veſtimenta mea ſibi. Hic accedant duo miniſtri in ſuperpellicijs: vnus ad dextrū/ et alius ad ſiniſtrum cornu altaris: ⁊ inde duo lintheamina ammoueant: que ad hoc ſuper altare fuerunt appoſita ⁊ in veſtem meā miſerunt ſortē. Et milites quidē hec fecerūt. Stabāt autē iuxta crucē ieſu mater eius et ſoror matris eiꝰ maria cleophe/ ⁊ maria magdalene. Cū vidiſſet ergo ieſus matrē ⁊ diſcipulū ſtantē quē diligebat/ dixit matri ſue. b Mulier: ecce filiꝰ tuus. m Deinde dixit diſcipulo. b Ecce mater tua. m Et ex illa hora accepit eū diſcipulꝰ in ſuā. Poſtea ſciens ieſus quia iā oīa cōſummata ſunt: vt conſummaretur ſcriptura dixit. b Sitio. m Vas ergo

poſitum erat/aceto plenū. Illi autem ſpongiā plenā aceto/iſopo circūponētes obtulerunt ori eiꝰ. Cum ergo accepiſſet ieſus acetū: dixit. b Conſummatū eſt. m Et inclinato capite: tradidit ſpiritū. Sequatur Pater noſter. Aue maria. In manus tuas. m Iudei ergo quoniā paraſceue erat: vt nō remanerēt in cruce corpora ſabbato: erat enī magnus dies ille ſabbati: rogauerunt pylatū/vt frangerētur eoꝝ crura/⁊ tollerētur. Venerūt ergo milites: ⁊ primi quidē fregerunt crura: ⁊ alterius qui crucifixus eſt cū eo. Ad ieſum autē cū veniſſent vt viderēt eum iam mortuū/non fregerunt eiꝰ crura/ſed vnus militū lancea latus eiꝰ aperuit: ⁊ cōtinuo exiuit ſanguis ⁊ aqua.
G Et qui vidit teſtimoniū perhibuit: et verū eſt teſtimoniū eiꝰ. Et ille ſcit ꝗa vera dicit/vt et vos credatis. Facta ſunt enī hec: vt ſcriptura impleretur. Os non comminuetis ex eo. Et iterū alia ſcriptura dicit. Videbunt in quē tranſfixerunt. Euangelium.

Poſt hec autem rogauit pylatum ioſeph ab arimathia eo ꝙ eſſet diſcipulus ieſu: occultus autē propter metū iudeorū/vt tolleret corpus ieſu. Et permiſit pylatꝰ. Venit ergo: ⁊ tulit corpus ieſu. Venit autē ⁊ nichodemus/qui venerat ad ieſum nocte primū: ferens mixturā mirrhe et aloes quaſi libras centum. Acceperunt aūt corpus ieſu: ⁊ ligauerūt eū lintheis cū aromatibꝰ: ſicut mos iudeis eſt ſepelire. Erat autē ī loco vbi crucifixus eſt ortus: ⁊ ī orto monumētū nouū: ī quo nōdum quiſꝗ̄ poſitus erat. Ibi ergo ꝓpter paraſceuem iudeoꝝ: quia iuxta erat monumētum poſuerunt ieſum.

¶ Sequuntur orationes ſolennes: et ad vnāquāꝫ illarum dicitur Flectamus genua. niſi ad eam qua oratur pro iudeis. Et primo pro vniuerſali ſtatu eccleſie. Oratio.

Oremꝰ dilectiſſimi nobis in primis ꝓ eccleſia ſctā dei: vt eā deꝰ ⁊ dñs noſter pacificare/et cuſtodire dignet̄ toto orbe terrarū ſubijciens ei principatꝰ et poteſtates: detꝫ nobis quietā et tranquillā vitā degentibꝰ glorificare deū patrē oīpotentē. Deinde dicat ſacerđ. Oremꝰ. Deinde dicat diaconꝰ Flectamus genua. Leuate. Oratio.

Omnipotens ſempiterne deꝰ: qui gloriā tuā oībus in xp̄o gentibꝰ reuelaſti: cuſtodi q̄s opera mīe tue: vt eccl'ia tua toto orbe diffuſa: ſtabili fide in cōfeſſione tui nōis ꝑſeueret. Per eūdē. Chorus reſpondeat Amen et omnes orationes finiantur ſub tono p̄dicto.

¶ Pro Papa. Oratio.

Oremus ⁊ ꝓ beatiſſimo papa noſtro N. vt deus et dñs noſter qui elegit eū in ordine epiſcopatus ſaluū atꝫ incolumē cuſtodiat eccl'ie ſue ſctē ad regendū populū ſanctū dei. Oremus. Flectamꝰ genua leuate. Oratio.

Omnipotens ſempiterne deꝰ: cuiꝰ iudicio vniuerſa fundant̄: reſpice ꝓpiciꝰ ad preces nr̄as ⁊ electū nobis antiſtitē tua pietate conſerua: vt xp̄iana plebs q̄ tali gubernat̄ auctore: ſub tāto pōtifice credulitatis ſue meritis augeat̄. Per do. ¶ Pro vniuerſis ordinibꝰ. Oratio.

Oremus et pro oībus ep̄is/preſbiteris/diaconibꝰ/ſubdiaconibus/accolitis/exorciſtis/lectoribus/oſtiarijs/confeſſoribus/virginibꝰ/viduis: et pro oī populo ſancto dei. Oremus. Flectamus genua Leuate. Oratio.

Omnipotens ſempiterne deꝰ: cuiꝰ ſpiritu totum corpus eccleſie ſanctificatur ⁊ regitur: exaudi nos ꝓ vniuerſis ordinibꝰ ſupplicantes: vt gratie tue munere ab oībus tibi gradibꝰ fideliter ſeruiatur. Per do. in vnitate eiuſdem. ¶ Pro Rege. Oratio.

Oremus ⁊ ꝓ chriſtianiſſimo rege noſtro N. vt deus et dñs nr̄: ſubditas illi faciat oēs barbaras nationes: ad noſtrã ꝑpetuã pacẽ. Oremus. Flectamus genua. Leuate. Oratio.

Omnipotens ſempiterne deus: in cuius manu ſunt omniũ poteſtates et omniũ iura regnorũ: reſpice ad chriſtianorũ benignus imperiũ: vt gẽtes que in ſua feritate confidunt: potẽtie tue dextera comprimãtur. Per dominũ. ¶ Pro cathecuminis. Oratio.

Oremus ⁊ pro cathecuminis noſtris: vt deus et dominus noſter adaperiat aures precordiorum ipſorũ ianuãq; miſericordie ſue: vt per lauacrũ regenerationis: accepta remiſſiõe omniũ pctõrũ: ⁊ ipſi digni inueniant᷑/ in chriſto ieſu domino noſtro. Orem⁹ Flectamus genua. Leuate. Oratio.

Omñps ſempiterne deus: qui eccleſiam tuam noua ſemper prole fecundas: auge fidem et intellectum cathecuminis noſtris: vt renati fonte baptiſmatis: adoptionis tue filiis aggregentur. Per dñm noſtrũ ieſum.

¶ Pro quacũq; tribulatiõe. Oratio.

Oremus dilectiſſimi nobis deum patrẽ oĩpotentẽ: vt cunctis mundum purget erroribus: morbos auferat/ famẽ depellat/ aperiat carceres/ vincula diſſoluat/ peregrinãtib⁹ reditum/ infirmãtib⁹ ſanitatẽ/ nauigantibus portũ ſalutis indulgeat. Orem⁹. Flectamus genua. Leuate. Oratio

Omnipotens ſempiterne de⁹: meſtorum conſolatio: laborantium fortitudo: perueniant ad te preces de quacũq; tribulatione clamantium vt oẽs ſibi in neceſſitatibus ſuis: miam tuam gaudeãt affuiſſe. Per dominũ.

¶ Pro hereticis. Oratio.

Oremus ⁊ ꝓ hereticis ⁊ ſciſmaticis/ vt de⁹ ⁊ dñs noſter ieſus chriſtus/ eruat eos ab errorib⁹ vniuerſis/ et ad ſanctã matrẽ eccleſiã catholicã atq; apoſtolicã reuocare dignet᷑. Oremus. Flectam⁹ genua leuate. Or.

Omnipotens ſempiterne de⁹: qui ſaluas oẽs homines: et neminem vis perire: reſpice ad aĩas diabolica fraude deceptas vt omni heretica prauitate depoſita: errantiũ corda reſipiſcãt: et ad ꝟitatis tue redeãt vnitatẽ. ꝑ do.

¶ Pro perfidis iudeis. Oratio.

Oremus ⁊ pro perfidis iudeis: vt deus ⁊ dominus noſter/ auferat velamen de cordibus eorum: vt ⁊ ipſi agnoſcant ieſum chriſtum dominum noſtrum. Oremus. Non dicitur hic Flectamus genua. Leuate. Oratio.

Omnipotens ſempiterne de⁹: qui etiam iudaicam perfidiam a tua miſericordia nõ repellis: exaudi p̃ces noſtras quas ꝓ illius ppł̃i obſeruatione deferimus: vt agnita veritatis tue luce: q̃ xp̃s eſt: a ſuis tenebris eruatur Per eundẽ. ¶ Pro paganis. Oratio.

Oremus et pro paganis: vt deus oĩpotens auferat iniquitatem de cordibus eorũ: vt relictis idolis ſuis: cõuertantur ad deũ viuũ/ et verum: ⁊ vnicum filiũ ei⁹ ieſum chriſtum/ deũ et dñm noſtrũ cũ quo viuit et regnat cũ ſpũ ſctõ de⁹. Per oĩa ſecula ſclorũ. Orem⁹. Flectam⁹ genua leuate. Or.

Omñps ſempiterne de⁹ qui nõ vis mortẽ peccatorũ: ſed vitã ſemper inquiris: ſuſcipe ꝓpicius orationẽ noſtram: ⁊ libera eos ab idolorum cultura: et aggrega eccleſie tue ſancte ad laudem et gloriam nominis tui. Per.

¶ Finitis orationib⁹: exuat ſacer. caſulam ⁊ in ſede ſua iuxta altare ſe reponat/ cũ dyaco. ⁊ ſubdyaco. ⁊ interim alii duo preſbiteri de ſuperiori gradu nudatis pedib⁹ albis induti abſq; paratis tenẽtes crucẽ coopertã ſup brachia ſolẽniter inter eos retro magnũ altare in dextera parte cãtant hos ℣. Popule meus. Duo dyaconi de .ii. forma: in cappis ſuis nigris ad gradum chori ad altare cõuerſi dicant Agyos. Chorus rñdeat cũ genuflectiõe oſculãdo formulas trib⁹ vicib⁹ in vna reſuſpõſione: vnaqueqꝫ vice reſurgendo. **Sanctus deus.** Sacerdotes vero tenẽtes crucem retro altare: et dyaconi ad gradū chori dicāt. **Agyos.** ſemper ſint ſtantes. Itē ſacerdotes loco nõ mutato dicāt ℣. **Quia eduxi.** Dyaconi. **Agyos.** Chorus. **Sanctus deus.** Itē ſacerdotes loco nõ mutato dicāt ℣. **Quid vltra.** Dyaconi. **Agyos.** Chorus **Sanctus deus.** Deīde ſacerdotes diſcooperiētes crucē iuxta altare in dextera parte: canāt hāc āñ. **Ecce lignū.** Chorꝰ cū genuflexiõe oſculādo formulas reſpõdeat āñ. **Crucē tuā.** ps **Deus miſereatur.** Totus ps. dicatur ſine **Gl'ia patri.** a toto choro: ⁊ poſt vnūquēqꝫ ℣. repetatur āñ. ſimiliter a toto choro cū genuflexione: ⁊ interim ponatur crux ſolēniter ſuper tertiū gradū/ ab altari iuxta quā ſedeāt ꝓdicti ſacerdotes: vnꝰ a dextris: ⁊ alius a ſiniſtris. Deinde ꝓcedāt clerici ad crucē adorādā nudatis pedibus: incipiētes a maioribꝰ. Finito ps. cū āñ. cātetur ſequens hymnꝰ a duobꝰ ſacerdotibꝰ interim ſedētibꝰ iuxta crucē/ modo ſupradicto. Hymnus. **Crux fidelis.** Chorus eūdē repetat poſt vnūquēqꝫ ℣. interim ſedēdo. Itē ſacerdotes dicāt. **Pange lingua.** ℣. **De parentis.** ℣. **Hoc opus.** ℣. **Quando venit.** ℣. **Luſtra ſex.** ℣. **Hic acetū.** ℣. **Flecte ramos.** ℣. **Sola digna.** ℣. **Gloria ⁊ honor.** His finitis deportetur crux per mediū chori a ꝓdictis duobus ſacerdotibꝰ vbi a populo adoretur/ ante aliquod altare: et interim cātetur hec ſequēs āñ. in choro cū ſuo ℣. a toto choro interim ſedente. Cantor incipit āñ. **Dū fabricator.** ℣. **O admirabile preciū.** Adorata cruce et finita āñ. predicta cum ſuo ℣. predicti ſacerdotes ea reuerētia qua crucē antea exportauerūt: per mediū chori vſqꝫ ad ſummū altare iterum reportēt. Tūc conueniant oēs clerici de choro ad altare: et reinduat ſacerdos caſulā quā prius exuerat: ⁊ accedat ad gradū altaris cū dyacono ⁊ ſubdyacono/ ⁊ dicat. **Confiteor.** ⁊ **Miſereatur.** ⁊ **Abſolutionē.** cū precibꝰ ⁊ oratione. **Aufer a nobis dñe.** more ſolito: tamē hic nõ detur oſculū pacis. Deinde ſacrificio ſup altare more ſolito depoſito/ ⁊ incēſato cū aque ⁊ vini infuſione in calicē: ſꝫ poſt ablutionē manuū: dicat cū humiliatione corā altari. **In ſpiritu humilitatis** ⁊c. oſculādo altare ⁊ bñdicēdo ſacrificiū: ⁊ vertat ſe dicēdo. **Orate fratres:** more ſolitõ. Poſtea dicat ſtatim humili voce ſine nota. **Oremus. Preceptis ſalutaribus.** cū orõne dñicali ſcilicet/ **Pater noſter.** Chorꝰ reſpõdeat. **Sed libera nos.** Deinde dicat. **Libera nos queſumus.** et **Da propicius.** In qua oratione dū dicit **Per eūdē.** frāgat corpus dñi ſicut ſolet fieri ceteris diebus. Deinde dicat modeſta voce: videlicet ſine nota. **Per omnia ſecula ſeculorū.** Chorus reſpõdeat. **Amen.** Poſtea demittat in calicē: ſicut ſolet partē hoſtie. Non dr̄ **Pax dñi**/ nec **Agnus dei.** nec pax detur: ſed ſtatim cõicet ſe ſacerdos dicēdo. **Corpus dñi.** ⁊c. Ad corpus ⁊ ſanguinē. **Corpus et ſanguis dñi noſtri Ieſu xp̄i/ cuſtodiat nos in vitā eternam Amen.** nulla ꝓcedente orõne. Deinde poſt lotionē manuū dicāt veſperas/ nõ cātādo ſed bini: ⁊ bini priuatim coram altari hoc modo. āñ. **Calicē.** ps. **Credidi ꝓpter.** ⁊ cetere añe. cū ſuis ps. ſicut in die cene. āñ. **Cenantibus.** ps. **Magnificat.** Deinde ſtatim dr̄ **Pater noſter.** cū ps. **Miſerere.** Quo finito: dicat ſacerdos ī audiētia/ ſed ſine nota poſtcõ. ſine **Dñs vobiſcum.** ⁊ ſine **Oremus.** Hoc modo incipiens. **Reſpice qs dñe ſup hanc familiā.** ſine **Qui tecū.** ⁊ ſic miſſa ⁊ veſpere ſimul finiātur. Nõ dr̄ **Dñs vobiſcū**/ nec **Benedicamus dño**/ nec **Ite miſſa eſt.** Finitis veſpis: exuat ſacerdos caſulā: ⁊ aſſumēs ſecū vnū de prelatis in ſuperpelliciis amborum pedibus nudatis/ reponat crucē in ſepulchꝛū pariter cum coꝛpoꝛe dñico: ſcꝫ in pixide incipiens ipſe ſolus ℟. **Eſtimatus ſum.** genua flectendo cum ſuo ſocio: quo incepto/ ſtatim ſurgāt. ſimiliter fiat in ℟. **Sepulto dño.** Choꝛus pſequatur cū ſuo ꝟ. genuflectēdo ꝯtinue vſqꝫ in finē ſeruitij. Deinde incēſato ſepulchꝛo/ ⁊ clauſo oſtio: icipiat idē ſacer. ℟. **Sepulto.** Choꝛus cantet cū ſuo ꝟ. Ad iſtas tres ān. genuflec. duo predicti ſacer. ꝯtinue ſacerd. incipiat ān. **In pace.** Choꝛus proſequatur. **In idipſum.** Idē ſacer. ān. **In pace factus eſt.** Choꝛꝰ pſequatꝰ **Locus eius.** Item ſacerd. ān. **Caro mea.** Choꝛꝰ pſequatur **Requieſcet in ſpe.** His finitis ⁊ dictis oꝛ. ad placitū ſecrete ab omibꝰ cū genuflec. omibꝰ alijs ad libitū recedētibꝰ oꝛdine nō ſeruato reinduat ſacerdos caſulā eodē oꝛdine quo acceſſit in pꝛincipio ſeruitij cū dyacono/ ⁊ ſubdyacono: ⁊ ceteris miniſtris altaris abſcedat. Exinde ardebit cōtinue vnꝰ cereus ad minꝰ ante ſepulchꝛū vſqꝫ ad proceſſionē q̄ fit in reſur. dñica. in die paſ. ita tñ q̄ dū pſ. **Benedictus** canit̄ ⁊c. que ſequitur in ſequēti nocte extinguatur. Similiter extinguatur in vigi. paſ. dū bñdicit̄ nouꝰ ignis: vſqꝫ dū accēdatur cereus paſc. xxxvi. pedes cōtinens in longitudine.

Sabbato ſctō in vigilia paſche cōgregatis clericis in cho. dictaqꝫ hoꝛa nona: pꝛimo fiat bñdictio ignis ab executoꝛe officij/ induto veſtibꝰ ſacer. cū cappa ſerica. Dya. dalmatica/ ⁊ ſubd. tunica iduant̄ cū ceteris miniſtris altaris albis cū amictis indutis ſine ſerico: cū cereis ⁊ ſine cruce: ⁊ ſine igne i thuribulo q̄dā clericus de pꝛima foꝛma i ſuppellicijs cereū extictū ſup haſtā quādā deferēs: ⁊ pceſ. precedēs poꝛtitoꝛē aque bñdicte p mediū choꝛi ad nouū ignē bñdicēdū pceſ. cat: cho. ſequē. habitu nō mutato: ⁊ ad colūnā ex pte auſtrali: iuxta fontē vbi ſacerd. executoꝛ officij ignē bñdicat/ q̄ accēdat ibidē ſcꝫ i medio iter duas colūnas. In eūdo vero dr iſte pſ. **Dñs illuminatio,** ſine nota ⁊ ſine **Gloria patri.** Hoc mō fiat ſtatio ad ignē. Sacerd. iuxta ignē ſtet ad oꝛientē cōuerſꝰ: ⁊ ad ſiniſtrū eiꝰ ſtet dyaco. ſubd. vo ad ſiniſtrū dyaco. Ceroferariꝰ vnꝰ ſtet ſacer. oppoſitꝰ ad dexterā ceroferarij/ puer tenens librū pꝛimioꝛ ſacerdo. Aliꝰ aūt ceroferariꝰ ſtet retro ſacer. Ad dexterā eiuſd. ceroferarij: ſtet poꝛtitoꝛ aq̄ pꝛimioꝛ ſacer. Et vltio loco retro oēs a pte occidē. ſtet poꝛtitoꝛ haſte cū cereo. Et ex pte ignis auſtrali ſtet thuribulariꝰ ad accipiēdū ignē in thuribulari poſt benedict. Omibus iſtis miniſtris ad ſacerd. cōuerſis/ interim choꝛo circūſtāte videlꝫ ex parte boꝛeali. Sequatur bñdictio ignis ſolēniter. a ſacer. ita dicēte. **Dñs vobiſcum.** ⁊ **Oremus.** Oratio.

In illo tẽpore. Una ſabbati maria magdalene venit mane cũ adhuc tenebre eſſent / ad monumẽtum: ⁊ vidit lapidem ſublatum a monumento. Cucurrit ergo ⁊ venit ad ſymonem petrum: ⁊ alium diſcipulum quem amabat ieſus/ et dixit eis. Tulerunt dominum meum de monumẽto: ⁊ neſcio vbi poſuerunt eum. Exiit ergo petrus/ ⁊ ille alius diſcipulus: et venerũt ad monumentum. Currebãt autem duo ſimul: ⁊ ille alius diſcipulus p̄cucurrit citius petro: ⁊ venit prim⁹ ad monumentũ. Et cũ ſe inclinaſſet: vidit lintheamina poſita nõ tamen introiuit. Uenit ergo ſymon petrus ſequẽs eũ/ B ⁊ introiuit in monumentuz. Et vidit lintheamina poſita: ⁊ ſudariũ qd fuerat ſuper caput eius/ nõ cũ lintheaminibus poſitũ: ſed ſeparatim inuolutũ in vnum locũ. Tũc ergo introiuit ⁊ ille diſcipulus qui venerat primus ad monumentũ: ⁊ vidit ⁊ credidit. Nondum enim ſciebãt ſcripturas: q2 oportebat eum a mortuis reſurgere. Credo in.

Offr. Benedictus qui venit in nomine dñi: benediximus vos de domo dñi: deus dñs et illuxit nobis alla alla. pſal. 117. Secreta.

Concede queſumus dñe ſemper nos per hec myſteria paſchalia gratulari: vt continua noſtre reparationis operatio: perpetue nobis fiat cauſa leticie. Per dominum noſtruz.

Cõio. Omnes q̃ in chriſto baptizati eſtis/ chriſtum induiſtis alleluya. Gal. 3. ca. D Poſtcõio.

Redemptiõis noſtre munere vegetati queſum⁹ domine: vt hoc perpetue ſalutis auxilio/ fides ſemper vera proficiat. Per dominum.

¶ Dñica in octa. paſche. Officium.

Reſurrexi: et adhuc tecũ ſum alleluya: poſuiſti ſuper me manum tuam alleluya: mirabilis facta eſt ſciẽtia tua alla alla. pſal. 138. Ps. Domine probaſti me ⁊ cognouiſti me: tu cognouiſti ſeſſionem meam/ ⁊ reſurrectionẽ meam. Ibidẽ Gloria patri. Oratio.

Deus q̃ hodierna die ꝑ vnigenitũ tuũ eternitatis nobis aditũ deuicta morte reſeraſti: vota noſtra q̃ p̄ueniẽdo aſpiras: etiã adiuuãdo ꝓſequere. P eundẽ dñz nr̃m ieſuz. Nulla fiet mẽoria de dñica. Epła. Expurgate vetus. 1. cor. cp. 5. C Quere ſupra in die paſche. Loco grad. Alla. ℣. Paſcha nr̃z immolat⁹ eſt chriſtus. Secundũ. Alla. ℣. Angel⁹ domini deſcendit de celo: ⁊ accedens reuoluit lapidem/ et ſedebat ſuper eum. mat. 28 B Sequẽtia

Laudes ſaluatori: voce moduleremus ſupplici. Et deuotis melodiis: celeſti dn̄o iubilemus meſſie. Qui ſeipſum exinaniuit: vt nos perditos liberaret homines. Carne gloriam deitatis occulēs. Pānis tegitur. in preſepi: miſerās precepti trāſgreſſorem pulſum patria/ paradiſi nudulum. Joſeph marie: ſymeoni ſubdit. Circunciditur: ⁊ legali hoſtia mundatur vt peccator/ noſtra qui ſolet relaxare crimina. Serui ſubit manus baptizandus: ⁊ perfert fraudes tētatoris: fugit perſequentum lapides. Famen patitur: dormit ⁊ triſtatur/ ac lauit diſcipulis pedes deus homo ſummus humilis. Sed tamen inter hec abiecta corpis. Eius deitas nequaq̄ quiuit latere: ſignis variis ⁊ doctrinis predita. Aquam nuptiis dat ſaporis vinei. Cecos oculos claro lumine veſtiuit. Lepram luridaꝫ: tactu fugat placido. Plures ſuſcitat mortuos: mēbraqꝫ curat debilia. Fluxum ſanguinis conſtrinxit: ⁊ ſaturauit quinqꝫ de panibus/ quina milia. Stagnum peragrat fluctuans ceu ſiccum littus: vētos ſedat. Linguam reſerat conſtrictam: recluſit aures priuatas/ vocibus febres depulit. Poſt hec mira miracula taliaqꝫ. Sponte ſua comprehenditur: ⁊ damnatur. Et ſe crucifigi non deſperit. Sed ſol eius mortem non aſperit. Illuxit dies: quam fecit dominus. Hoſtem deuaſtans: ⁊ victor ſuis apparens dilectoribus viuꝰ. Primo marie: de hinc apoſtolis. Docens ſcripturas/ cor aperiens: vt clauſa de ipſo reſerarent. Fauent igitur reſurgenti chriſto cūcta gaudiis. Flores ſegetes rediuiuo fructu vernant: et volucres gelu triſti terſo/ dulce iubilant. Lucent clarius ſol ⁊ luna: morte chriſti turbida. Tellus herbida reſurgenti chriſto plaudit: que tremula eius morte ſe caſuram minitat. Ergo die iſta exultemus: qua nobis viā vite reſurgens/ patefecit ieſus. Aſtra/ ſolum mare iocūdentur: ⁊ cūcti gratulentur in celis ſpiritales chori trinitati. Euangel. Marie magdalene vt ſ. i die paſch.

Offi. Terra tremuit ⁊ quieuit: dum reſurgeret in iudicio deus allꝫa. Secreta. pſal. 75.

Suſcipe q̄s dn̄e p̄ces populi tui cū oblationibꝰ hoſtiarū: vt paſchalibus iniciate myſteriis: ad eternitatis nobis medelā/ te opante pficiāt. Per. Prefatio. Et te q̇dem. Infra canonē Cōicantes. ⁊ Hāc igit. Cōio. Paſcha noſtrum immolatus eſt chriſtus allꝫa: itaqꝫ epulemur in azimis ſinceritatis ⁊ veritatis alleluya: alleluya: alleluya. Poſtcōio. cor. i 5. C

Spiritum nobis domine tue charitatis infunde: vt quos ſacramētis paſchalibus ſatiaſti: tua facias pietate concordes. Per do. ¶ Miſſa dominicalis p hebdoma. dicit. Officiū.

Quaſi mō geniti īfantes alleluya rationabiles ſine dolo/ lac concupiſcite allꝫa: allꝫa: allꝫa: allꝫa. i. pe. c. 2. A

Ps. Exultate deo adiutori noſtro: iubilate deo iacob. Non dicitur Gloria in excelſis deo. in feriis per totum annum quando de feriis agitur: nec Ite miſſa eſt. Oratio. pſal. 80.

Preſta q̄s oīs deus: vt q̇ paſchalia feſta peregimꝰ: hec te largiente/ moribꝰ ⁊ vita teneamꝰ. Per dn̄m noſtrū ieſum chriſtū filiū. ⁊c. In oībꝰ fer. paſ. tpe ⁊ in oībꝰ fer. iii. lec. ſine regimi. cho. dicunt tres collecte/ ſicut in prima dn̄ica aduentus dn̄i prenotatū eſt. Lectio epl'e beati Johannis apl'i.

Chariſſimi. Omne qd̄ natū eſt ex deo: vincit mundum. Et hec eſt victoria q̄ vincit mundū fides noſtra. Quis eſt aūt qui vincit mūdum niſi q̇ credit quoniā ieſus eſt filius dei. Hic eſt qui venit per aquam ⁊ ſanguinem i. ca. 5. A. B ieſus chriſtus. Nõ in aqua ſolum: ſed aqua et ſanguine. Et ſpiritus eſt qui teſtificatur: quoniam chriſtus eſt veritas. Quoniam tres ſunt qui teſtimonium dant in celo: pater verbum ⁊ ſpiritus ſanctus: ⁊ hi tres vnuz ſunt. Et tres ſunt qui teſtimonium dant in terra: ſpũs/aqua/⁊ ſanguis: ⁊ hi tres vnum ſunt. Si teſtimoniũ hoīz accipimus: teſtimoniũ dei maiꝰ eſt. Qm̃ hoc eſt teſtimoniũ dei qđ maius eſt: qꝛ teſtificatus eſt de filio ſuo. Qui credit in filiũ dei: habet teſtimoniũ dei in ſe.

Loco grad. dicatur hoc. Alla. ℣. Poſt
Joh. c. 20 dies octo ianuis clauſis: ſtetit ieſus in medio diſcipulorum ſuorum: ⁊ dixit: pax vobis.
F Alleluya. ℣. Angelus domini deſcendit
mat. 28. a de celo: ⁊ ſedebat ſuper eum. Alius. ℣. Reſpondens angelus dixit mulieribus: quem
Jbi. queritis? Ille autem dixerunt ieſum nazarenum. Iſti duo. ℣. dicunt͛ per hebdo. alternis vicibus: ita tamē ꝙ ℣ꝰ. Reſpondens primo dicitur quādo de feria agitur. Et ſi nulla feria. ꝑ hāc hebdo. ad hoc vacauerit: tunc vltimus ℣. eo anno omnino pretermittatur. ¶ Et notandum eſt ꝙ omni die per hoc idem tempus dicunt͛ duo Alleluya. ad miſſam/de quocunqꝫ fiat ſeruitiuz: exceptis vigilijs paſche/aſceſſionis ⁊ pentheco. ⁊ niſi in miſſis que in proceſſione dicuntur. ¶ Secundum Johannem.



cap. 20 E In illo tēpore. Cũ eſſet ſero die illo vna ſabbatorũ: ⁊ fores eſſent clauſe vbi erāt diſcipuli cõgregati ꝓpter metũ iudeorum: venit ieſus: et ſtetit in medio/ et dixit eis. Pax vobis. Et cum hoc dixiſſet: oſtēdit eis manus et latus. Gauiſi ſunt ergo diſcipuli/viſo domino. Dixit ergo eis iterũ. Pax vobis. Sicut miſit me pater: et ego mitto vos. Hec cum dixiſſet inſufflauit: et dixit eis. Accipite ſpiritum ſanctuz. Quorum remiſeritis peccata: remittuntur eis. Et quorum retinueritis: retēta ſunt. F Thomas autem vnus ex duodecim qui dicitur didimus: non erat cum eis quando venit ieſus. Dixerũt ergo ei alij diſcipuli. Vidimus dominum. Ille autem dixit eis. Niſi videro in manibus eius fixuram clauorũ: ⁊ mittam digittum meum in locũ clauorum: ⁊ mittam manum meam in latus eius non credā. Et poſt dies octo: iterum erant diſcipuli eius intus: et thomas cum eis. Venit ieſus ianuis clauſis: ⁊ ſtetit in medio/et dixit eis. Par vobis. Deinde dicit thome. G Infer digitum tuum huc/et vide manus meas: ⁊ affer manum tuam/⁊ mitte in latus meum: ⁊ noli eſſe incredulus ſed fidelis. Reſpondit thomas ⁊ dixit ei. Dominus meus/⁊ deus meus. Dixit ei ieſus. Quia vidiſti me thoma/ credidiſti: beati qui nõ viderunt ⁊ crediderunt. Multa quidē ⁊ alia ſigna fecit ieſus in conſpectu diſcipulorum ſuorum: que nõ ſunt ſcripta in libro hoc. Hec autem ſcripta ſunt vt credatis: quia ieſus eſt chriſtus filius dei. Et vt credentes: vitam habeatis in nomine eius.

Offer. Angelus domini deſcē- mat. cap. 16 B
dit de celo et dixit mulieribus: quē queritis? ſurrexit ſicut dixit alleluya. Secreta.

Suſcipe munera queſumus dñe exultantis eccleſie: et cui cauſam tanti gaudij ꝯtuliſti: perpetuũ fructũ concede leticie. Per dominum. Cõio. Jo. 20 G
Mitte manum tuam et cognoſce loca clauorum alleluya: et noli eſſe incredulus ſed fidelis alleluya alleluya. Poſtcõmunic.

Queſumus domine deus noſter: vt ſacroſancta myſteria/que pro reparationis noſtre munimine contuliſti: et preſens nobis remedium eſſe facias et futurum. Per dominū nr̄m.

¶ Feria.iiij. Epła. Ad Corinthios.

1.ca. 15.b Fratres. Si chriſtus predicatur ꝙ reſurrexit a mortuis: quomodo quidam in vobis dicunt/ quoniam reſurrectio mortuorum nō eſt. Si autem reſurrectio mortuorum non eſt: neqꝫ chriſtus reſurrexit. Si autē chriſtus non reſurrexit: inanis eſt predicatio noſtra: inanis eſt/et fides veſtra. C Inuenimur autem et falſi teſtes dei: quoniam teſtimonium diximꝰ aduerſus deum/ꝙ ſuſcitauerit chriſtuꝫ quē non ſuſcitauit: ſi mortui nō reſurgūt. Nam ſi mortui non reſurgunt: neqꝫ chriſtus reſurrexit. Quod ſi chriſtus non reſurrexit: vana eſt fides veſtra. Adhuc enim eſtis in peccatis veſtris. Ergo et qui dormierūt ī chriſto perierunt. Si in hac vita tantum in chriſto ſperantes ſumꝰ: miſerabiliores ſumus omnibus hominibus. Nunc autē chriſtus reſurrexit a mortuis primitie dormientiū: quoniā quidem per hominem mors/et per hominem reſurrectio mortuorum. Et ſicut in adā omnes moriuntur: ita ⁊ in chriſto omnes viuificabuntur. Unuſquiſqꝫ autē in ſuo ordine: per ieſum chriſtū dominū noſtrum. ¶ Secundum Marcum.

cap. 16.b In illo tēpore. Surgens ieſus mane prima ſabbati: apparuit primo marie magdalene de qua eiecerat ſeptem demonia. C Illa vadens nūciauit his qui cum eo fuerant lugentibus/et flentibus. At illi audientes quia viueret/⁊ viſus eſſet ab ea: nō crediderūt. Poſt hec autem duobus ex his ambulantibꝰ: oſtenſus eſt in alia effigie/euntibus in villam. Et illi euntes/nūciauerunt ceteris: nec crediderunt illis.

¶ Feria.vj. Epiſtola. Ad Hebreos.

Fratres. Obedite prepoſitis veſtris: et ſubiacete eis. Ipſi enim cap. 13. C preuigilant/ quaſi rationem pro animabus veſtris reddituri: vt cum gaudio hoc faciant/et non gementes. Hoc enim non expedit vobis. Orate ꝑ nobis. Confidimus enim quia bonam conſcientiam habemus in oībus bene volentes conuerſari. Amplius autem deprecor vos hoc facere: quo celerius reſtituar vobis. Deus autem pacis/ D qui eduxit de mortuis paſtorem magnum ouium in ſanguine teſtamenti eterni dominum noſtrum ieſum chriſtum aptet vos in omni opere bono/ vt faciatis volūtatem eius: faciens in vobis quod placeat corā ſe per ieſum chriſtum: cui eſt gloria/in ſecula ſeculorum. Amen. Secundum Matheum

cap. 28.b In illo tempore. Exierunt mulieres de monumento/cum timore ⁊ gaudio magno: currentes nunciare diſcipulis eius. Et ecce ieſus occurrit illis dicens. Auete. Ille autem acceſſerunt/et tenuerunt pedes eius et adorauerunt eum. Tunc ait illis ieſus. Nolite timere. Ite nunciate fratribꝰ meis/ vt eant in galileam: ibi me videbunt. Que cum abijſſent: ecce quidaꝫ C de cuſtodibus venerunt in ciuitatem: et nunciauerunt principibus ſacerdotum/omnia que facta fuerant. Et cōgregati cum ſenioribus/conſilio accepto: pecuniā copioſam dederunt militibus dicentes. Dicite quia diſcipuli eius nocte venerunt: et furati ſunt eū nobis dormientibus. Et ſi hoc auditum fuerit a preſide: nos ſuadebimus D ei/et ſecuros vos faciemus. At illi accepta pecunia fecerūt ſicut erant edocti. Et diuulgatum eſt verbum iſtud apud iudeos: vſqꝫ in hodiernū diem.

¶ Sciendum eſt/ꝙ in omni feſto cum regimine chori ab octa. paſche vſqꝫ ad aſcenſionē domini ſecundū Alleluya. erit vnum de ſubſcriptis omnibus di-

ctis reincipiantur illa de ebdo.paſch.
videlicet de tertia/quarta/et quinta fe
riis per ordinem: quibus dictis rein=
cipiantur ſubſcripta: et ſunt nouem
Luce numero. Alleluya.℣.Mane nobiſcum
24.f domine: quia declinata eſt iam dies ad ve=
Ibid ſperum. Alla. ℣. Oportebat pati chri=
D ſtum/et reſurgere a mortuis: et ita intrare
Ro. in gloriam ſuam. Alleluya.℣.Chriſtus
6.G reſurgens ex mortuis/ iā non moritur mors
illi vltra nō dominabitur. Alla.℣.Sur=
rexit altiſſimus de ſepulchro qui pro nobis
pependit in ligno. Alleluya. ℣.Surrexit
chriſtus et illuxit populo ſuo: quem rede=
mit ipſe ſanguine ſuo. Alla.℣.Chriſtus
mortuus eſt propter delicta noſtra: et ſur=
rexit propter iuſtificationē noſtrā. Alla.
Lu. ℣. Surgens ieſus dominus noſter: ſtetit
24.f in medio diſcipulorum ſuorū: et dixit pax
mat. vobis. Alla.℣. Surrexit dominus/et
28.b occurrens mulieribus ait/ auete: tunc ac=
ceſſerunt/et tenuerunt pedes eius. Alla.
mar. ℣. In die reſurrectionis mee dicit domi=
14.c nus/precedam vos in galileam. Si ī hac
dominica vel in ſequentibus fiat ſer=
uitium de aliquo feſto cum regimine
chori: tunc ad miſſam ſcdm̄ Alleluya.
non erit de dñica: ſed vnum de.ix.pre=
dictis per ordinē. ¶ Dominica ſecun=
da poſt paſcha/hac die et omnibus do=
minicis diebus vſqꝫ ad aſcenſionem
domini: ſi a fine cum regimine chori
vacauerit: dicatur miſſa de reſurre=
ctiōe ſicut ī die paſche preter Grad.et
Communicantes.et Hanc igitur.ſed
nulla fiat memoria de dominica ad miſ=
ſam de reſurrectione. Et ſemꝑ dicitur
ſequentia. Victime paſchali laudes.
Et ſi feſtum alicuius ſancti cum regi
mine chori in dominica euenerit: tunc
de ſancto dicitur miſſa/et memoria de
reſurrectione; ſed non de dominica.
¶ Notandum eſt: ꝙ in omnibus do=
minicis a paſcha vſqꝫ ad aſcenſionem
domini: erit primum Alleluya.℣. Paſ
cha noſtrum. et ſecundum Alleluya.℣.De
ſua dominica: ſcilicet/ꝙ plus facit mē=
tionem de reſurrectione: quod eſt vlti
mum. Et ſemper infra predictum tē=
pus/de quocūqꝫ dicitur miſſa: fiat me=
moria de reſurrectiōe cum hac orōne.
Deus qui per vnigenitum.niſi in in=
uentiōe ſancte crucis. Miſſa vero do=
minicalis per ebdomadam/ dicitur cum
prefatione quotidiana. Et ſi nulla fe=
ria per ebdomadam vacauerit a feſto:
tunc in dominica in capitulo dicitur.

¶ Miſſa dominicalis ebdomade ſecū
de poſt paſcha. Ad miſſam. Officium.

Miſericordia paſ.
domini plena eſt ter 32.
ra alleluya: verbo
domini celi firmati
ſunt: alla alla.ps.
Exultate iuſti in do= Ibid
mino: rectos decet collaudatio. Oratio.

Deus qui in filii tui humilitate
iacentem mundum erexiſti: fide
libus tuis perpetuā concede leticiam:
vt quos perpetue mortis eripuiſti ca=
ſibus: gaudiis facias ſempiternis per
frui. Per eundem dñm noſtrū ieſum
chriſtum filium tuum. Qui tecum.

Lectio epiſtole beati petri apoſtoli.

Chariſſimi. Chriſtus paſſus eſt .2ca.
pro nobis: vobis relinquens ex= .D
emplum/ vt ſequamini veſtigia eius.
Qui peccatum non fecit: nec inuen=
tus eſt dolus in ore eius. Qui cum
malediceretur non maledicebat.
Cum pateretur: nō comminabatur.
Tradebat autem iudicanti ſe iniu=
ſte: qui peccata noſtra ipſe pertulit
in corpore ſuo ſuper lignum: vt pecca=
tis mortui/iuſtitie viuamus: cuius li=
uore ſanati ſumus. Eratis enim ſicut
oues errantes: ſed conuerſi eſtis nunc
ad paſtorem et epiſcopum animarum
veſtrarum. Alleluya.℣. Ego ſum pa= Joh.
ſtor bonꝰ: et cognoſco oues meas et cognoſ= 10.c
cunt me mee. Alla.℣. Surrexit paſtor Ibid

bonꝰ: qui poſuit animã ſuã pꝛo grege ſuo.

¶ Euangeliũ Secundũ Johannem.



cap. 10. b IN illo tpe dixit ieſus diſcipulis ſuis Ego ſum paſtoꝛ bonus. Bonꝰ paſtoꝛ animã ſuam dat ꝓ ouibꝰ ſuis Mercẽnarius autẽ/ et qui nõ eſt paſtoꝛ cuius nõ ſunt oues pꝛopꝛie: videt lupum veniẽtem/et dimittit oues et fugit: et lupus rapit/et
C diſpergit oues. Mercennariꝰ autẽ fugit: quia mercẽnarius eſt: et nõ pertinet ad eũ de ouibus. Ego ſum paſtoꝛ bonꝰ: ⁊ cognoſco oues meas: ⁊ cognoſcunt me mee. Sicut nouit me pater: et ego agnoſco patrẽ: et animã meam
D pono pꝛo ouibus meis. Et alias oues habeo que nõ ſunt ex hoc ouili: ⁊ illas opoꝛtet me adducere/⁊ vocẽ meam audient. Et fiet vnũ ouile: ⁊ vnꝰ paſtoꝛ.

Offer. Deꝰ deꝰ meꝰ/ad te de luce vigilo: ⁊
ps. 62. i noĩe tuo leuabo manꝰ meas alꝉa. Secr.

Benedictionem nobis domine cõferat ſalutarẽ/ſacra ſemꝑ oblatio: vt qđ agit myſterio/virtute perficiat. Per dñm. Cõio. Ego ſum paſtoꝛ
Joh. 10. c bonus alleluya: et cognoſco oues meas/et cognoſcunt me mee alꝉa alꝉa. Poſtcõio.

Pꝛeſta nobis queſumus omnipotens et miſericoꝛs deus: vt viuificationis tue gratiã conſequentes: in tuo ſemper munere gloꝛiemur. Per.

¶ Fer. iiii. Lectio epĺe btĩ petri apĺi.

1. ca. 1. C Chariſſimi. Scientes ꝙ non coꝛruptibilibus argẽto vel auro redempti eſtis de vana veſtra conuerſatione paterne traditionis: ſed pꝛecioſo ſanguine/quaſi agni incontaminati ⁊ immaculati chriſti: pꝛecogniti quidem ante mundi conſtitutionem. Manifeſtati autem nouiſſimis tempoꝛibꝰ/ ꝓpter vos qui per ipſum fideles eſtis in deum. Qui ſuſcitauit eum a moꝛtuis et dedit ei gloꝛiam: vt fides veſtra/ et ſpes eſſet in deo. Animas veſtras caſtificãtes
D i obediẽtia charitatis: i fraternitatis amoꝛe: ſimplici ex coꝛde inuicẽ diligite attentiꝰ: renati non ex ſemine coꝛruptibili: ſed incoꝛruptibili/ꝑ verbum dei viui: et permanentis in eternum. Quia omnis caro fenum: et omnis gloꝛia eius tãꝙ flos feni. Exaruit enim fenum: et flos eius cecidit. Verbum autem domini: manet in eternũ.

¶ Euãgelium Secundum Lucam.



cap. 24. A IN illo tẽpoꝛe vna ſabbati valde diluculo venerũt mulieres ad monumẽtum poꝛtãtes que parauerant aromata. Et inuenerũt reuolutũ lapidẽ a monumẽto: et ingreſſe/ nõ inuenerũt coꝛpꝰ dñi ieſu. Et factũ eſt dũ mente cõſternate eſſẽt de iſto: ecce duo viri ſteterũt iuxta illas/in veſte fulgenti. Cum timerent autẽ et declinarent vultum in terram dixerunt ad illas. Quid queritis viuentẽ cũ moꝛtuis? Nõ eſt hic: ſed ſurrexit. Recoꝛdamini qualiter locutus eſt vobis: cũ adhuc in galilea eſſet dicens. Quia opoꝛtet filium hoĩs tradi in manꝰ hominũ pctõꝝ/⁊ crucifigi: ⁊ tertia die reſurgere. Et rememoꝛate ſũt ꝟboꝝ eiꝰ: ⁊ regreſſe a monumẽto:

nunciauerũt hec oĩa illis vndecim/ et
ceteris oĩbꝰ. Erat aũt maria Magdalene
⁊ iohãna/ ⁊ maria iacobi: ⁊ cetere
que cũ eis erant: que dicebãt ad apl̃os
B hec. Et viſa ſunt ante illos ſicut deliramentũ
verba iſta: ⁊ nõ credebãt illis.
Petrꝰ aũt ſurgẽs/ cucurrit ad monumentũ:
⁊ ꝓcũbẽs vidit lintheamia
ſola poſita: ⁊ abijt: ſecũ mirãs qḋ factũ
fuerat. ¶ Feria ſexta. Ad Romanos.

ca. 5. FRatres. Sicut ꝑ vnꝰ delictũ/ in
D oẽs hoĩes in condemnationẽ: ſic
⁊ ꝑ vnius iuſtitiã in oẽs hoĩes/ in iuſtificationẽ
vite. Sicut enim per inobedientiã
vnius hominis: peccatores cõſtituti
ſunt multi: ita ⁊ per vnius obeditionẽ
iuſti cõſtituentur multi. Lex
aũt ſubintrauit: vt abũdaret delictũ.
Ubi aũt abũdauit delictũ: ſuperabũdauit
⁊ gratia: vt ſicut regnauit pctm̃
in mortẽ: ita ⁊ gratia regnet per iuſtitiam
in vitam eternã. Per ieſum xp̃m
dñm nr̃m. ¶ Secundum matheum.

ca. 9. IN illo tpe. Acceſſerũt ad ieſum diſcipuli
B iohãnis dicentes. Quare
nos ⁊ phariſei ieiunamꝰ frequẽter: diſcipuli
aũt tui nõ ieiunãt? Et ait illis
ieſus. Nunqḋ pñt filij ſpõſi lugere: q̃diu
cũ illis eſt ſpõſus? Venient autem
dies cũ auferetᷓ ab eis ſpõſus: ⁊ tũc ieiunabũt.
Nemo autẽ immittit cõmiſſuram
panni rudis/ in veſtimentum.
Tollet enim plenitudinẽ eius a veſtimento:
⁊ peior ſciſſura fit. Neqꝫ mittunt
vinum nouum in vtres veteres:
alioquin rumpuntᷓ vtres/ ⁊ vinum effundetᷓ:
et vtres peribunt. Sed vinuꝫ
nouũ in vtres nouos mittũt: ⁊ ambo
conſeruãtur. ¶ Miſſa dñicalis hebdomade
tertie. Ad miſſam. Officium.

ps. 65. IUbilate deo omnis terra alleluya: pſalmum
dicite nomini eiꝰ alleluya:
Ibid date gloriam laudi eius: alleluya. ps Dicite deo q̃ terribilia
ſunt opera tua domine in multitudine
virtutis tue. B Oratio.

DEus qui errantibus vt in viam
poſſint redire iuſtitie/ veritatis
tue lumen oſtendis: da cunctis qui
chriſtiana profeſſione cenſentur ⁊ illa
reſpuere/ q̃ huic inimica ſunt nomini:
et ea que ſunt apta ſectari. Per dñm.
¶ Lectio epiſtole beati Petri apl̃i.

CHariſſimi Obſecro vos tanq̃
aduenas ⁊ peregrinos abſtinere 1. ca.
vos a carnalibus deſiderijs: que militant 2. C
aduerſus animam. Cõuerſationem
veſtrã inter gẽtes habẽtes bonã:
vt in eo qḋ detractant de vobis tanq̃
de malefactoribus: ex bonis operibus
vos conſiderãtes: glorificẽt deũ in die
viſitationis. Subiecti igitᷓ eſtote omni
humane creature propter deũ Siue
regi/ quaſi precellẽti: ſiue ducibus/
tanq̃ ab eo miſſis ad vindictã malefactorum:
laudem vero bonoruꝫ. Quia
ſic eſt voluntas dei: vt benefacientes
obmuteſcere faciatis imprudentium
hominum ignorantiam. Quaſi liberi:
⁊ non quaſi velamen habentes malicie
libertatem: ſed ſicut ſerui dei omnes
honorate: fraternitatem diligite.
Deũ timete: regem honorificate. Serui
ſubditi eſtote in omni timore dñis:
nõ tantũ bonis ⁊ modeſtis: ſed etiã diſcolis.
Hec eſt enim gratia. In chriſto
ieſu: dño noſtro. Alla. ℣. Modicum et Joh.
non videbitis me dicit dominus: iterũ modicum 16. d
et videbitis me quia vado ad patrẽ. Ibid
Alla. ℣. Iterũ aũt videbo vos ⁊ gaudebit
cor veſtrũ: ⁊ gaudiũ veſtrũ nemo tollet
a vobis. Alla. ℣. Surrexit chriſtus qui
creauit omnia: et miſertus eſt humano generi.
In hac hebdo. ad miſſam in diebus
profeſtis primum Alla. ſcilicet.
Modicũ. Dicitᷓ per totam hebdo. loco
grad. ⁊ alia duo dicũtᷓ alternis vicibꝰ
in ferijs ⁊ in feſtis triũ lectionum: qḋ
etiã in prima ſequẽti hebdo. obſeruandum
eſt. ¶ Secundum Johannem.



cap. 16 D IN illo tēpore. Dixit ieſ⁹ diſcipulis ſuis. Modicum et iā nō videbitis me: et iterū modicū ⁊ videbitiȝ me quia vado ad patrem. Dixerūt ergo diſcipuli eius adinuicem.
Quid eſt hoc qđ dicit nobis: modicū ⁊
nō videbitis me: ⁊ iterū modicū ⁊ videbitis
me: ⁊ qꝛ vado ad patrē? Dicebant
ergo. Quid eſt hoc qđ dicit modi
cum? Neſcimus quid loquitur. Cognouit
autē ieſus qꝛ volebāt eum interrogare:
⁊ dixit eis. De hoc queritis
inter vos: qꝛ dixi modicum ⁊ nō videbitis
me: ⁊ iterꝝ modicum ⁊ videbitis
me. Amē amen dico vobis: qꝛ plorabitis
⁊ flebitis vos: mūd⁹ aūt gaudebit.
Vos autem contriſtabimini: ſed triſtitia
veſtra vertetur in gaudiū. Mu
lier cum parit/triſtitiam habet: qꝛ ve
nit hora eius. Cum autē peperit puerum:
E iam nō meminit preſſure ꝓpter
gaudiū: qꝛ natus eſt homo in mundū.
Et vos igitr̄ nūc quidē triſtitiā habetis:
iterum autē videbo vos: ⁊ gaudebit
cor veſtrum: ⁊ gaudium veſtrum
nemo tollet a vobis. Offr̄. Lauda ani
psal. ma mea dn̄m: laudabo dn̄m ī vita mea pſal
145 lam deo meo q̄diu ero alleluya. Secreta.
HIs nobis q̄s domine myſteriis
conferatur: quo terrena deſideria
mitigantes: diſcamus amare celeſtia.
Per. Cōio. Modicum ⁊ nō videbitis
Jo. me alla: iterū modicum ⁊ videbitis me
16. d qꝛ vado ad prēȝ alla alla. Poſtcōio.
REſpice q̄s domine populuȝ tuū
⁊ quem eternis dignatus es renouare
myſteriis: a tēporalibus culpis dignāter
abſolue. Per dn̄m noſtrum.
¶ Feria. iiij. Lectio b̄ti Johis apl̄i.
CAriſſimi. Hec ſcribo vobis vt nō cap. 2
peccetis. Sȝ ⁊ ſi q̄s peccauerit aduocatū A
habem⁹ apud prēm ieſuȝ chriſtum
iuſtū: ⁊ ipſe eſt ꝓpiciatio ꝓ peccatis
noſtris. Nō pro noſtris autē tantum:
ſed etiā pro toti⁹ mundi: ⁊ in hoc
ſcimus: q̄m cognouim⁹ eū ſi mandata
eius obſeruamus. Qui dicit ſe noſſe
eum: ⁊ mandata eius nō cuſtodit: mēdax
eſt/⁊ veritas in eo nō eſt. Qui autem
ſeruat verbū ei⁹: vere in hoc charitas
dei perfecta eſt. In hoc ſcimus
q̄m in eo ſum⁹ ſi in ipſo perfecti fuerimus.
Qui dicit ſe in ipſo manere: debet
ſicut ⁊ ille ambulauit/⁊ ipſe ambulare.
Chariſſimi: nō mandatū nouum B
ſcribo vobis: ſed mandatū vet⁹/
quod habuiſtis ab initio. Mandatum
vetus: eſt verbuȝ quod audiſtis. Iterum
mandatuȝ nouum ſcribo vobis:
quod verum eſt in ipſo: et in vobis.
Quoniam tenebre tranſierūt: ⁊ verū
lumen iam lucet. Per ieſum chriſtuȝ
dn̄m noſtrū. Secundum Johannem. C.3
IN illo tēpore. Facta eſt queſtio ex
diſcipulis iohānis cū iudeis de purificatione.
Et venerūt ad iohānem: ⁊
dixerūt ei. Rabbi: qui erat tecū trans
iordanem/cui teſtimonium perhibuiſti:
ecce hic baptizat/⁊ oēs veniunt ad
eum. Reſpōdit iohannes: ⁊ dixit. Nō
pōt homo accipere quicq̄: niſi illi datū
fuerit de celo. Ipſi vos michi teſtimonium
perhibetis quod dixerim. nō D
ſum ego chriſtus ſed quia miſſus ſum
ante illuȝ. Qui habet ſponſum ſponſus
eſt. Amicus autem ſponſi qui ſtat
et audit eum: gaudio gaudet propter
vocem ſponſi. In hoc ergo gaudium
meum impletum eſt. Illum oportet
creſcere: me autē minui. Qui de ſurſum
venit: ſuper omnes eſt. Qui eſt

de terra/ de terra eſt: ⁊ de terra loquit̄: Qui de celo venit: ſuper oēs eſt. Et qđ vidit ⁊ audiuit. hoc teſtat̄: ⁊ teſtimonium eiꝰ nemo accipit. Qui autē acceperit eius teſtimoniū/ ſignauit: q: deꝰ verax eſt. Quem enim miſit deꝰ: verba dei loquitur. Non enim ad menſuram dat deus ſpiritum. Pater diligit filiū: ⁊ omnia dedit in manu eiꝰ. Qui credit in filiuz: habet vitam eternam. Qui aūt incredulus eſt filio/ nō videbit vitā: ſed ira dei manet ſuper eum.

¶ Feria ſexta. Ad theſſalonicenſes.

1. ca. 5. A Fratres. Oēs enim vos filij lucis eſtis: ⁊ filij dei. Nō ſumꝰ noctis neqꝫ tenebrarū. Igit̄ nō dormiamus ſicut ⁊ ceteri: ſed vigilemꝰ/ ⁊ ſobrij ſimus. Qui enim dormiūt: nocte dormiūt. Et qui ebrij ſunt: nocte ebrij
B ſunt. Nos autē qui diei ſumus. ſobrij ſimus: induti loricā fidei ⁊ charitatis: ⁊ galeā ſpem ſalutis. Qm̄ non poſuit nos deꝰ in irā: ſed in acquiſitionē ſalutis per dn̄m noſtrū ieſuz chriſtū qui mortuus eſt pro nobis: vt ſiue vigilemus/ ſiue dormiamꝰ ſimul cū illo viuamꝰ. Propter qđ cōſolamini inuicē: ⁊ edificate alterutruz. In chriſto ieſu dn̄o noſtro.

¶ Secundum Iohānem.



cap. 12 G In illo tēpore. Dixit ieſꝰ diſcip. ſuis ego lux i mūdū veni: vt omnis q̄ credit i me/ i tenebris non maneat. Et ſi q̄s audierit v̄ba mea ⁊ nō cuſtodierit ea: ego nō iudico eū. Nō enim veni vt iudicē mundū: ſed vt ſaluificē mundū. Qui ſpernit me ⁊ nō accipit v̄ba mea: hꝫ q̄ iudicet eū. Sermo quē locutꝰ ſum: ille iudicabit eū in nouiſſimo die. Quia ego ex meipſo nō ſum locutꝰ/ ſed q̄ miſit me pater: ipſe michi mandatuz dedit quid dicā ⁊ quid loquar: ⁊ ſcio quia mandatum eius vita eterna eſt. Que ergo ego loquor ſicut dixit michi pater: ſic loquor.

¶ Miſſa dn̄icalis. hebdomade quarte poſt paſcha. Officiū.

Cantate dn̄o cā- pſal. 97.
ticum nouum all'a: q: mirabilia fecit dn̄s alleluya ante conſpectum gentiuz reuelauit iuſticiam ſuam alleluya alleluya. Ps. Saluauit ſibi dextera eius ⁊ brachiū ſanctuz eius. Oratio. pſal. 77.

Deus qui fideliū mentes/ vnius efficis voluntatis: da populis tuis/ id amare quod precipis: id deſiderare quod promittis: vt inter mundanas varietates/ ibi noſtra fixa ſint corda: vbi vera ſunt gaudia. Per dn̄m nr̄m.

¶ Lectio epiſtole beati Iacobi apl̄i.

Chariſſimi. Omne datū optimū: cap. 1.
⁊ omne donū perfectū de ſurſum C
eſt deſcendēs a patre luminum: apud quem nō eſt tranſmutatio: nec viciſſitudinis obūbratio. Voluntarie enim genuit nos verbo veritatis vt ſimꝰ initium aliqđ creature eius. Scitis fratres mei dilectiſſimi. Sit autē omnis homo velox ad audiendū: tardus autē ad loquendum: ⁊ tardus ad iram. Ira enim viri iuſticiā dei nō operat̄. Propter qđ abiicientes oēm immūdiciaz/ et abundantiā malicie: in māſuetudine ſuſcipite inſitū verbū. Qđ pōt ſaluare aīas veſtras. All'a. ℣. Vado ad eum
qui miſit me: ſed q: hec locutus ſum vobis: Io.
triſticia impleuit cor veſtrū. All'a. ℣. Ego 16 C
veritatem dico vobis: expedit vobis vt ego Ibid
vadam. All'a. ℣. Surrexit dn̄s vere ⁊ apparuit petro. Et dicunt̄ ſicut notat̄ in proxima dominica precedenti Euan-

gelium. Secundum Johannem.



caþ. 16B IN illo tp̄e dixit ieſ⁹ diſcipulis ſuis. Vado ad eum qui me miſit: ⁊ nemo ex vobis / īterrogat me: quo vadis. Sz qꝛ hec locut⁹ ſuz vobis: triſticia impleuit coꝛ veſtrū. Sed ego veritatē dico vobis / expedit vobis / vt ego vadā. Si eni nō abiero / paraclyt⁹ nō veniet ad vos. Si aūt abiero: mittam eum ad vos. Et cū venerit ille arguet mundū de peccato: ⁊ de iuſtitia: ⁊ de iudicio. De peccato quidē: qꝛ nō crediderūt in me. C De iuſtitia vero: qꝛ ad patrem vado: ⁊ iam nō videbitis me. De iudicio autē: qꝛ pꝛinceps hui⁹ mūdi / iam iudicatus eſt. Adhuc multa habeo vobis dicere: ſed nō poteſtis poꝛtare modo. Cum aūt venerit ille ſpūs veritatis: docebit vos oēm veritatem. Nō enim loquet᷑ a ſemetipſo: ſed quecunqꝫ audiet / loquet᷑: ⁊ q̄ vētura ſunt annūciabit vobis. Ille me clarificabit: qꝛ de meo accipiet: ⁊ annūciabit vobis. Oia q̄cūqꝫ habet pater: mea ſunt Pꝛopterea dixi qꝛ de meo accipiet: et annūciabit vobis. Offer. Jubilate deo ps. 65. vniuerſa terra iubilate deo vniuerſa terra: pſalmū dicite nomini eius: venite ⁊ audite: ⁊ narrabo vobis oēs qui timetis deum q̄nta fecit dominus anime mee alła. Secreta.

DEus qui reſurgens a mortuis: paſſione ceſſata potētioꝛē te tuis diſcipulis reddidiſti: cōcede pꝛopici⁹: vt nos quoqꝫ maieſtati tue hoc paſchale ſacrificium conciliet: et ad gratiam tuam pꝛomerendam / in bonis operibus efficiat pꝛomptioꝛes. Qui viuis ⁊ reg. Cōio. Joh. 16B Dum venerit paraclytus ſpūs veritatis ille arguet mundum de peccato: et de iudicio alleluya alleluya. Poſtcōio.

ADeſto nobis domine deus noſter vt per hec que fideliter ſumpſimus: et purgemur a vicijs: et a periculis omnibus eruamur. Per dñm noſtrum ieſum xp̄z. C Feria quarta.

Lectio epiſtole beati iacobi apoſtoli.

CHariſſimi. Nolite in perſonarū acceptione habere fidem domini noſtri ieſu chꝛiſti gloꝛie. caþ. 2 A Etenīz ſi introierit vir in conuentum veſtrum / annulum aureū habens in veſte candida: introierit autem ⁊ pauper in ſoꝛdido habitu: et intendatis in eum qui indutus eſt veſte pꝛeclara / et dixeritis ei. Tu ſede hic bene: pauperi autē dicatis / tu ſta illic: aut ſede ſub ſcabello pedum meoꝛum: nōne iudicatis apud voſmetipſos / et facti eſtis cogitationū iniquarū iudices? Audite fratres mei dilectiſſimi. Nonne deus elegit pauperes in hoc mundo diuites in fide et heredes regni: quod repꝛomiſit deus diligentibus ſe? Vos autē exhonoratis pauperem. B Nōne diuites per potētiam oppꝛimūt vos: ⁊ ipſi trahūt vos ad iudicia? Nōne ipſi blaſphemāt bonum nomen / qđ inuocatum eſt ſuper vos? Si tamen legem perficitis regalem ſecunduz ſcripturas: diliges pꝛoximum tuum / ſicut teipſum: benefacitis. Si autem perſonas accipitis: peccatum operamini: redarguti a lege quaſi tranſgreſſoꝛes. Quicunqꝫ autem legem totam ſeruauerit: offendat autem in vno / factus eſt omniū reus. Qui enim dixit nō mechaberis: dixit ⁊ nō occides. Qđ ſi nō mechaberis / occides aūt: factus es trāſgreſſoꝛ legis. C Sic loq̃mini ⁊ ſic facite: quaſi p legē libertatis / incipiētes iudicare. Judiciū enim ſine miſericoꝛdia: illi qui nō facit miam. Superaltat autem miſericoꝛdia iudicium. ¶ Scdm Lucam.

cap. 17. b In illo tempoꝛe. Reſpiciens ieſus in diſcipulos ſuos: dixit. Pater ſancte ſerua eos in nomine tuo quos dediſti michi: vt ſint vnū ſicut et nos. c Cum eſſem cū eis ego ſeruabam eos in nomine tuo. Quos dediſti michi: ego cuſtodiui: ꝛ nemo ex eis periit/ niſi filius perditionis: vt ſcriptura impleatur. Nunc autem ad te venio: et hec loquoꝛ in mundo: vt habeant gaudium meum impletum in ſemetipſis. Ego dedi eis ſermonē tuum: et mundus eos odio habuit: quia non ſunt de mundo: ſicut et ego non ſum de mundo. Non rogo vt tollas eos de mundo: ſed vt ſerues eos a malo. ¶ Feria. vi.

Lectio epiſtole beati Jacobi apoſtoli.

ca. 2. D Chariſſimi. Videtis quoniam ex operibus iuſtificatur homo: ꝛ nō ex fide tantum. Similiter autē ꝛ raab meretrix nōne ex operibus iuſtificata eſt ſuſcipiēs nūcios: et alia via eiciēs. Sicut enī coꝛpus ſine ſpū moꝛtuū eſt: ita et fides ſine operibus: moꝛtua eſt.

¶ Euangelium Scdm Johannem.



cap. 13. d In illo tpe Dixit ieſus diſcipulis ſuis Filioli: adhuc modicum tempus vobiſcum ſum. Queritis me/ et ſicut dixi iudeis: quo ego vado vos nō poteſtis venire. Et vobis dico modo. Mandatum nouum do vobis/ vt diligatis inuicem ſicut dilexi vos: vt et vos inuicem diligatis. In hoc cognoſcent omnes: quia diſcipuli mei eſtis: ſi dilectionem habueritis ad inuicem. Dicit ei ſymon petrus. Domine quo vadis? Reſpōdit ieſus. Quo ego vado/ nō potes me modo ſequi: ſequeris autem poſtea. ¶ Miſſa dominicalis ebdo. v. poſt paſcha. Officium.

Vocem iocunditatis annunciate ꝛ audiatᷣ alleluya: nunciate vſqꝫ ad extremum terre liberauit dñs populum ſuum: alleluya alleluya. ps. Jubilate deo omnis terra: pſalmū dicite nomini eius: date gloꝛiam laudi eius. psal. 65. Oratio.

Deus a quo cuncta bona pꝛocedunt: largire ſupplicibus tuis/ vt cogitemus te inſpirante que recta ſunt/ et te gubernante eadem faciamus. Per dominū noſtrū ieſum xp̄m.

Lectio epiſtole beati Jacobi apoſtoli.

ch. 1. D Chariſſimi. Eſtote factoꝛes verbi/ et non auditoꝛes tantum: fallentes voſmetipſos. Quia ſi quis eſt auditoꝛ verbi/ et non factoꝛ: hic comparabitur viro conſideranti vultum natiuitatis ſue in ſpeculo. Conſiderauit enim ſe: et abiit: et ſtatim oblitus eſt qualis fuerit. Qui autem perſpexerit in lege perfecte libertatis/ et permanſerit in ea non auditoꝛ obliuioſus factus/ ſed factoꝛ operis: hic beatus in facto ſuo erit. Si quis autem putat ſe religioſum eſſe: non refrenans linguam ſuam/ ſed ſeducens coꝛ ſuum: huius vana eſt religio. Religio munda et immaculata apud deum: et patrem hec eſt: viſitare pupillos et viduas in tribulatione eoꝛum: et immaculatum ſe cuſtodire: ab hoc ſeculo. Joh. cap. 16. f Alleluya. ꝟ. Vſqꝫ modo non petiſtis quicꝙ in nomine meo: petite et accipietis. Ro. ca. 6 B Alleluya. ꝟ. Surrexit chꝛiſtus iam non moꝛitur: moꝛs illi vltra non dominabitur. ¶ Secundum Johannem.



cap. 16 C IN illo tēpore. Dixit ieſ⁹ diſciplis ſuis. Amen amē dico vobis: ſi q̇d petieritis patreꝫ in nomie meo / dabit vobis. Uſqꝫ modo nō petiſtis quicꝙ̄ in noīe meo. Petite/et accipietis: vt gaudiū veſtrū ſit plenū. Hec in pṽerbijs locutus ſum vobis. F Venit hora: cū iam nō in prouerbijs loquar vobis: ſꝫ palam de patre meo annūciabo vobis. Illo die in nomine meo petetis. Et nūc dico vobis: q2 ego rogabo patrē de vobis. Ipſe enim pater amat vos: quia vos me amaſtis: ⁊ credidiſtis/ q2 ego a deo exiui. Exiui a patre: et veni in munduꝫ. Iterum relinquo munduꝫ: ⁊ vado ad patrem. Dicunt ei diſcipuli eius. Ecce nūc palā loqueris: ⁊ prouerbiū nullum dicis. Nunc ſcimus/ q2 ſcis oīa: ⁊ nō opus eſt tibi/ vt quis te interroget. In hoc credimus: quia a a deo exiſti.

pſa. 65. Offm. Benedicite gentes dñm deum noſtrum: ⁊ obaudite vocem laudis eius: qui poſuit animam meā ad vitā: ⁊ nō dedit cōmoueri pedes meos benedictus dominus qui non amouit deprecationē meā: ⁊ miſericordiam ſuam a me alleluya. Secreta.

SUſcipe queſumus domine fidelium preces/ cum oblationibus hoſtiarium: vt per hec pie deuotionis officia: ad celeſtem gloriam tranſeamus. Per dominum noſtrum ieſum chriſtuꝫ. Qui tecum vi. Cōio. Cantate dño alleluya: cantate domino ⁊ benedicite nomen eius: bene nunciate de die in dieꝫ ſalutare ei⁹ alleluya alleluya. Poſtcōio. pſal. 95.

TRibue nobis domine queſum⁹ celeſtis menſe virtute ſatiatis: ⁊ deſiderare que recta ſunt: et deſiderata percipere. Per dominum noſtrum ieſum chriſtum. Qui te. ¶ Feria ſecunda in rogationibus: ſi a feſto cū regimine chori vacauerit dicit̄ poſt ſextam pro magna miſſa. ſcilicet Vocem iocunditatis. vt ſ̄ in dominica. Et in proceſſione dicit̄ hec miſſa. Officiū.

pſal. 17. EXaudiuit de templo ſancto ſuo vocem meam alla: ⁊ clamor meus in conſpectu eius/ introiuit in aures eius alleluya alla. ps. Diligam te domine fortitudo mea: dominus firmamentum meū ⁊ refugium meum: ⁊ liberator meus. Ibi. Oratio.

PReſta queſumus oīpotēs deus: vt qui in afflictiōe noſtra de tua pietate confidimus: contra aduerſa omnia/ tua ſemper protectione muniamur. Per dominum. Secunda oratio de ſācto/ de quo eſt eccleſia illa: tertia oratio/ de omnibus ſanctis. Oratio. Concede queſumus oīpotens deus. Lectio epiſtole beati Iacobi apoſtoli.

cap. 5. D CHariſſimi. Confitemini alterutrum peccata veſtra: ⁊ orate pro inuicem/ vt ſaluemini. Multuꝫ enim valet deprecatio iuſti aſſidua. Helias homo erat ſimilis nobis paſſibilis: et oratione orauit vt non plueret ſuper terram/ ⁊ nō pluit annos tres: ⁊ menſes ſex. Et rurſum orauit: ⁊ celū dedit pluuiam: ⁊ terra dedit fructū ſuū. Si q̇s aūt ex vobis errauerit a veritate: et cōuerterit quis eum: ſcire debet/ quoniam qui cōuerti fecerit peccatorem ab errore vie ſue: ſaluabit animā eius a morte. Et operuit multitudinē peccatorū. Alla. ꝟ. Confitemini domino quoniam bonus quoniam in ſeculum miſericordia eius. pſal. 117. Secundum lucam.



cap. xi. b

IN illo tp̃e: Dixit ieſus diſcipulis ſuis. Quis veſtrum habebit amicũ: et ibit ad illũ media nocte: et dicet illi. Amice: commoda michi tres panes: quoniã amicus meꝰ venit de via ad me: et non habeo quod ponam ante illum. Et ille de intus reſpondens dicat. Noli michi moleſtus eſſe: iam oſtium clauſum eſt: et pueri mei mecum ſunt in cubili: nõ poſſum ſurgere et dare tibi. Et ille ſi perſeuerauerit pulſans: dico vobis: et ſi non dabit illi ſurgens/eo ꝙ amicus eiꝰ ſit: propter improbitatem tamen eiꝰ ſurget: et dabit illi quotquot habet neceſſarios. Et ego vobis dico. Petite/ et dabitur vobis. Querite/et inuenietis. Pulſate et aperietur vobis. Omnis enim qui petit accipit: et qui querit/inuenit: et pulſanti/aperietur. Quis autem ex vobis patrem petit panem: nũquid lapidẽ dabit illi? Aut piſcẽ: nunquid pro piſce: ſerpentẽ dabit illi? Aut ſi petierit ouum nunquid porriget illi ſcorpionẽ? Si ergo vos cum ſitis mali: noſtis bona data dare filiis veſtris: quãtomagis pater veſter de celo dabit ſpiritũ bonum petentibus ſe. Offer.

psal.

Confitebor dño nimis in ore meo: et in medio multorum laudabo eum/ qui aſtitit ad dexteram pauperis: vt ſaluã faceret a perſequentibus animã meã alla. Hic fiat ſermo ad populũ ſi placuerit. Secreta.

HEc munera dñe queſumꝰ et vincula noſtre prauitatis abſoluãt: et tue nobis miſe bona conciliẽt. Per dñm. Cõio. Petite et accipietis: querite et inuenietis: pulſate et aperietur vobis: omnis enim qui petit/accipit: et qui querit/inuenit: et pulſanti aperietur alla. Poſtcõio.

Luc. cap. 11 B

VOta noſtra q̃s domine pio fauore proſequere: vt dum dona tua in tribulatione percepimus: de conſolatione noſtra/ i tuo amore creſcamꝰ. Per dñm. ¶ Feria. iiij. dicitur magna miſſa de ſancta maria: niſi aliqđ feſtũ cũ regimine chori in eadem cõtigerit. Et miſſa Salus populi. dicitur in pceſſione vbi fit ſtatio/ad quã miſſam vnũ tantũ Alla. dicitur. Et in vigilia aſcenſionis dicitur miſſa de pace in pceſſione. Tamen ſi feſtũ alicuius ſancti cum regimine chori in ſcđa feria cõtigerit: tunc dicitur miſſa dñicalis in iiij. fer. vel in vigil. aſcenſionis in proceſſiõe vbi fit ſtatio. Similiter quãdo feſtum cum regimine chori in vigilia aſcenſionis euenerit: tũc dicitur miſſa de vigil. in proceſſione / et fiat ſtatio. Et ſemper in his predictis tribus diebus dicitur magna miſſa i choro poſt ſextam: et poſt illam miſſam ſtatim dicitur hora nona: et tunc exeat pceſſio.

¶ In vigilia aſcenſionis domini.

Ad miſſam. Officium.

ps. 46.

OMnes gẽtes plaudite manibꝰ iubilate deo in voce exultationis: alla alla. Ps. Subiecit populos nobis/et gentes ſub pedibus noſtris. Gloria patri. Oratio.

Ibid.

PReſta q̃s oĩps pater: vt noſtre mentis intẽtio: quo vnigenitus filiꝰ tuus dñs noſter venture ſolẽnitatis/ glorioſus auctor ingreſſus eſt/ſemper intẽdat: et quo fide pergit: cõuerſatiõe perueniat. P. ¶ Memoria de ſctã maria et de oĩbus ſctis. Lectio actuũ apoſtolorum.

cap. 4. f

IN diebꝰ illis. Multitudinis autem credentiũ erat cor vnũ: et ani ma vna. Nec quiſq̃ eorum que poſſidebat/aliquid ſuum eſſe dicebat: ſed erant illis omnia communia. Et virtute magna reddebant apoſtoli teſtimonium reſurrectionis ieſu chriſti domini noſtri: et gratia magna erat in omnibus illis. Neqz eni quiſq̃ egens erat/inter illos. Quotquot enim poſſeſſores agrorum aut domoruz erant/ vendentes afferebant precia eorũ que vendebant: et ponebant ante pedes apoſtolorum. Diuidebatur autem ſingulis: prout cuiqz op⁹ erat. Alleluya.

ps. 46. ℣. Omnes gentes plaudite manibus: iubilate deo in voce exultationis.

¶ Secundum Johannem.

cap. 17 A IN illo tempore. Subleuatis ieſus oculis in celum: dixit. Pater venit hora/clarifica filium tuum: vt ⁊ filius tu⁹ clarificet te. Sicut dediſti ei poteſtatem omnis carnis vt omne quod dediſti ei: det eis vitam eternam. Hec eſt enim vita eterna/vt cognoſcãt te ſolũ verũ deum: et quem miſiſti ieſum chriſtum Ego te clarificaui ſuper terrã: opus conſummaui/quod dediſti michi vt faciaz. B Et nũc clarifica me tu pater apd̃ temetipſm̃: claritate quã habui priuſq̃ mundus eſſet apud te. Manifeſtaui nomen tuũ hoib⁹/quos dediſti michi de mundo. Tui erant/⁊ michi eos dediſti: ⁊ ſermonẽ tuũ ſeruauerũt. Nũc cognouerunt: qꝛ oĩa que dediſti michi abs te ſunt: quia verba que dediſti michi: dedi eis. Et ipſi acceperunt ⁊ cognouerunt vere: qꝛ a te exiui: ⁊ crediderunt qꝛ tu me miſiſti. Ego pro eis rogo: nõ pro mundo rogo: ſed pro his quos dediſti michi: quia tui ſunt. Et mea omnia tua ſunt: et tua mea ſunt: et clarificatus ſum in eis. Et iam nõ ſum in mundo: ⁊ hi in mundo ſunt: et ego ad te venio. Offr. Viri galilei quid admiramini aſpicientes in celũ? hic ieſus qui aſſumptus eſt a vobis in celũ: ſic veniet: quemadmodum vidiſtis eum aſcendentem in celum alleluya. Actu. 1. B

Secreta.

SAcrificium domine pro filij tui ſupplices venerabili quam preuenimus nunc aſcenſione deferimus: preſta queſumus: vt et nos per ipſum his ſacroſanctis commerciis/ad celeſtia ꝯſurgam⁹. Qui tecũ. Prefa. quotidiana. Cõio. Pater cũ eſſem cum eis: ego ſeruabam eos quos dediſti michi alleluya: nunc autem ad te venio: non rogo vt tollas eos de mundo: ſed vt ſerues eos a malo alleluya alleluya. Joh. 17. C

Poſtcõio.

TRibue queſumus domine/vt per hec ſacramenta que ſumpſimus illuc tendat noſtre deuotionis affectus: quo tecum eſt noſtra ſubſtãtia/ieſus xp̃s dñs noſter. Qui tecũ.



¶ In die Aſcenſionis domini.

Ad miſſam. **Officium.**

VIri galilei/ quid admiramini aſpicientes in celum alleluya: quẽadmodum vidiſtis eũ aſcẽdentem in celum: ita veniet alleluya alleluya alleluya. Ps. Actu. 1. cap. B

Ibid. Cumqꝫ intuerentur in celum euntem illū: ecce duo viri aſtiterunt iuxta illos in veſtibus albis/qui et dixerunt. Glia. Oratio.

Concede queſumus omnipotens deus: vt qui hodierna die vnigenitum tuum redemptorem noſtrū ad celos aſcendiſſe credimus: ipſi quoqꝫ mente in celeſtibus habitemus. Per eundē. Lectio actuum apoſtolorum.

Actu. 1. A Primū quidem ſermonem feci de omnibus o theophile: que cepit ieſus facere et docere: vſqꝫ ĩ diem qua precipiens apoſtolis per ſpiritum ſanctum/quos elegit aſſumptus eſt: quibus ⁊ prebuit ſeipſum viuū/poſt paſſionem ſuam in multis argumentis: per dies quadraginta apparens eis: et loquens de regno dei. Et conueſcens precepit eis/ab hieroſolymis ne diſcederent: ſed expectarent promiſſionem patris: quã audiſtis ĩquit per os meū. Quia iohãnes quidē baptizauit aqua vos autem baptizabimini ſpiritu ſancto: non poſt multos hos dies. Igitur qui conuenerant: interrogabant eum dicentes. Dñe/ſi in tempore hoc reſtitues regnum iſrael? Dixit autem eis. Non eſt veſtrum noſſe tēpora vel momēta/que pater poſuit in ſua poteſtate: ſed accipietis virtutem ſuperuenientis ſpiritus ſancti in vos: et eritis michi teſtes in hieruſalem/et in oĩ iudea et ſamaria: et vſqꝫ ad vltimum terre. Et cum hec dixiſſet: videntibus illis eleuatus eſt/et nubes ſuſcepit eum ab oculis eorum. Cumqꝫ intuerentur in celum euntem illum: ecce duo viri aſtiterunt iuxta illos in veſtibꝰ albis: qui et dixerunt. Viri galilei: quid ſtatis aſpicientes in celum? Hic ieſus qui aſſumptus eſt a vobis in celum: ſic veniet quēadmodum vidiſtis eum euntem in celum. Ps. 46. Alla. ℣. Aſcendit deus in iubilatione: et dñs ĩ voce tube. Eph. 4. C Hac die in octa. etiã ſi dup. feſ. ibidē celebret: dicitur. Alla. ℣. Aſcendens chriſtus in altum: captiuã duxit captiuitatē dedit dona hominibus. Quotidie per octa. niſi in dñica et in octa. die: ſiue fiat ſeruitium de aſcēſione: ſiue de aliquo feſto cum regimine chori: niſi in feſt. philippi et iacobi: et in inuentione ſancte crucis erit ſecundum Alleluya. ℣. Dñs in ſynai in ſancto: aſcendens ĩ altum captiuam duxit captiuitatem. Sequētia.

Rex omnipotens: die hodierna Mundo triumphali: redempto potentia. Victor aſcendit celos: vnde deſcēderat. Nam quadraginta poſt q̈ ſurrexerat. Diebus ſacris confirmãs pectora. Apoſtolorum pacis: cara relinquens oſcula. Quibus et dedit poteſtatem: laxandi crimina. Et miſit eos in mundum: baptizare cunctas animas. In patris et filij: et ſpiritus ſancti clementia. Et conueſcens: precepit eis ab hieroſolymis. Ne abirēt: ſed expectarent promiſſa munera. Non poſt multos enim dies: mittam vobis ſpiritum paraclytum in terra. Et eritis michi teſtes: in hieruſalem iudea ſiue ſamaria. Et cum hoc dixiſſet: videntibus illis eleuatus eſt: et nubes clara. Suſcepit eum ab eorum oculis intuentibus illis ethera. Ecce ſtetere amicti duo viri in veſte alba. Iuxta dicentes: quid admiramini celorum alta? Ieſus enim hic qui aſſumptus eſt a vobis: ad patris dexteram. Vt aſcēdit ita veniet: querens talenti commiſſi lucra. O deus celi maris arui: hominem quem creaſti: quem fraude ſubdola. Hoſtis expulit paradiſo: et captiuatum ſecum traxit ad tartara. Sanguine proprio: quem redemiſti deus. Illuc et reuehis: vnde prius corruit paradiſi gaudia. Iudex cum veneris: iudicare ſecula. Da nobis petimus ſempiterna gaudia: in ſanctorum patria. In qua tibi cantemus omnes alleluya.

Euangel. Secundum Marcum.



cap. 16. c IN illo tp̄e Recūbentib⁹ vndecim diſcipulis/ apparuit illis ieſus: et exprobrauit incredulitatem eorū/ et duriciā cordis: qꝛ his qui viderāt eū reſurrexiſſe a mortuis: nō crediderūt. Et dixit eis. Euntes in mundum vniuerſum predicate euāgeliū omni creature. Qui crediderit et baptizatus fuerit: ſaluus erit. Qui vero nō crediderit cōdēnabitur. Signa aūt eos qui crediderint: hec ſequētur. In noīe meo demonia eiiciēt: linguis loquentur nouis: ſerpētes tollent. Et ſi mortiferū quid biberint: nō eis nocebit. Super egros manus imponent/ ⁊ bene habebunt. Et domin⁹ quidem ieſus poſtq̄ locutus eſt eis: aſſumpt⁹ eſt in celum: et ſedet a dextris dei. Illi autē profecti: predicauerunt vbiqꝫ domino cooperante/ et ſermonem cōfirmante: ſequentibus ſignis.

pſal. 46. Offer. Aſcendit deus in iubilatione: et dominus in voce tube alleluya. Secreta.

SUſcipe dñe munera que pro filii tui glorioſa aſcēſione deferim⁹: et concede propicius: vt a preſentibus periculis liberemur/ et ad vitā perueniamus eternā. Per eūdē. Prefatio. Qui poſt reſurrectionē. et Cōmunicantes. Et dicunt̄ ꝑ totas octa. ⁊ etiā i dñica quādo de aſcēſione agit̄. Cōio.

pſal. 67. Pſallite domino/ qui aſcendit ſuper celos celorum ad orientem alleluya. Poſtcōio.

PReſta nobis q̄s omp̄s et miſericors deus: vt q̄ viſibilibus myſteriis ſumēda percepim⁹: inuiſibili conſequamur effectu. Per. Per totas octauas dicit̄ eadē miſſa: niſi feſtū cū regimine chori intercurrat/ et niſi in dominica: ſed ſine ſequentia/ et Credo.

¶ Dominica infra octa. aſcenſionis domini. Ad miſſam. Officium.

EXaudi dñe vocē pſal. 26.
meā qua clamaui ad te alleluya: tibi dixit cor meuꝫ queſiui vultū tuū vultum tuū dñe requirā: ne auertas faciē tuā a me: all'a all'a. ℣. Dñs illuminatio mea Ibid. et ſalus mea quē timebo. Deinde dicitur Kyrieel. de. iiii. die infra octa. cum regimine chori: licet in. vi. fer. vel. i ſabbato precedēte aliquod feſtum cum regimine chori celebratū fuerit. Oratio

OMnip̄s ſempiterne de⁹/ fac nos tibi ſemper et deuotam gerere voluntatē: et maieſtati tue ſincero corde ſeruire. P dn̄. Memoria fiat de aſcenſio. 1. pe. cap. 4. B

¶ Lectio epiſtole beati petri apoſtoli.

CHariſſimi. Eſtote prudentes/ et vigilate i orationibus. Ante oīa autē mutuā in vobiſmetipſis caritatē ꝯtinuā habētes: qꝛ caritas operit multitudinē pctōꝝ. Hoſpitales inuicē ſine murmuratione. Vnuſquiſqꝫ ſicut accepit gratiā in alterutrū illā adminiſtrātes: ſicut boni diſpēſatores multiformis grē dei. Si q̇s loquit̄ quaſi ſermones dei. C Si quis miniſtrat tanq̄ ex virtute quā adminiſtrat de⁹: vt i oīb⁹ honorificet̄ de⁹. Per ieſum xp̄m dñm nr̄m. All'a. ℣. Regnabit dñs ſuper oēs gētes: de⁹ ſedet ſup ſedē ſanctā ſuā. All'a. pſal. 46. ℣. Non vos relinquam orphanos: vado et venio ad vos: ⁊ gaudebit cor vrm̄. Joh. 14. c Nulla dicitur ſequentia. Sc̄dm Johannem.

IN illo tp̄e. Dixit ieſus diſcipulis ſuis. cap. 15. d Cum venerit paraclit⁹ quē ego mittam vobis a patre/ ſpiritū veritatis qui a patre procedit: ille teſtimonium perhibebit de me. Et vos teſtimoniū perhibebitis: quia ab initio

Joh. mecum eſtis. Hec locutus ſum vobis:
16. vt non ſcandalizemini. Abſqʒ ſinagogis
ca. A faciẽt vos. Sed venit hora: vt omnis
qui interficit vos: arbitretur obſequiū
ſe preſtare deo. Et hec facient
vobis: quia nō nouerunt patrem neqʒ
me. Sed hec locutus ſum vobis: vt cū
venerit hora: eorū reminiſcamini q̄a
psal. ego dixi vobis. Offꝛ. Lauda aīa mea
145. dominum: laudabo dominum in vita mea
pſallā deo meo q̄diu ero alla. Secreta.

Preſta queſumus oīpotens deꝰ:
vt hanc tibi hoſtiam in eius corpus
et ſanguinem placabiliter offeramus:
quem ſedentem a dextris virtutis
tue: etiam pro nobis interpellare
confidimus: dominuʒ noſtrum ieſum
Joh. chriſtum filium tuum. Qui tecum vi
cap. uit et regnat in vnita. Cōio. Pater
17. C cum eſſem cū eis: ego ſeruabam eos quos
dediſti michi alla: nunc autem ad te venio:
non rogo vt tollas eos de mundo: ſed vt
ſerues eos a malo alla alla. Poſtcōio.

Preſta queſumus omīps deus: vt
per hec ſacroſancta cōmercia in
totius eccl'ie cōfidamꝰ corpore faciendum:
qđ eiꝰ preceſſit in capite. P eūdē.
Si aliqđ feſt. cū regimīe cho. ī hac dñi
ca euene. totū ſeruitiū fiat de feſto: et
miſſa de dñica in capitulo đʒ cū cantu
ſup Kyriel. Gloria in excelſis. Sanctus.
⁊ Agnus. ſicut in feſ. triū lc. ſine
regi. chori: cū vno Alla. qꝰ Regnabit.
Et tunc ad miſ. de feſ. erit ſcđm Alla.
℣. Non vos. niſi in feſto ſancte crucis
Et etiā erit ſcđm Alla. in craſtino oct.
aſcē. licet de ſctā maria fiat plenū ſeruitiū.
¶ In octa. aſcēſio. dñi/ad miſ.
oīa fiāt ſicut ī die more ſimplicis feſti:
niſi duplex feſtū ipediat/ſine ſeqūtia/
et Credo. feria. vi. totū fiat ſeruitiū
de ſctā maria: ſi a feſ. cū regimīe chori
vacauerit. ¶ In vigil. pētheco. cantata
hora nona: accedat ſacer. ad altare
cū dya. ⁊ ſubdyaco. ⁊ ceteris miniſtris
altaris in ſolēni apparatu/ſicut in vigilia
paſ. cōfeſſiōe tā nō dicta: ſed tātū
Pater noſter. et legant̄ lec. a digniori
bus pſonis in ſuppelliciis ad gradum
chori ſine titulis. Lectio. i. Geneſis.

Temptauit deꝰ abraam: et dixit ad cap.
eum. Abraam/abraam. At ille reſpondit. 22 A
Aſſum. Ait illi. Tolle filium
tuum vnigenitum quē diligis yſaac: ⁊
vade in terrā viſionis: atqʒ offeres eū
ibi in olocauſtum ſuper vnum montium
quem monſtrauero tibi. Igitur
abraam de nocte conſurgens: ſtrauit
aſinum ſuū ducens ſecum duos iuuenes:
et yſaac filium ſuū. Cūqʒ conſcidiſſet
ligna in olocauſtū: abijt ad locū
quē preceperat ei deꝰ. Die autē tertio
eleuatis oculis vidit locū ꝓcul: dixitqʒ
ad pueros ſuos. Expectate hic cū aſino:
ego et puer illuc vſqʒ ꝓperantes/
poſtq̄ adorauerimus: reuertemur ad
vos. Tulit quoqʒ ligna olocauſti: et
impoſuit ſup yſaac filiū ſuū: ipſe vero
portabat in manibus ſuis ignē ⁊ gladiū.
Cūqʒ duo pergerent ſimul: dixit
yſaac patri ſuo. Pater mi. At ille rñdit. B
Quid vis fili? Ecce inquit ignis
et ligna: vbi eſt victima olocauſti? Dixitqʒ
abraam. Deꝰ prouidebit ſibi victimā
olocauſti fili mi. Pergebant ergo
pariter: veneruntqʒ ad locum quē
oſtenderat ei deus. In quo edificauit
altare/et de ſup ligna cōpoſuit. Cūqʒ
alligaſſet yſaac filiū ſuū: poſuit eum ī
altari ſuper ſtruē lignorū. Extēditqʒ
manum: et arripuit gladium/vt immolaret
filium ſuū. Et ecce angelus dñi
de celo clamauit dicēs. Abraam abraā.
Qui reſpōdit. Aſſum. Dixitqʒ ei. Ne
extendas manum tuam ſuper puerū: C
neqʒ facias illi quicq̄. Nunc cognoui
q̄ timeas deum: et non pepercisti filio
tuo vnigenito propter me. Leuauit abraam
oculos ſuos viditqʒ poſt tergū
arietem inter vepres herentē cornibꝰ.
Quē aſſumens obtulit olocauſtum ꝓ
filio: appellauitqʒ nomen loci illiꝰ/do-

minus videt. Unde vſqꝫ hodie dicitur in monte dñs videbit. Uocauit autꝫ angelus dñi abꝛaam ſecundo de celo dicens. Per memetipſum iuraui dicit dominus: quia feciſti rem hanc: et non pepercisti filio tuo vnigenito propter me: benedicam tibi: ⁊ multiplicabo D ſemē tuū ſicut ſtellas celi: et velut arenā que eſt in littoꝛe maris. Poſſidebit ſemē tuū poꝛtas inimicoꝛū ſuoꝝ et benedicētur in ſemine tuo oēs gentes terre: quia obediſti voci mee. Reuerſus eſt abꝛaā ad pueros ſuos: abierūtqꝫ berſabee ſimul: ⁊ habitauit ibi.

Sequatur oꝛatio ſine Dominus vobiſcū, ſed tantū cū Oꝛemus. Oꝛatio.

DEus qui es gloꝛificatio fideliū/ et vita iuſtoꝛum: qui per moyſen famulum tuū nos quoqꝫ modulatione ſacri carminis erudiſti: vniuerſis gentibꝰ miſericoꝛdie tue munus operare/ tribuendo beatitudinem: auferēdo terroꝛem: vt quod pꝛenūciatum eſt ad ſupplicium: in remedium transferatur B eternū. Per dominū. Lctō. iii. Appꝛehēderūt ſeptē mulie. Et tractꝰ. Uinea facta. q̄re ſupꝛa. fo. lxxvi. Orō

DEus qui nos ad celebꝛandā hāc pꝛeſentem feſtiuitatē: vtriuſqꝫ teſtamenti paginis inſtruis: da nobis intelligere miſericoꝛdias tuas: vt ex perceptione pꝛeſentium munerū: firma ſit expectatio futuroꝛum. Per dominū noſtrum ieſum xp̄m. Baruch.

cap. 3 B AUdi iſrael mandata vite: auribꝰ percipe/ vt ſcias pꝛudētiā. Quid eſt iſrael/ ꝙ in terra inimicoꝛum es? C Inueteraſti in terra aliena: coinquinatus es cum moꝛtuis. Deputatus es cum deſcendentibus in infernum: dereliquiſti fontem ſapientie. Nam ſi in via dei ambulaſſes: habitaſſes vtiqꝫ in pace ſuper terram. Diſce vbi ſit ſapientia: vbi ſit virtus: vbi ſit pꝛudentia: vbi ſit intellectus: vt ſcias ſimul vbi ſit lōgiturnitas vite ⁊ victus: vbi ſit lumē oculoꝛū ⁊ pax. Quis inuenit locum eius: ⁊ quis introiuit in theſauros eiꝰ? Ubi ſunt pꝛincipes gentiū: et qui dominātur ſuper beſtias que ſunt ſup terrā? Qui in auibus celi ludūt: qui argētū theſauriſant/ et aurū i quo cōfidunt homines: et nō eſt finis acq̄ſitionis eoꝛū. Qui argētū fabꝛicant: C et ſolliciti ſunt nec eſt inuentio operū illoꝛum. Exterminati ſunt/ et ad inferos deſcenderunt: et alij loco eoꝛū exſurrexerunt. Iuuenes viderūt lumē: et habitauerunt ſup terrā. Uiam aūt diſcipline ignoꝛauerūt neqꝫ intellexerunt ſemitas eiꝰ: neqꝫ ſuſceperūt eam filij eoꝛū. A facie eoꝛū longe facta eſt. Non eſt audita i terra chanaan: neqꝫ viſa eſt in theman. Filij quoqꝫ agar q̄ exquiſierunt pꝛudētiā que de terra eſt negociatoꝛes terre: ⁊ theman: ⁊ fabulatoꝛes: ⁊ exq̄ſitoꝛes pꝛudētie ⁊ intelligētie. Uiā aūt ſapiētie neſcierūt: neqꝫ meminerūt ſemitarū eiꝰ. O iſrael: ꝙ̄ magna eſt domꝰ dei: ⁊ igēs locꝰ poſſeſſionis eiꝰ. Magnꝰ/ et nō habet cōſummationē: excelſus ⁊ imēſus. Ibi fuerunt gigātes nominati: illi qui ab initio fuerunt ſtatura magna/ ſcientes bellum. Non hos elegit dominꝰ: neqꝫ viam diſcipline inuenerūt: pꝛopterea perierunt. Et quoniam non habuerunt ſapientiam: interierunt pꝛopter ſuam inſipientiam. Quis aſcendit in celum/ et accepit eam: ⁊ eduxit eam de D nubibus. Quis trāſfretauit mare/ et inuenit eā: et attulit illā ſup aurū electum? Nō eſt qui poſſit ſcire vias eiꝰ: neqꝫ qui exquirat ſemitas eius. Sed qui ſcit vniuerſa nouit eam: et adinuenit illam pꝛudentia ſua. Qui pꝛeparauit terram in ſempiterno tempoꝛe: et adimpleuit eam bipedibus: et quadrupedibus. Qui emittit lumē et vadit: ⁊ vocauit illud: ⁊ obedit illi in tremoꝛe. Stelle autem dederunt lumē in cuſtodiis ſuis: ⁊ letate ſunt. Uocate ſunt: ⁊

dixerūt. Ecce aſſumus. Et luxerunt ei cū iocūditate: qui fecit illas. Hic eſt de⁹ noſter: ⁊ nō eſtimabit ali⁹ aduerſ⁹ eum. Hic adinuenit oēm viā diſciplie ⁊ dedit illā iacob puero ſuo: ⁊ iſrael dilecto ſuo. Poſt hec in terris viſus eſt: ⁊ cū hoībus cōuerſatus eſt. Oratio.

Deus qui nobis per prophetaruꝫ ora precepiſti temporalia relinquere/atqꝫ ad eterna feſtinare: da famulis tuis vt que a te iuſſa cognouimus: implere celeſti inſpiratione valeamus. Per dominum no. Tractus.

ps. 41. ⁊ oīa infra Sicut ceru⁹ deſiderat ad fontes aquarum: ita deſiderat anima mea ad te deus. Sitiuit anima mea ad deum viuuꝫ: quando veniam et apparebo ante faciem dei mei. Fuerunt michi lachryme mee panes die ac nocte: dum dicitur michi per ſingulos dies vbi eſt deus tuus. Deinde he due orationes dicunt̄ ſub vno Per dūm. et ſub vno Oremus. Oratio.

Concede quesumus oīps deus: vt qui ſolēnitatem doni ſancti ſpiritus colimus: celeſtib⁹ deſiderijs accenſi: fontem vite ſitiam⁹: dūm nr̄m ieſum chriſtum filiū tuū. Alia oratio.

Omnipotēs ſempiterne deus: q̄ paſchale ſacramentū quinquaginta dierum voluiſti myſterio contineri: preſta q̄s: vt gentiū facta diſperſio diuiſione linguarū: ad vnam confeſſionē tui nominis celeſti munere congregetur. Per dūm. Deinde ſequantur lectiōes/⁊ benedictio fontiū: ſicut in vigilia paſ. eodē videlicet modo ⁊ ordine in eūdo ⁊ redeūdo ⁊ in ſtatione. In redeūdo dr̄ Rex ſctōꝝ. ⁊ poſtea incipiatur miſſ. Kyriel. et interim dicat ſacerdos Confiteor. ⁊c. more ſolito. Sequatur Glīa in excelſis. Tūc omnes genu flectent exuētes cappas nigras: et pulſentur omnes campane. Deinde dicitur Dñs vobiſcum. Oratio.

Preſta quesumus oīps de⁹: vt claritatis tue ſup nos ſplendor effulgeat: ⁊ lux tue lucis corda eorū qui per grām tuā renati ſunt: ſancti ſpūs illuſtratiōe ꝯfirmet. Per dūm nr̄m. In vnitate eiuſd. Lectio actuū aploꝝ.

cap. 19. In diebus illis. Factū eſt cum apollo eſſet corinthi vt paul⁹ peragratis ſuperioribus partibus veniret epheſum: et inueniret quoſdam diſcipulos: dixitqꝫ ad eos. Si ſpiritūſanctum accepiſtis credentes? At illi dixerunt ad eū. Sed neqꝫ ſi ſpirituſſanct⁹ eſt: audiuimus. Ille vero ait. In quo ergo baptizati eſtis? Qui dixerūt. In iohannis baptiſmate. Dixit aūt paulus. Iohannes baptizauit baptiſmo penitentie populum: docens in eum qui venturus eſſet poſt ipſum vt crederent: hoc eſt in ieſum. His auditis: baptizati ſunt in nomine dn̄i ieſu. Et cum impoſuiſſet illis manus paulus: venit ſpirituſſanctus ſuper eos: ⁊ loquebant̄ linguis/⁊ ꝓphetabāt. Erāt B aūt oēs viri fere duodecim. Introgreſſus aūt paulus ſynagogā: cū fiducia loquebatur per tres mēſes: diſputās ⁊ ſuadēs de regno dei. Lecta epla duo clerici de ſecūda forma in cappis ſericis/in pulpito cantent hoc Alla. Chorus idē proſequat̄. Clerici. ℣. Confitemini dn̄o quoniā bonus: quoniā in ſeculū pſal. 117. miſericordia eius. Chorus finiat cum neuma. Itē clerici reincipiāt Alla. ſine neuma. Deinde ſequat̄ tractus/q̄ a duob⁹ de ſecūda forma in cappis nigris ad gradū chori/tot⁹ ⁊ integer cantetur/choro interim ſedēte. Tractus.

Laudate dn̄m oēs gētes: et collaudate eum omnes populi. ℣. Quoniam pſal. confirmata eſt ſuper nos miſericordia eius: 114. et veritas dn̄i manet in eternū. Ibid Interim vero ꝓcedat dyacon⁹ cū ſubdyacono per mediū chori more ſolito ſine cruce ad legendū euangeliū: quem precedāt duo ceroferarij cereis extinctis et legatur in pulpito more dn̄icali euangelium ſequens. Secundū Iohannem.

cap̄. 14. b IN illo tpe Dixit ieſ⁹ diſcipulis ſuis Si diligitis me mandata mea ſeruate. Et ego rogabo patrẽ: et aliũ paraclitũ dabit vobis: vt maneat vobiſcum ineternũ: ſpiritũ veritatis quẽ mundus nõ poteſt accipere: qꝛ non vidit eum/nec ſcit eũ. Vos autẽ cognoſcetis eũ: quia apud vos manebit: et in vobis erit. Nõ vos relinquã orphanos: veniã ad vos. Adhuc modicum: ⁊ mũdus me iam nõ videt. Vos autẽ videtis me: qꝛ ego viuo/ ⁊ vos viuetis. In illa die vos cognoſcetis/ q̇a ego ſum ĩ patre meo: ⁊ vos ĩ me/ ⁊ ego in vobis. Qui habet mandata mea et ſeruat ea: ille eſt q̇ diligit me. Qui aũt diligit me: diliget a patre meo. Et ego diligã eũ: et manifeſtabo ei meipſum.

Eccl, Non dr̃ Credo. Offer. Emitte ſpiritũ tuũ et creabuntur: et renouabis faciẽ terre: ſit gloria domini in ſecula al'a. Secreta.

HOſtias populi tui q̃s dñe miſeratus intende: ⁊ vt tibi reddãtur accepte: cõſciẽtias nr̃as/ ſcti ſpũs ſalutaris emũdet aduẽtus. Per dñm. In vnita. Prefatio quotidiana. Hac die. Sanctus/ et Agnus/ Solẽniter dicũt.

Ioh. 7. F Cõio Ultimo feſtiuitatis die dicebat ieſ⁹ q̇ in me credit/ flumina de vẽtre ei⁹ fluẽt aq̃ viue: hoc aũt dixit de ſpiritu quẽ accepturi erãt credentes in eũ: al'a al'a. Poſtcõio.

PReſta q̃s omñs deus/ vt ſpiritus ſanctus adueniens maieſtatem nobis filij tui manifeſtando clarificet Per eũdẽ do. no. In vnitate eiuſd. ec.

¶In die penthecoſtes. Officium.

SPiritus dñi repleuit orbẽ terrarum al'a: et hoc qđ continet oĩa ſciẽtiã habet vocis: al'a al'a. al'a. Sapie. 1. B Ps. Exurgat de⁹ et diſſipentur inimici eius: et fugiant qui oderunt eum a facie eius. pſal. 67. Oratio.

DEus qui hodierna die corda fidelium ſancti ſpũs illuſtratione docuiſti: da nobis in eodem ſpiritu recta ſapere: ⁊ de eius ſemper conſolatione gaudere. Per do. In vnitate eiuſdem.

¶Lectio actuum apoſtolorum.

cap̄. 2. A IN diebus illis. Dum complerentur dies penthecoſtes erant oẽs diſcipuli pariter in eodẽ loco. Et fact⁹ eſt repente de celo ſonus tanq̃ aduenientis ſpũs vehementis: et repleuit totã domũ vbi erant ſedentes. Et apparuerunt illis diſpartite lingue tanq̃ ignis: ſeditq; ſupra ſingulos eorũ. Et repleti ſunt oẽs ſpũſancto: et ceperũt loqui varijs linguis: prout ſpũs ſanctus dabat eloqui illis. Erant autẽ in hieruſalem habitantes iudei viri religioſi: ex oĩ natione q̃ ſub celo eſt. Facta autẽ hac voce/ cõuenit multitudo: et mẽte cõfuſa eſt: q̃m audiebat vnuſ-

B quiſqȝ lingua ſua illos loquētes. Stupebāt aūt oēs: ⁊ mirabant̄ adinuicē dicētes. Nōne ecce oēs iſti qui loquūtur galilei ſūt: et quomodo nos audiuim⁹ vnuſquiſqȝ linguā noſtrā/ i qua nati ſumus? Parthi/ ⁊ medi/ ⁊ elamite et qui habitant meſopotamiā: iudeā/ ⁊ capadociā: ponthū/ ⁊ aſiā: phrigiā/ ⁊ pāphiliā: egyptū/ ⁊ ꝑtes libie: q̄ eſt circa cyrenē: ⁊ aduene romani: iudei quoqȝ ⁊ ꝓſeliti: cretes/ ⁊ arabes: audiuimus eos loquētes nr̄is linguis: magnalia dei. Alla. ℣. Emitte ſpiritū tuū et creabunt̄: et renouabis faciē terre. Alla. ℣. Spūs ſctūs ꝓcedens a throno/ apl̄oꝝ pectora inuiſibili hodie ꝑluſtrauit potētia. Secr. Sequētia.

Sancti ſpūs: aſſit nobis grā. Que corda nr̄a ſibi faciat habitacula. Expulſis inde cunctis vicijs ſpiritalibus. Spirit⁹ alme illuſtrator omniū. Horridas nr̄e mētis purga tenebras. Amator ſctē ſenſatorū ſēp cogitatuū. Infunde vnctionem tuā: clemēs nr̄is ſenſib⁹. Tu purificator oīm flagitioꝝ ſpūs. Purifica noſtri oculū interioris hominis. Ut videri ſuprem⁹ genitor: poſſit a nobis. Mundi cordis: quē ſoli cernere poſſunt oculi. Prophetas tu inſpiraſti: vt ꝓconia xp̄i ꝓcinuiſſent inclyta. Apoſtolos ꝯfortaſti: vti tropheū chriſti/ ꝑ totū mūdū veherent. Qū machinā ꝑ ꝟbū ſuū fecit deus: celi/ terre/ mariū. Tu ſup aquas fotur⁹ eas: numen tuū expandiſti ſpirit⁹. Tu aīab⁹ viuificādis aquas fecūdas. Tu aſpirādo das ſpiritales eſſe hoīes. Tu diuiſum ꝑ linguas mūdū: ⁊ ritus adunaſti dn̄e. Idolatras ad cultum dei reuocas: magiſtroꝝ optime. Ergo nos ſupplicātes tibi: exaudi ꝓpici⁹ ſctē ſpūs. Sine quo ꝑces oēs caſſe creduntur: ⁊ indigne dei aurib⁹. Tu qui omniū ſeculorū ſanctos. Tui nominis docuiſti inſtinctu amplectēdo ſpirit⁹. Ipſe hodie apoſtolos xp̄i: donans munere inſolito: ⁊ cūctis inaudito ſeculis. Hūc diē glorioſum feciſti. Scđm Johannem.

cap. 14. c In illo tpe Dixit ieſus diſcipulis ſuis Si q̄s diligit me: ſermonē meū ſeruabit. Et pat meus diliget eū et ad eum veniem⁹: et manſionem apud eū faciem⁹. Qui nō diligit me: ſermones meos nō ſeruat. Et ſermonē quē audiſtis/ nō eſt me⁹: ſed ei⁹ q̄ miſit me patris. D Hec locutus ſum vobis apud vos manens. Paraclit⁹ aūt ſpūs ſctūs/ quē mittet pater ī nomine meo: ille vos docebit oīa/ et ſuggeret vobis oīa q̄cūqȝ dixero vobis. Pacem reliquo vobis: pacē meā do vobis. Nō quomodo mundus dat: ego do vobis. Nō turbet̄ cor veſtrū/ neqȝ formidet. Audiſtis qꝛ ego dixi vobis: vado ⁊ venio ad vos. Si diligeretis me gauderetis vtiqȝ: qꝛ vado ad patrē: quia pater maior me eſt. Et nūc dixi vobis priuſq̄ fiat: vt cū factū fuerit/ credatis. Iā non multa loquar vobiſcū. Uenit enī princeps mūdi hui⁹: ⁊ in me nō habet quicq̄. Sed vt cognoſcat mundus/ qꝛ diligo patrem: et ſicut mandatum dedit michi pater: ſic facio. Offer. Confirma hoc deus qđ operatus es in nobis a templo ſancto tuo qđ eſt in hieruſalem: tibi offerent reges munera alla. cap. 67. Secreta.

Munera dn̄e q̄s oblata ſctifica: et corda nr̄a ſcti ſpūs illuſtratione emunda. Per dn̄m. In vnitate eiuſdē. Prefatio. Qui aſcēdēs. Hec p̄fatio dr̄ quotidie ꝑ hāc ebdo. ⁊ in oīb⁹ miſſis de ſctō ſpū ꝑ totū annū. Ita q̄ extra hanc ebdo. non dñe hec duo ꝟba Hodierna die. in ꝑſtatione Cõicãtes. ⁊ Hãc igit. vſqꝫ ad feſtũ ſctẽ trinitatis tantũ dñe.

Act. 2 A Cõio. Factus eſt repẽte de celo ſonꝰ aduenientis ſpũs vehemẽtis vbi erant ſedentes all'a: ⁊ repleti ſunt oẽs ſpiritu ſancto loquẽtes magnalia dei: all'a all'a. Poſtcõio.

Sancti ſpũs dñe corda nr̃a mũdet infuſio: ⁊ ſui roris intima aſperſionẽ fecũdet. Per dñm. In vnitate.

¶ Feria. ij. poſt penthecoſten. Offm.

ps. 80 Cibauit eos ex adipe frumenti all'a: ⁊ de petra melle ſaturauit eos

Ibidẽ all'a all'a all'a. Exultate deo adiutori nr̃o: iubilate deo iacob. Or.

Deus q̃ apl'is tuis ſanctũ dediſti ſpiritũ: cõcede plebi tue pie petitionis effectũ/ vt quibꝰ dediſti fidẽ largiaris ⁊ pacem. Per dñm. In vnitate eiuſdẽ. Lectio actuum apoſtolorum.

cap. 10 F In diebꝰ illis. Aperiens petrus os ſuũ: dixit. Viri fratres ⁊ patres: nobis ꝓcepit dñs populo ꝑdicare ⁊ teſtificari: q̃a ipſe eſt q̃ cõſtitutꝰ eſt a deo

G iudex viuorũ ⁊ mortuoꝝ. Huic oẽs ꝓphete teſtimoniũ ꝑhibent: remiſſionẽ peccatorũ accipere ꝑ nomẽ eiꝰ/ oẽs qui credũt ĩ eũ. Adhuc loquẽte petro ꝟba hec/ cecidit ſpũs ſctũs ſup oẽs q̃ audiebant ꝟbũ. Et obſtupuerũt ex circũciſione fideles q̃ venerant cũ petro: qꝛ ⁊ in natiões gr̃a ſpũs ſcti effuſa eſt. Audiebant eñi illos loquẽtes linguis: et magnificãtes deũ. Tũc rñdit petrus. Nũqd aquã quis ꝓhibere poteſt: vt nõ baptizẽtur hi q̃ ſpiritũ ſanctũ acceperũt/ ſicut ⁊ nos? Et iuſſit eos baptizari: in noĩe dñi nr̃i ieſu xp̃i. All'a. ℣. Emitte ſpiritũ tuũ et creabuntur: et reno-

Ecc. r. uabis faciẽ terre. All'a. ℣. Paraclitus ſpi-

Joh. c. 14 ritꝰ ſctũs quẽ mittet pater in noĩe meo: ille vos docebit omnẽ veritatẽ. Sequentia.

D Reſonet ſacrata iã turma/ diua ſymphonia. Repleta gaudia ꝓmiſſa e celo reddita. In vnũ cõgregata apoſtolorum phalanx preclara expectans munera. Repẽte vox diuina paraclytũ nunciat decorans ſanctorum viſcera. Fãtur oĩ lingua: nõnulla myſteria deiqꝫ magnalia. Cãtica diuina non ceſſat reboare: eiꝰ quoqꝫ caterua. O deus oĩs arui te laudat ſol et luna: cõcrepat vſia: cuncta celica/ ⁊ ꝓfunda flumina. Te pſallat tellus alma ſydera: cũcta clara iubilat: adorat amat redempta oĩs quoqꝫ aĩa. Stupẽs iudea: hec inquit execrãda cõcio vino iſto eſt repleta: muſtiqꝫ crapulam bacho plenos deputat repletos gr̃a. Sumẽs hec petrꝰ diuina myſteria: ſuperat obdurata corda illa: ⁊ fore affirmat vaticinia iohelis de hoc ꝑdicta. Quans aĩa nũc nr̃a: boat carmina deuota: quo ſuſcipiat celeſtia habitacula. Pãgat oĩs corda nr̃a ſancta preconia tua: vt ſẽp pia percipiat chariſmata. Omnẽ hãc meram ſuſcipe melodiam: vt queamꝰ ſcandere luciflua: ⁊ tua celſa/ ⁊ decora vranica. Dudum ſacrata imbuiſti pectora: nũc nos reple lumina polorũ ve gaudia/ cedas perpetua atqꝫ regna. Te decet laus per tẽpora et gloria ſydera o ſanctũ neuma. Tu animas et corpora noſtra chriſte poſſideas ĩ ſempiterna doxa. Secundum Johãnem.



In illo tp̃e cap. 3. B

Dixit ieſꝰ cuidã prĩcipi phariſeoꝝ. Sic deus dilexit mũdũ: vt filiũ ſuum vnigenitum daret: vt omnis q̃ credit in eũ/ nõ pereat:

ſed habeat vitã eternã. Non enim miſit deus filiũ ſuũ in mundũ vt iudicet mundũ: ſed vt ſaluet̃ mundus per ipſum. L Qui credit in eum non iudicat̃. Qui autem nõ credit: iam iudicatus eſt: qꝛ nõ credit in noĩe vnigeniti filij dei. Hoc eſt autẽ iudiciũ: qꝛ lux venit in mundũ: ⁊ dilexerũt hoĩes magis tenebꝛas/ q̃ lucẽ. Erãt enim eoꝛũ mala opera. Ois eniꝫ qui male agit: odit lucem. Et non venit ad lucem: vt non arguãtur opera eius. Qui autẽ facit veritatẽ/ venit ad lucẽ: vt manifeſtentur eius opera: qꝛ in deo ſunt facta.

pſal. 17. Credo. Off̃. Intonuit de celo dñs: et altiſſimus dedit vocem ſuam: ⁊ apparuerunt fontes aquarum alleluya. Secreta.

PReſta queſumus domine: vt ſecundum promiſſioneꝫ filij tui domini noſtri ieſu chꝛiſti: ſpiritus ſanctus et huius nobis ſacrificij copioſius reuelet archanum: et omnem reſerat propicius veritatem. Per dominum noſtrum ieſum chꝛiſtum. In vnitate eiuſdem. Pꝛefatio Qui aſcendens. et Communicantes. et Hanc igitur. Joã. 14. Communio Spiritusſanctus docebit vos alleluya: quecunqꝫ dixero vobis alleluya alleluya. D Poſtcommunio.

PLenum in nobis dñe remedium noſtre redẽptionis operare: vt habitatione ſancti ſpirit⁹ digni effici valeamus. Per dominũ noſtruꝫ ieſum. In vnitate eiuſd. ¶ Feria tertia poſt penthecoſten. Ad miſſam. Officium.

eccľ. vox. ACcipite iocũditatem gloꝛie veſtre alľa gratias agentes deo alľa: q̃ vos ad celeſtia regna vocauit: alľa alľa alľa. pſal. 77. Ps̃ Attẽdite popule meus legem meam inclinate aurẽ veſtram in verba oꝛis mei. Oratio.

ADſit nobis dñe q̃s virtus ſpiritusſancti: que ⁊ coꝛda noſtra clementer expurget: ⁊ ab omnibus tueatur aduerſis. Per dñm noſtrũ ieſum chꝛiſtum filiũ tuũ. In vnitate eiuſdẽ.

¶ Epla. Lectio actuũ apoſtoloꝛum.

IN diebus illis. Cum audiſſent apoſtoli qui erant hieroſolymis/ ca. 8. quia recepiſſet ſamaria verbum dei: L miſerũt ad eos petrum ⁊ Johannem. Qui cũ veniſſent: oꝛauerũt pꝛo ipſis: vt acciperent ſpiritum ſanctũ. Nondum enim in quenq̃ illoꝛum venerat: ſed baptizati tantum erant in nomine domini ieſu. Tunc imponebãt manus ſuper illos: et accipiebant ſpiritum ſanctum. Alleluya. ℣ Emitte ſpiritum tuum ⁊ creabuntur: et renouabis faciem terre. ecclí. Alľa. ℣ Veni ſancte ſpiritus ccclí. reple tuoꝛum coꝛda fidelium: et tui amoris in eis ignem accende. Sequentia.

EYa muſa: dic queſo pꝛeclara choꝛea. Blandificaqꝫ libens perſtrepe oꝛgana. Aſt modulans tybia reſultet plectro laudum leta carmina. Noſtraqꝫ caterua: huius diei eupꝛepia. Paraclyti chariſma: hac die alumnos chꝛiſti plena intrat. Facto repẽte ſono linguis chꝛiſti: fantur magnalia. Veſano plena ructu ꝑfidia muſto alũnos madere putat ſpiritus gratia ardentes: quos reddit feruida. Anaſtaſi peracta q̃nquagena: myſticus penetrat ſpirit⁹ pectoꝛũ intima oppido reddẽs flammãtia. Mox ingreſſi oẽs vna: terra peragrant arua infundẽtes verbi ſemina. Myſtica patrãtes ſigna: ſupno roꝛe noua bibula madidãt intima. Ecce xp̃i nũc caterua tua. In hac aula: decãtãt cãtica. Vt celeſti permixta agmini indiſcrete: dicat noua tibi pꝛomẽs cãtica. Sit perẽnis dño glĩa. Decus honoꝛ/ poteſtas/ ꝑ ſecula. Qui tribuit ſpũs gr̃aꝫ oĩb⁹ ꝑ arua: q̃ ſequunt̃ ei⁹ monita. Poſcim⁹ oẽs vna ſupplices magnalia. Vt ſanctus noſtra ſpiritus emundãs intima. Illuſtret clare ſophia alľa. ¶ Scd̃m Johannem.



cap. 10 A In illo tēpore. Dixit ieſus diſcipl̄is ſuis amē amē dico vobis: q̄ nō intrat per oſtiū ī ouile ouiū/ ſed aſcēdit aliunde: ille fur eſt ⁊ latro. Qui autē intrat per oſtiū: paſtor eſt ouiū. Huic oſtiari⁹ aperit: ⁊ oues vocē eius audiunt. Et proprias oues vocat noīatiz: ⁊ educit eas. Et cū proprias oues emiſerit: āte eas vadit. Et oues illū ſequunt̄: qꝛ ſciunt vocem eius. Alienū autē non ſequuntur/ ſed fugiūt ab eo: qꝛ nō nouerunt vocem alienorū. Hoc prouerbiū dixit eis ieſus. Illi autē nō cognouerūt: q̄d loqueretur eis. Dixit ergo eis iterū ieſus. Amē amē dico vobis qꝛ ego ſum B oſtium ouiū. Oēs quotquot venerūt: fures ſunt ⁊ latrones: ſed nō audierūt eos oues. Ego ſuz oſtiū. Per me ſi q̄s introierit/ ſaluabitur: ⁊ ingredietur/ ⁊ egredietur: ⁊ paſcua īueniet. Fur nō venit niſi vt furet̄/ ⁊ mactet ⁊ perdat. Ego veni: vt vitā habeāt: ⁊ abundantius habeāt. Credo. Offꝫ. Portas celi ps. 77. aperuit dominus ⁊ pluit illis māna vt ederent: panem celi dedit eis: panem angelorū manducauit homo alleluya. Secreta.

Deſcendat q̄s dn̄e ſpirituſſanct⁹ ſuper hoc altare: qui ⁊ dona populi tui ſanctificet et ſemen tuum corda placatus emundet. Per. Cōmunio. Spiritus qui a patre procedit all'a: ille me Joh. 15 D clarificabit alleluya alleluya. Poſtcōio.

Mentes noſtras queſumus dn̄e ſpirituſſanctus diuinis reparet ſacramētis: quia ipſe eſt remiſſio omnium peccatoruz. Per dominum no. In vnitate eiuſdem. ¶ Feria quarta quatuor temporum: non dicitur alia magna miſſa q̄ de ieiunio: nec in ſexta feria/ nec in ſabbato: ſecundum vſum Sarum. Ad miſſam. Officium.

De⁹ dū egrederēris corā populo tuo all'a: iter faciēs eis all'a: habitans in illis all'a alleluya. pſal. 67. Ps. Exurgat de⁹ ⁊ diſſipentur inimici eius: ⁊ fugiant qui oderunt eum a facie eius. Ibis Kyrie eleyſon cū ſuis ꝟ. dicitur Statim ſequatur Gloria in excelſis. Non dicitur Dn̄s vobiſcū. ſed tantum Oremus. Oratio.

Preſta q̄s ops̄ de⁹ vt a noſtris mētibus carnales amoueat ſpiritus ſanctus effectus: et ſpiritualia nobis dona potenter infundat. Per dn̄m noſtrum ieſum chriſtum fil. In vnitate eiuſdem ſpiri. Lectio libri ſapientie.

Diligite iuſtitiā qui iudicatis terram. Sentite de domino in bonitate: ⁊ in ſimplicitate cordis querite illum. cap. 1. A Quoniam inuenitur ab his qui non tentant illū: apparet autē eis qui fidem habent in illū. Peruerſe enim cogitationes/ ſeparant a deo: probata autē virtus/ corripit inſipiētes. Quoniam in maliuolā animā/ nō introibit ſapiētia: nec habitabit in corpore/ ſubdito peccatis. Sanctus enim ſpūs diſcipline effugiet fictū: ⁊ auferet ſe a cogitationibus que ſunt ſine intellectu: ⁊ corripietur a ſupueniēte iniquitate. B Benign⁹ eſt enim ſpūs ſapiētie ⁊ nō liberauit maledictum a labijs ſuis. Quoniā renū illius teſtis eſt deus: et cordis eius ſcrutator eſt verus: ⁊ lingue ei⁹ auditor. Quoniā ſpūs dn̄i repleuit orbem terrarū: ⁊ hoc q̄d cōtinet oia ſcientiaz habet vocis. Et legat̄ ab accolito ſuppellicio induto in pulpito.

Deinde tres clerici de ſcḋa foꝛma in cappis ſericis ibidez dicant. Alla. ℣. Emitte ſpm̄ tuū ⁊ creabunt̄ ⁊ renouabis faciē terre. Non repetat̄. Alla. Sequat̄ Dñs vobiſcum. Et Oꝛemus. Oꝛatio.

Mentes noſtras q̄s dn̄e ſpūſſanctus paraclit⁹/ qui a te procedit illuminet ⁊ inducat in oēm/ ſicut tu⁹ pmiſit fili⁹ veritatē. Qui te. In vni. eiuſdez. Lectio actuum apoſtoloꝛum.

cap. 2. B In dieb⁹ illis. Stās petr⁹ cuz vndecim: eleuauit vocē ſuā/ ⁊ locut⁹ eſt eis. Viri iudei ⁊ qui habitatis hieruſalē vniuerſi: hoc vobis notū ſit: et aurib⁹ pcipite ꝟba mea. Nō eniz ſicut vos eſtimatis hi ebꝛij ſunt: cū ſit hoꝛa
C diei tertia. Sed hoc eſt qḋ dictum eſt p prophetā iohel. Et erit in nouiſſimis diebus dicit dn̄s: effundaz de ſpū meo ſup oēm carnē. Et pphetabūt filij veſtri ⁊ filie veſtre: ⁊ iuuenes veſtri viſiones videbūt: ⁊ ſenioꝛes veſtri ſomnia ſomniabūt. Et quidez ſup ſeruos meos/ ⁊ ſup ancillas meas: in dieb⁹ illis effundaz de ſpiritu meo/ ⁊ pphetabunt Et dabo pdigia in celo ſurſuz/ ⁊ ſigna in terra deoꝛſum: ſanguinē/ et ignē/ ⁊ vapoꝛē fumi. Sol cōuertet̄ in tenebꝛas/ ⁊ luna in ſanguinem anteq̄ veniet dies dn̄i magn⁹/ ⁊ manifeſtus. Et erit. Omnis quicūqz inuocauerit nomen dn̄i: ſaluus erit. Alla. ℣⁹ Lo-
Act. 19 B quebant̄ varijs linguis apl̄i magnalia dei. Repetat̄. Alla/ ſine neuma. Sequētia

Lux iocunda lux inſignis qua de throno miſſus ignis in xp̄i diſcipulos. Coꝛda replet linguas ditat ad cōcoꝛdes nos inuitat/ lingua coꝛdis modulos. Chꝛiſt⁹ miſit qḋ pmiſit: pign⁹ ſponſe quā reuiſit/ die quinquageſima. Poſt dulcoꝛē melleū: petra fudit oleum/ petra iam firmiſſima. In tabellis ſaxeis: nō in linguis igneis/ lex de mōte populo. Paucis coꝛdis nouitas: ⁊ linguarum vnitas/ dat̄ in cenaculo. O q̄ felix q̄ feſtiua: dies i qua primitiua/ fundat̄ eccleſia. Viue ſunt primitie: naſcētis eccleſie tria primū milia. Panes legis primitiui: ſub vna ſunt adoptiui/ fide duo populi. Se duob⁹ interiecit: ſicqz duos vnuz fecit/ lapis caput anguli. Utres noui nō vetuſti. ſunt capaces noui muſti vaſa parat vidua. Liquoꝛem dat helyſeus: nobis ſacrum roꝛez de⁹ ſi coꝛda ſint cōgrua. Non hoc muſto vel liquoꝛe: nō hoc ſumus digni roꝛe/ ſi diſcoꝛdes moꝛibus. In obſcuris ⁊ diuiſis: nō pōt hec paraclyſis habitare coꝛdibus. Conſolatoꝛ alme veni: linguas reple coꝛda leni: nichil fellis aut veneni ſub tua p̄ſentia. Nil iocundum nil amenū: nil ſalubꝛe nil ſerenū: nichil dulce/ nichil plenuz/ ſine tua gratia. Tu lumē es ⁊ vnguentum: tu celeſte cōdimentū: aque ditās alimentū/ virtute myſterij. Noua facti creatura: te laudamus mēte pura: gratie nūc: ſed natura/ prius ire filij. Tu qui datoꝛ es ⁊ donū: noſtri coꝛdis omne bonū: coꝛ ad laudem redde pronum: noſtre lingue foꝛmans ſonum/ in tua p̄conia. Tu purga nos a pctis: auctoꝛ ipſe pietatis: ⁊ in xp̄o renouatis: da pfecte nouitatis/ plena nobis gaudia. ¶ Euangel. Scḋz Johannē.



cap. 6. G In illo tēpoꝛe. Dixit ieſ⁹ diſcipulis ſuis: ⁊ turbis iudeorū. Nemo pōt venire ad me niſi pater qui miſit me traxerit euz. Et ego reſuſcitabo eum in nouiſſimo die. Eſt ſcriptū in pphetis. Et erunt oēs docibiles dei. Omnis q̄ audiuit a pa-

tre ⁊ didicit: venit ad me. Non qꝛ patrem vidit quiſq̄: niſi is qui eſt a deo hic videt patrē. Amē amē dico vobis: qui credit in me/ habet vitā eternam. Ego ſum panis vite. Patres veſtri manducauerunt manna in deſerto et moꝛtui ſunt. Hic eſt panis de celo deſcendens: vt ſi quis ex ipſo māducauerit: non moꝛiatur. Ego ſum panis viuus: qui de celo deſcendi. Si quis māducauerit ex hoc pane: viuet in eternum. Et panis quem ego dabo / caro mea eſt: pꝛo mundi vita. Credo.

pſal. 118. Offꝛ. Meditaboꝛ in mandatis tuis que dilexi valde: ⁊ leuabo manus meas ad mādata tua que dilexi alleluya. Secreta.

Oblata tibi dn̄e q̄s munera ſpiritusſanctus ſanctificet: ⁊ eoꝛū nos participatio ab oīm pctōꝛum cōtagione cuſtodiat. Per eund. In vni. eiuſd.

Joā. 14. d Cōio. Pacem meam do vobis alleluya: pacē relinquo vobis alla alla. Poſtcōio.

Per huius dn̄e virtutem myſterij tue nos claritatis perpetuus ſplendoꝛ illuſtret: et conſubſtantialis tibi filio gratia ſpiritusſancti illuminet. Qui tecum. ¶ Feria. v. poſt penthecoſten. Officiū vt ſ. in die penthecoſ. fol. xci. ſine verſibus. Oꝛatio.

Preſta q̄s oīps ⁊ miſericoꝛs deus: vt ſpiritusſanctus adueniens tēplum nos gloꝛie ſue dignanter inhabitādo perficiat. Per dn̄m. In vnita. eiuſdē.

cap. 8. A Lectio actuum apoſtoloꝛum.

In diebus illis. Philippus deſcēdens in ciuitatē ſamarie: pꝛedicabat illis chꝛiſtū. Intēdebāt autē turbe his que a philippo dicebant̄ vnanimiter audiētes/ ⁊ videtes ſigna que faciebat. Multi eniz eoꝛū q̄ habebāt ſpiritus immundos: clamātes voce magna/ exibant. B Multi autē paralitici et claudi/ curati ſūt. Factū eſt ergo gaudium magnū in illa ciuitate. Alla. ℣. Emitte ſpiritum tuum ⁊ creabuntur: ⁊ renouabis faciem terre. Alleluya. ℣. Factus eſt repente de celo ſonus: aduenientis ſpiritus vehementis. Act. 2. A Sequentia.

Alma choꝛꝰ dn̄i: nunc pangāt noīa ſummi. Meſſyas ſother emanuel/ ſabaoth/ adonay Eſt vnigenitꝰ via/ vita/ manꝰ/ homo vſyō. Pꝛincipiū/ pꝛimogenitꝰ/ ſapiētia/ virtꝰ. Alpha caput/ finiſq̄ ſimul vocitat̄: ⁊ eſt oo. Fōs ⁊ oꝛigo boni paraclitꝰ ac mediatoꝛ. Agnꝰ/ ouis/ vitulꝰ/ ſerpēs/ aries/ leo/ ꝟmis. Os/ verbū/ ſplendoꝛ/ ſol/ gloꝛia/ lux/ ⁊ imago. Panis/ flos/ vitis/ mōs/ ianua petra/ lapiſq̄. Angelus/ ⁊ ſpōſus: paſtoꝛq̄/ ꝓpheta/ ſacerdos. Athanatos/ kyꝛios/ theos/ pāthon/ craton/ ⁊ yſus. Saluificet nos. Sit cui ſecla. Per omnia doxa. ¶ Secundum Lucam.



cap. 9. A In illo tēpoꝛe. Cōuocatꝭ ieſus duodecīz apoſtolis dedit illis virtutē ⁊ poteſtatē ſup oīa demonia: et vt lāguores curarent. Et miſit eos p̄dicare regnuz dei: ⁊ ſanare infirmos. Et ait ad illos. Nichil tuleritis i via: neq̄ virgā: neq̄ perā: neq̄ panez: neq̄ pecuniā: neq̄ duas tunicas habeatis. Et in quācūq̄ domū intraueritis/ ibi manete: ⁊ inde ne exeatis. Et q̄cunq̄ nō receperint vos exeūtes de ciuitate illa: etiaz puluerē pedū vr̄oꝝ excutite i teſtimoniū ſupꝛa illos. Egreſſi āt circuibāt ꝑ caſtella: euāgelizātes ⁊ curātes vbiq̄. Credo. Offꝛ.

pſal. 76. Cōfirma hoc deꝰ: qd̄ opatus es in nobis a tēplo tuo quod eſt in hieruſalem/ tibi offerent reges munera alleluya. Secreta.

Virtute ſancti ſpirit⁹ domine munera noſtra continge: vt qđ ſolēnitate preſenti tuo nomini dedicauit/ et intelligibile nobis faciat/ et eternū. Per dn̄m noſtrū. In vnitate eiuſdē.

Act. 2. A Cōio. Factus eſt repēte de celo ſon⁹: aduenientis ſpiritus vehemētis/ vbi erant ſedētes all'a: et repleti ſunt oēs ſpū ſctō loquentes magnalia dei all'a all'a. Poſtcōio.

Sacrificiis celeſtibus queſum⁹ domine operante ſpiritu ſancto/ vicia noſtra purgentˀ: vt munerib⁹ tuis ſemper poſſimus aptari. Per eundē. In vnitate eiuſdem. ¶ Feria. vj. quatuoꝛ tempoꝛū. Ad miſſam. Officium.

psal. 70. Repleatur os meum laude tua alleluya: vt poſſim cātare alleluya: gaudebūt labia mea dū cantauero tibi alleluya alleluya. ps. In te domine ſperaui non confundar in eternum: in iuſtitia tua libera me et eripe me. Ibidē. Oratio.

Da queſumus eccleſie tue miſericoꝛs deus/ vt ſpiritu ſancto congregata: hoſtili nullatenus incurſione turbetˀ. Per dn̄m. In vnitate eiuſdē.

¶ Lectio actuum apoſtoloꝛum.

In dieb⁹ illis: aperiens petrus os ſuum: dixit. Viri iſraelite: audite verba hec. Jeſum nazarenum virum appꝛobatum a deo in vobis: virtutib⁹ et pꝛodigiis et ſignis que fecit per illū deus in medio veſtri/ ſicut vos ſcitis: hunc definito cōſilio/ et pꝛeſciētia dei traditum per manus iniquoꝛum affligentes interemiſtis. Quem deus ſuſcitauit ſolutis doloꝛibus inferni: iuxta qđ impoſſibile erat teneri illū ab eo. Dauid enim dicit in eum. Pꝛouidebā dn̄m in cōſpectu meo ſemꝑ: quoniā a dextris eſt michi ne cōmouear. Pꝛopter hoc letatū eſt coꝛ meum: et exultauit lingua mea: inſuper et caro mea requieſcet in ſpe. Quoniam nō derelinques animā meam in inferno: nec dabis ſanctum tuum videre coꝛruptionem. Notas michi feciſti vias vite: replebis me iocunditate/ cum facie tua.

Alleluya. ℣. Emitte ſpiritum tuum et creabuntur: et renouabis faciem terre. Ecc. Alleluya. ℣. Spiritus domini repleuit oꝛbem terrarum: et hoc quod continet omnia ſcientiam habet vocis. Sap. 1. B Sequentia.

Laudes deo deuota. Dulci voce ac ſonoꝛa. Plebs reſultet catholica. Spiritus ſancti gratia. Apoſtolis die hodierna. In igneis linguis eſt infuſa. Paracliti pꝛeſentia. Emūdet nos a peccati macula Pura ſibi aptās habitacula. Chariſmatum ac munera. Pectoꝛibus noſtris pius infundat. Vita noſtra ei vt cōplaceat. Per ſeculoꝛum ſecula. Cōclamemus all'a. Sit deo laus/ poteſtas/ honoꝛ/ virtus/ et gloꝛia. ¶ Secundum Lucam.



In illo tēpoꝛe. Factū eſt in vna dierum: et ieſus ſedebat docēs Et erant phariſei ſedentes et legiſdoctoꝛes q̄ venerant ex oī caſtello galilee et iudee et hieruſalē: et virtus dn̄i erat ad ſanādū eos. Et ecce viri poꝛtātes i lecto hominē q̄ erat paraliticus: et q̄rebant eū inferre/ et ponere āte eū. Et nō inueniētes qua parte illū inferrēt pꝛe turba: aſcēderūt ſupꝛa tectū: et per tegulas ſummiſerūt illū cū lecto in medio ante ieſum. Quoꝝ fidē vt vidit: dixit. Homo: remittūtur tibi cap. 5. D

peccata tua ⁊ ceperſit cogitare ſcribe
⁊ phariſei: dicẽtes. Quis eſt hic qui loquitur
blaſphemias? Quis põt dimittere
peccata: niſi ſolus deus? Ut cognouit
autẽ ieſus cogitationes eoꝛũ:
reſpondens dixit ad illos. Quid cogitatis
E mala in coꝛdibus veſtris? Quid
eſt facilius dicere/ dimittunt̃ tibi peccata:
an dicere ſurge ⁊ ambula? Ut autem
ſciatis qꝛ filius hois habet poteſtatẽ
in terra dimittendi peccata: ait
paralitico. Tibi dico ſurge: tolle lectũ
tuũ: ⁊ vade in domũ tuã. Et cõfeſtim
ſurgens coꝛã illis tulit lectũ in quo iacebat:
⁊ abijt in domũ ſuã magnificãs
deũ. Et ſtupoꝛ appꝛehẽdit oẽs: ⁊ magnificabant
F eũ. Et repleti ſunt timoꝛe
dicentes: qꝛ vidimꝰ mirabilia hodie.
Credo. Offr. Lauda anima mea
pſal. dñm: laudabo dominum in vita mea: pſallam
145 deo meo q̃diu ero alleluya. Secreta.

SAcrificia dñe tuis oblata conſpectibus/
ille ignis diuinꝰ aſſumat:
qui diſcipuloꝝ chꝛiſti tui per ſpiritum
ſctm̃ coꝛda ſuccẽdit. P eundẽ. In vnitate
Joã. eiuſdẽ. Cõio. Spiritus vbi vult ſpirat:
3. A. ⁊ vocẽ eiꝰ audis: ſed neſcis vnde veniat
aut quo vadat alleluya alla. Poſtcõio.

COncede q̃s oĩs deꝰ: vt huiꝰ perceptione
ſacramẽti: ita noſtre fragilitatis
vicia expurgent̃: quatenus per
ſpiritũſanctũ: repꝛomiſſum in nobis
donum tue gratie/ ſentiamus. Per dominum
noſtrũ. In vnitate eiuſdẽ ſpi.

¶ Sabbato. iiij. tempoꝛum. Officiũ.

CHaritas dei diffuſa
Ro. 5. A. eſt i coꝛdibus veſtris
alla per inhabitantẽ ſpiritum
eiꝰ in vobis alleluya
alleluya. Ps. Dñs deꝰ ſalutis mee: in die
pſal. clamaui et nocte coꝛam te. Kyꝛi er. ſolenniter
87. dicit̃ vſqꝫ ℣. ſequat Gloꝛia in
excelſis. ſicut infra octa. cũ regimine
choꝛi. Oẽs orões ſine Dñs vobiſcũ.
dicunt̃: pꝛeter vltimã que eſt ante epiſtolam: ſed tantũ cũ Oꝛemus. Et omnes
lectiones cũ ſuis titulis legant̃ ad
gradũ choꝛi in ſuperpellicijs. Pꝛima
vero lectio ab accolito: ⁊ alie a clericis
de ſcd̃a foꝛma legant̃: tamen. v. lectio.
ab aliquo de ſuperioꝛi gradu legatur.
Et ſingula Alleluya/ a duobus pueris
in ſuperpellicijs ibidẽ cantentur
ſine repetitione Alla/ poſt ſuũ ℣. Oro.

MEntibus nr̃is q̃s dñe ſpiritum
ſanctũ benignꝰ infunde: cuiꝰ et
ſapientia conditi ſumus: et pꝛouidentia
gubernamur. Per dñꝫ. In vnitate
eiuſdem. Lectio Johelis pꝛophete.

HEc dicit dñs deus. Effundaꝫ de
ſpiritu meo ſuper omnẽ carnẽ: ⁊ caꝑ.
pꝛophetabunt filij veſtri: et filie veſtre. 2. G
Senes veſtri ſomnia ſomniabunt: et
iuuenes veſtri viſiones videbũt. Sed
⁊ ſuper ſeruos meos ⁊ ancillas meas
in diebꝰ illis/ effundã de ſpiritu meo:
⁊ dabo pꝛodigia in celo ſurſum: ⁊ ſigna
in terra deoꝛſum: ſanguinẽ/ ⁊ ignẽ: et
vapoꝛem fumi. Sol cõuertet̃ in tenebꝛas:
⁊ luna in ſanguinem: anteq̃ veniat
dies domini magnus et hoꝛribilis.
Et erit omnis quicũqꝫ inuocauerit
nomen domini: ſaluus erit. Alla. Eccl.
℣. Emitte ſpiritum tuum ⁊ creabunt̃: et renouabis
faciem terre. Nõ repetat̃ Alla
poſt ℣. ſed dicitur. Oꝛemus. Oꝛatio.

ILlo nos igne queſumus dñe ſpiritus
ſanctus inflammet: quẽ dñs
noſter ieſus chꝛiſtꝰ miſit in terrã: ⁊ voluit
vehemẽter accẽdi. Qui tecũ. In
vnitate eiuſdeꝫ. Lectio libꝛi Leuitici.

IN diebus illis. Locutus eſt dñs
ad Moyſen dicẽs. Loquere filijs caꝑ.
iſrael: ⁊ dices ad eos. Cũ ingreſſi fueritis 23 B
terrã quã ego dabo vobis: ⁊ meſſueritis
ſegetẽ: feretis manipulos ſpicarum:
pꝛimitias meſſis veſtre ad ſacerdotẽ.
Qui eleuabit faſciculũ coꝛã
dño vt acceptabilis ſit pꝛo vobis altero
die ſabbati: ⁊ ſanctificabit illũ. Numerabitis
ergo ab ipſo die: in quo ob-

tuliſtis manipulos primitiarū ſeptem hebdomadas plenas/ vſqꝫ ad alteram diē expletionis hebdomade ſeptie. Et ſic offeretis ſacrificiū nouū dño: ex oībus habitaculis veſtris. Panes primitiarū duos de duabus decimis ſimile: quos eleuabit ſacerdos coꝛaꝫ dño. Et vocabitis hūc diē celeberrimū atqꝫ ſcātiſſimū. Omne opꝰ ſeruile nō facietis in eo. Legitimū ſempiternū erit in cūctis habitaculis ⁊ generationibꝰ veſtris: dicit dñs oīps. Ecc' Alla. ℣. Ueni ſancte ſpiritus reple tuoꝝ coꝛda fidelium ⁊ tui amoꝛis in eis ignem accende. Oratio.

DEus quibꝰ aīaꝝ medelā ieiuniſ deuotione caſtigari coꝛpa precepiſti: concede nobis propicius: ⁊ mente et coꝛpoꝛe ſemper tibi eſſe deuotos. Per dñm noſtrū. Lectio libri Deute.

cap. 26 A IN diebus illis. Dixit Moyſes filiis iſrael. Audi iſrael: que ego p̄cipio tibi hodie. Cū intraueris terram quā dñs deus tuus daturꝰ eſt tibi poſſidendā: ⁊ obtinueris eam/ atqꝫ habitaueris in ea: tolles de cūctis frugibꝰ tuis primitias: ⁊ pones in cartallo. Pergeſqꝫ ad locū quem elegerit dñs deus tuus: vt ibi inuocet̄ nomē eius. Accedeſqꝫ ad ſacerdoteꝫ qui fuerit in diebus illis: ⁊ dices ad euꝫ. Profiteoꝛ hodie coꝛam dño deo tuo/ qui exaudiuit nos: ⁊ reſpexit humilitatē noſtraꝫ: et laboꝛē noſtrū/ atqꝫ anguſtias: ⁊ eduxit nos de egypto in manu foꝛti/ ⁊ brachio extento. Ingēti pauoꝛe: in ſignis atqꝫ poꝛtētis: ⁊ introduxit nos ad locū iſtum: ⁊ tradidit nobis terram lacte et melle manantē. Et idcirco nūc offero primitias frugum terre: quā dñs deꝰ tuus dedit michi. Et dimittes eam in conſpectu dñi dei tui: ⁊ adoꝛato domino deo tuo: epulaberis in omnibus bonis: que dominus deꝰ tuus dederit tibi. B. Alleluya. ℣. Loquebantur variis linguis apl̄i magnalia dei. Oratio.

PReſta q̄s omnipotens deus: vt ſalutaribꝰ ieiuniis eruditi: ab omnibus etiam viciis abſtinentes: propiciationeꝫ tuam facilius impetremus. Per dominum. Lectio libri Leuitici.

IN diebus illis. Dixit dominus ad Moyſen. cap. 26 B Loquere filiis iſrael: et dices ad eos. Si in preceptis meis ambulaueritis: et mandata mea cuſtodieritis et feceritis ea: dabo vobis pluuias tempoꝛibus ſuis: et terra gignet germen ſuum: et pomis arboꝛes replebuntur. Apprehendet meſſium tritura vindemiam: ⁊ vindemia occupabit ſementem. Et comedetis panem veſtrum in ſaturitate et abſqꝫ pauoꝛe habitabitis ī terra veſtra. Dabo pacem in finibus veſtris: doꝛmietis/ et non erit qui exterreat. Auferam malas beſtias a vobis: ⁊ gladius non tranſibit terminos veſtros. Perſequemini inimicos veſtros: ⁊ coꝛruēt coꝛam vobis. Perſequentur quinqꝫ de veſtris centum alienos: et centum de vobis decem milia. B Cadent inimici veſtri/ in conſpectu veſtro gladio. Reſpiciam vos/ et creſcere faciam. Multiplicabimini: et firmabo pactū meum vobiſcum. Comedetis vetuſtiſſima veterum: et vetera nouis ſuperuenientibus proiicietis. Ponam tabernaculum meum in medio veſtri: et non abiiciet vos vltra anima mea. Ambulabo inter vos/ et ero veſter deus: voſqꝫ eritis populus meus. Dicit dominus omnipotens. Alleluya. Act. 2. A ℣. Factus eſt repente de celo ſonus aduenientis ſpiritus vehementis. Oratio.

PReſta q̄s oīps deꝰ/ ſic nos ab epulis carnalibus abſtinere: vt a viciis irruentibus pariter ieiunamus. Per do. Lectio Danielis prophete.

cap. 3. C ANgelus dñi deſcendit cum azaria et ſociis eius in foꝛnacem: et excuſſit flammam ignis de foꝛnace: et fecit medium foꝛnacis quaſi ventum roꝛis flantem. Flamma autem diffuſa eſt ſuper fornacem: cubitis quadragintanouem: et incendit quos reperit iuxta fornacem de caldeis miniſtros regis: qui eam incendebant. Illos autem omnino non tetigit ignis neqꝫ contriſtauit: nec quicquam moleſtie intulit. Tunc hi tres quaſi ex vno ore laudabant et glorificabant et benedicebant deum in fornace dicentes. Benedictus es domine deus patrum noſtrorum: et laudabilis et glorioſus et ſuperexaltatus in ſecula Et benedictum nomen glorie tue qđ eſt ſanctum: et laudabile et ſuperexaltatum in omnibus ſeculis. Benedictus es in templo ſancto glorie tue: et ſuperlaudabilis et ſupergloriosus in ſecula. Benedict⁹ es in throno regni tui: et ſuperlaudabilis et ſuperexaltatus in ſecula. Hic finiatur in quadrageſima. Benedictus es ſuper ſceptrum regni diuinitatis tue: et ſuperlaudabilis et ſuperexaltatus in ſecula. Benedictus es qui intueris abyſſos / et ſedes ſuper cherubin: et laudabilis et ſuperexaltatus in ſecula. Benedictus es qui ambulas ſuper pennas ventorum: et ſuper vndas maris et ſuperlaudabilis et ſuperexaltatus in ſecula. Benedictus es in firmamento celi: et laudabilis et glorioſus in ſecula. Benedicite omnia opera domini domino: benedicite celi domino: benedicite angeli domini domino: Hymnum dicite / et ſuperexaltate eum in ſecula. Benedicite aque omnes que ſuper celos ſunt domino: benedicite oēs virtutes domini domiuo: benedicite ſol et luna domino: Hymnū dicite et ſuperexaltate eum in ſecula. Bn̄dicite ſtelle celi domino: benedicite imber et ros domino: benedicite omnis ſpiritus dei domino. Hymnum dicite ⁊ ſuperexaltate eum in ſecula. Benedicite ignis et eſtus domino: bn̄dicite noctes et dies dn̄o: benedicite tenebre ⁊ lumen dn̄o. Hymnū dicite ⁊ ſuperexaltate euꝫ in ſecula. Bn̄dicite frig⁹ ⁊ cauma dn̄o: bn̄dicite pruina ⁊ niues dn̄o: bn̄dicite fulgura ⁊ nubes dn̄o. Hymnū dicite ⁊ ſuperexaltate eū in ſecula. Bn̄dicat terra dominum / Benedicite montes et colles domino: benedicite omnia naſcentia terre domino. Hymnum dicite et ſuperexaltate eum in ſecula. Benedicite maria ⁊ flumina domino: benedicite fontes domino / benedicite cete ⁊ omnia que mouentur in aquis domino. Hymnum dicite: ⁊ ſuperexaltate eum ī ſecula. Bn̄dicite volucres celi dn̄o: bn̄dicite beſtie ⁊ vniuerſa pecora domino: benedicite filij hominum domino. Hymnum dicite: ⁊ ſuperexaltate eum in ſecula. Benedicat iſrael dominū: benedicite ſacerdotes domini domino: benedicite ſerui domini domino. Hymnū dicite: et ſuperexaltate eum in ſecula. Benedicite ſpiritus et anime iuſtorū domino: benedicite ſancti ⁊ humiles corde domino. Hymnuꝫ dicite: ⁊ ſuperexaltate eum in ſecula. Bn̄dicite anania azaria miſael domino. Hymnum dicite ⁊ ſuperexaltate eum in ſecula.

¶ In vigilia ſancte trinitatis ⁊ in menſe Septembris tota lectio legatur. Duo clerici de ſecunda forma in ſuperpelliciis ad gradū chori dicant. Alla. ℣. Benedictus es dn̄e deus patruꝫ noſtrorum: ⁊ laudabilis in ſecula. Non repetat̄. Alleluya. Sequat̄. Dn̄s vobiſcum cū Oremus. Oratio.

Daniel. 3. C

Deus qui trib⁹ pueris mitigaſti flammas ignium: cōcede ꝓpicius: vt adueniēte ſpiritusancto: nos famulos tuos nō exurat flamma viciorū. Per dominum noſtrum. In vnitate eiuſdem.

¶ Lectio actuum apoſtolorum.

cap. 3. G

In dieb⁹ illis. Conuenit vniuerſa ciuitas: audire verbū dei. Videntes aūt turbas iudei: repleti ſunt zelo: ⁊ ꝯtradicebāt his q̄ a paulo dicebant blasphemantes. Tunc cõstanter paulus/ ⁊ barnabas dixerũt. Uobis oportebat primũ loqui verbum dei: sed qm̃ repulistis illud: ⁊ indignos vos iudicastis eterne vite: ecce cõuertimur ad gẽtes. Sic enĩ nobis p̃cepit dñs. Posui te in lucẽ gentibꝰ: vt sis i salutẽ/ vsqꝫ ad extremũ terre. Audiẽtes autẽ gentes/ gauise sunt: et glorificabãt verbũ dñi: ⁊ crediderũt quotquot erãt preordinati ad vitã eternã. Disseminabat̃ autẽ verbũ dñi: p vniuersam regionẽ. Iudei autẽ cõcitauerũt religiosas mulieres ⁊ honestas: et primos ciuitatis: et excitauerũt p̃secutionẽ in paulũ/ et barnabã: ⁊ eiecerũt eos de finibꝰ suis. At illi excusso puluere pedũ in eos: venerunt yconiũ. Discipuli quoqꝫ replebantur gaudio: ⁊ spũ sctõ. Et legat̃ in pulpito: qua lecta duo clerici de superiori gradu i cappis sericis ibidẽ dicant.

ps. 116. Alla. ℣. Laudate dñm omnes gentes: et collaudate eũ oẽs populi. Repetat̃ Alla. sine neuma. Sequẽtia. Alma chorꝰ. vt̃s i fer. v. p̃cedẽte. Euãg. scdm lucã.

cap. 4. F



IN illo tpe Surgens iesꝰ de synagoga: introiuit in domuꝫ symonis. Socrꝰ autem symonis tenebatur magnis febribꝰ. Et rogauerunt illũ ꝓ ea. Et stans sup illã imperauit G febri: ⁊ dimisit illam. Et cõtinuo surgens: ministrabat illis. Cũ sol autem occidisset: oẽs qui habebant infirmos varijs lãguoribꝰ: ducebãt illos ad eũ. At ille singulis manus iponens: curabat eos. Exibant autẽ demonia a multis clamantia et dicentia: qꝛ tu es filiꝰ dei. Et icrepans: nõ sinebat ea loqui/ quia sciebãt ipsum esse christũ. Facta autẽ die egressus ibat in desertũ locũ: et turbe requirebant eũ. Et venerũt vsqꝫ ad ipsum: et detinebãt illũ/ ne discederet ab eis. Quibꝰ ille ait. Quia et alijs ciuitatibꝰ oportet me euangelizare regnum dei. Credo. Offr. Domine deus salutis mee/ in die clamaui ⁊ nocte corã te: intret oratio mea in conspectu tuo domine alleluya. ps. 87. Secreta.

MItte dñe q̃s spiritũ sanctũ: qui ⁊ hec munera p̃sentia tuũ nobis efficiat sacramẽtũ: et ad hoc percipiẽdũ/ nostra corda purificet. Per dñm nr̃m iesum. In vnitate eiusdẽ. Cõio. Non vos reliquã orphanos: veniã ad vos iterũ allã: ⁊ gaudebit cor vr̃m allã allã. Joh. 14. D Postcõ.

PRebeãt nobis dñe diuinũ tua sãcta feruorẽ: quo eorum pariter ⁊ actu delectemur/ et fructu. Per dñm.



In die sancte trinitatis. Officium

BEnedicta sit sancta trinitas: atqꝫ indiuisa vnitas confitebimur ei: qꝛ fecit nobiscum misericordiam suã. Ps. Benedi

Eccle
Voꝛ.
dañ. ȝ

ſamus patrem et filium: cum ſancto ſpiritu. Non dicitur vlterius. Oratio.

Omnipotens ſempiterne deꝰ: qui dediſti famulis tuis in cōfeſſione vere fidei/eterne trinitatis gloriam agnoſcere: et in potētia maieſtatis adorare vnitatē: queſumꝰ. vt eiuſdē fidei firmitate/ab oibꝰ ſemp muniamur aduerſis. Qui viuis ⁊ regn̄. deus. Per.

Lectō libri apocalip. bti iohānis apli.

cap. 4. A In diebus illis. Uidi oſtiū apertū
in celo: et vox prima quā audiui/
tanq̄ tube loquētis mecū dicens. Aſcē-
de huc: et oſtēdā tibi: que oportet fieri
cito poſt hec. Statim fui i ſpiritu. Et
ecce ſedes poſita erat in celo: et ſupra
ſedem ſedens. Et qui ſedebat: ſimilis
erat aſpectui lapidis iaſpidis/et ſardi-
nis. Et iris erat i circuitu ſedis: ſimi-
lis viſioni ſmaragdine. Et in circuitu
B ſedis: ſedilia viginti quatuor. Et ſup
thronos/viginti quatuor ſeniores ſe-
dentes: circūamicti veſtimentis albis:
et in capitibꝰ eorum coronas aureas.
Et de throno procedebant fulgura/et
voces et tonitrua. Et ſeptē lampades
ardentes ante thronū: que ſunt ſeptē
ſpiritus dei. Et in cōſpectu ſedis: tanq̄
C mare vitreū ſimile criſtallo. Et in me-
dio ſedis et in circuitu ſedis quatuor
animalia plena oculis āte et retro. Et
animal primū: ſimile leoni. Et ſcdm
animal: ſimile vitulo. Et tertium ani-
mal habens faciē quaſi hominis. Et
quartū animal: ſimile aquile volanti.
Et quatuor animalia/ ſingula eorum
D habebant alas ſenas. Et in circuitu ⁊
intus plena ſunt oculis: et requiē nō
habebant die ac nocte dicentia. Sctūs
ſanctus: ſanctus/dn̄s deus oīpotens:
qui erat/et qui eſt/et qui venturus eſt.
Et cū darent illa animalia gloriā/et
honorē/⁊ bn̄dictionē ſedenti ſup thro-
nū viuēti in ſecula ſeculorū/ ꝓcidebāt
viginti quatuor ſeniores ante ſedentē
in throno. Et adorabant viuētē in ſe-
cula ſeculorū. Gr. Bn̄dictus es dn̄e qui dan.
intueris abyſſos: et ſedes ſup cherubin. ℣. 3. C
Bn̄dicite deū celi: quia fecit nobiſcū miām Tho
ſuā. Alla. ℣. Bn̄dictus es dn̄e deꝰ patrū 12. b
noſtrorū: ⁊ laudabilis i ſecula. Sequētia. dan.
Benedicta ſit beata trinitas: dei- 3. C
tas eterna/pariter coequalis glo-
ria. Deus genitor natus genitꝰ/cum
ſacro neumate: permanens ſup omne
qđ extat. Quibus eſt vna ſemper vo-
luntas: et a ſe diſcrepat: haud vnq̄ tri-
plicata perſona. Nam conſtat deitas
vna: non in tres deos diuiſa: qđ fides
fatetur a chriſto orthodoxe edita. Hec
nāqz pellit delicta: patriam reddit ſe-
renam: qua dulcem iubilant agmina
ſymphoniam celica. Alti throni veſti-
gia: imitantur ſtolis candidata. Ope-
riuntqz binas quas captant: poſt ſecli
diſcrimina. Et nos quos illuſtrat gra-
tia dei: ſupera demus noſtra debita.
Quatinus caterua celica nobis ma-
neat poſt funera ſocia. Ultimoqz pa-
cto diſcrimine: poſcimus alto perfrui
mox pallatio. Quo perſpicua flagrat
lux accenſa conſtanti flāma que deus
eſt: viſio noſtra ⁊ ſalus eterna. Ange-
lorum que illuſtrat fortiter pectora.
Ut in chriſto ſolo: ſua defigant lumi-
na. Hec nāqz eſt ſitis illa flagrās: qua
tunc ſitient aīe ſctōrū vel corpora. Cū
fuerint data: perpetua eis pro bonis a
iudice premia. Secundū Johannem.

In illo tpe. Erat homo ex phari-
ſeis nicodemus nomine princeps cap.
iudeorū. Hic venit ad ieſum nocte: et 3. A
dixit ei. Rabbi: ſcimus quia a deo ve-
niſti magiſter. Nemo eni poteſt hec ſi-
gna facere que tu facis: niſi fuerit deꝰ
cū eo. Reſpondit ieſus ⁊ dixit ei. Amē
amen dico tibi: niſi quis natus fuerit
denuo: nō poteſt videre regnum dei.
Dicit ad eum nichodemꝰ. Quomodo
poteſt homo naſci/cum ſit ſenex? Nū-
quid poteſt in ventrē matris ſue itera-
to introire ⁊ renaſci? Reſpōdit ieſus.

Amen amē dico tibi: niſi quis renatus fuerit ex aqua ⁊ ſpū ſctō: nō pōt introire in regnū dei. Qđ natū eſt ex carne: caro eſt. Et qđ natū eſt ex ſpiritu: ſpiritus eſt. Nō mireris: qꝛ dixi tibi: opoꝛtet vos naſci denuo. Spirit⁹ vbi vult ſpirat/et vocem eius audis: ſed neſcis vnde veniat / aut quo vadat. Sic eſt oīs qui natus eſt ex ſpū. Rñdit nichodemus/et dixit ei. Quomodo poſſunt hec fieri? Rñdit ieſus/et dixit ei. Tu es magiſter in iſrael: et hec ignoꝛas? Amē amē dico tibi: qꝛ qđ ſcim⁹ loquimur: et qđ vidim⁹/teſtamur: ⁊ teſtimoniū nr̄m nō accipitis. Si terrena dixi vobis/⁊ nō creditis: quō ſi dixero vobis celeſtia/credetis? Et nemo aſcēdit in celū niſi ꝗ deſcēdit de celo/fili⁹ hoīs qui eſt in celo. Et ſicut moyſes exaltauit ſerpentem in deſerto: ita exaltari oportet filiū hoīs. Vt oīs qui credit in ipſū nō pereat: ſed habeat vitā eternā.

cho. 12. b Offer. Benedictus ſit deus pater vnigenituſqꝫ dei filius: ſanctus quoqꝫ ſpirit⁹/quia fecit nobiſcum miam ſuam. Secreta.

Sanctifica q̄s dñe de⁹ trinitas ſancta: ꝑ tui ſcti noīs inuocationē huius oblationis hoſtiā: ⁊ ꝑ eā noſmetipſos tibi perfice mun⁹ eternū. Qui vi.

cho. 12. b Prefatio Qui cū vnige. Cōio Bñdicim⁹ deū celi: et coꝛā oīb⁹ viuētib⁹ ꝯfitebimur ei: qꝛa fecit nobiſcū miaꝫ ſuā. Poſtcō.

Proficiat nobis ad ſalutē coꝛporis et anime dñe de⁹ noſter hui⁹ ſacramēti ſuſceptio: et ſempiterne ſancte trinitatis eiuſdēqꝫ indiuidue vnitatis cōfeſſio. In qua vi. ¶ Per totā ebdo. fiat mēo. de trinitate ad miſſā de die: niſi in feſto coꝛpoꝛis chriſti: ⁊ dicit miſſa de trini. qñ de trini. fit ſeruitiū. niſi miſſa. Salus populi. dicenda fuerit per ebdom. ¶ Vrbanus quintus Papa ꝯceſſit oīb⁹ chriſti fidelib⁹ vere cōtritis et cōfeſſis/miſſam de coꝛpoꝛe chriſti dicentibus: aut deuote audientibus centum dies indulgentiarum.



¶ In feſto coꝛpoꝛis chriſti. Officium

p̃. 80 Cibauit eos ex adipe frumēti alleluya: ⁊ de petra melle ſaturauit eos: all'a alleluya. p̃s Exultate deo adiutoꝛi nr̄o: iubilate deo iacob. Ibid Et dicatur Kyrie fons bonitatis. Oratio.

Deus qui nos ſub ſacramēto mirabili paſſionis tue memoꝛiā reliquiſti: tribue queſumus: ita nos coꝛpoꝛis et ſanguinis tui ſacra myſteria venerari: vt redemptionis tue fructū in nobis iugiter ſentiamus. Qui viuis et regnas cum deo patre in vnitate ſpiritus ſancti deus. Per omnia ſecula ſeculoꝛū. Amen. Ad Coꝛinthios.

1. co. 11. c Fratres. Ego enim accepi a domino: qđ et tradidi vobis quoniā dominus ieſus chriſtus/in qua nocte tradebatur/accepit panem: et gratias agens/fregit et dixit. Accipite et man-

ducate: hoc eſt corpus meum/quod ꝓ vobis tradetur. Hoc facite in meam cõmemorationem. Similiter et calicẽ: F poſtq̃ cenauit dicens. Hic calix nouũ teſtamentũ eſt: in meo ſanguine. Hoc facite quotienſcũqꝫ ſumitis in meam cõmemorationem. Quotiẽſcunqꝫ enĩ manducabitis panem hunc ⁊ calicem bibetis: mortem domini annunciabitis/donec veniat. Itaqꝫ quicũqꝫ manducauerit panem/vel biberit calicem dñi indigne: reus erit corporis et ſanguinis domini. G Probet autẽ ſeipſum homo: et ſic de pane illo edat: et de calice bibat. Qui enim manducat/et bibit indigne: iudicium ſibi manducat/et bibit: nõ diiudicans corpus domini.

Grad. Oculi omnium in te ſperant domine/et tu das illis eſcam in tempore oportuno. psal. 144 ℣. Aperis tu manum tuam: ⁊ imples omne animal bñdictione. Ibid Alla. ℣. Caro mea vere eſt cibꝰ: et ſanguis meus vere eſt potus: Joh. 6. F q̃ mãducat carnẽ meã/⁊ bibit meum ſanguinẽ i me manet ⁊ ego i eo. Sequentia.

Lauda ſyõ ſaluatorem: lauda ducem et paſtorẽ/in hymnis et canticis. Quãtum potes tantum gaude: quia maior omni laude/nec laudare ſufficis. Laudis thema ſpecialis: panis viuꝰ et vitalis/hodie proponitur. Quem in ſacre menſa cene: turbe fratrum duodene/datum nõ ambigitur. Sit laus plena ſit ſonora: ſit iocunda ſit decora/mentis iubilatio. Dies enĩ ſolennis agitur: in qua menſe prima recolitur/huius inſtitutio. In hac mẽſa noui regis: nouum paſcha noue legis/phaſe vetus terminat. Vetuſtatem nouitas: vmbrã fugat veritas/noctem lux illuminat. Qđ in cena chriſtus geſſit faciendum hoc expreſſit/in ſui memoriam. Docti ſacris iſtitutis: panẽ vinũ in ſalutis/cõſecramus hoſtiam. Dogma datur chriſtianis: q̄ in carnẽ tranſit panis/et vinum in ſanguinem. Qđ non capis qđ non vides: animoſa firmat fides/preter rerũ ordinem. Sub diuerſis ſpeciebꝰ: ſignis tãtũ ⁊ nõ rebꝰ/latẽt res eximie. Caro cibus/ſanguis potꝰ: manet tamẽ chriſtus totus: ſub vtraqꝫ ſpecie. A ſumẽte nõ conciſus: non confractus nõ diuiſus/integer accipitur. Sumit vnus ſumũt mille: quãtum iſti tantũ mille/nec ſumptꝰ conſumitur. Sumunt boni ſumunt mali: ſorte tamen inequali vite vel interitus. Mors eſt malis/vita bonis: vide paris ſumptionis/q̃ ſit diſpar exitus. Fracto demũ ſacramẽto: ne vacilles ſed memẽto: tantũ eſſe ſub fragmento/quantũ toto tegitur. Nulla rei fit ſciſſura: ſigni tantum fit fractura: qua nec ſtatus nec ſtatura ſignati minuitur. Ecce panis angeloꝝ: factus cibus viatorũ vere panis filiorum/non mittendus canibꝰ. In figuris preſignatur: cum yſaac imolatur: agnus paſche deputatur/datur mãna patribꝰ. Bone paſtor panis vere: ieſu noſtri miſerere: tu nos paſce nos tuere: tu nos bona fac videre/in terra viuentiũ. Tu qui cũcta ſcis ⁊ vales: qui nos paſcis hic mortales: tu nos ibi cõmenſales: coheredes ⁊ ſodales/fac ſanctorum ciuium. Secundũ Johannem.

In illo tempore. Dixit ieſus diſcipulis ſuis et turbis iudeorum. cap. 6. F Caro mea vere eſt cibus: et ſanguis meus vere eſt potus. Qui manducat meam carnem et bibit meum ſanguinem: in me manet et ego in illo. Sicut miſit me viuens pater: et ego viuo propter patrem. Et qui manducat me: et ipſe viuet propter me. Hic eſt panis/qui de celo deſcendit. Non ſicut manducauerunt patres veſtri manna: et mortui ſunt. Qui manducat hunc panem: viuet in eternum.

Offertorium. Sacerdotes domini incenſum/et panes offerunt deo: et ideo ſancti erunt deo ſuo: et non polluent nomen eius alleluya. Secreta.

Eccleſie tue queſumus domine vnitatis et pacis propicius dona concede: que ſub oblatis muneribus myſtice deſignantur. Per. Pꝛefatio. Quia per incarnati. Hec pꝛefatio dicitur per totas octauas: quãdo de octa. fit ſeruitium: et in commemoratione eiuſdẽ per totum annũ. Cõio. 1. corint. c. 11. Quociẽſqꝫ manducabitis panem hunc et calicem bibetis: moꝛtem domini annunciabitis donec veniat: itaqꝫ quicunqꝫ manducauerit panem/vel biberit calicem domini indigne: reus erit coꝛpoꝛis et ſanguinis domini alleluya. F Poſtcõmunio.

Fac nos queſumus domine diuinitatis tue ſempiterna fruitione repleri: quã precioſi coꝛpoꝛis ⁊ ſanguinis tui: tempoꝛalis perceptio pꝛefigurat. Qui viuis ⁊ regnas cũ deo patre. Per totam hebdomadã dicitur eadẽ miſſa quãdo de octa. fit ſeruitium: ſed ſine ſequentia et Credo. Ubi fiunt octa. cũ regimine choꝛi/dicit ſequẽtia. Ecce panis angeloꝛũ. quotidie p octauas ⁊ in octa. quãdo de octauis fit miſſa. ¶ Dominica pꝛima poſt feſtũ ſancte trinitatis. Ad miſſam. Officium.

pſal. 12. Domĩe ĩ tua miſericoꝛdia ſperaui: exultauit coꝛ meũ in ſalutari tuo: cãtabo dño / qui bõa tribuit michi. Ps. Ibid. Uſqꝫquo domine obliuiſceris me in finem: vſqꝫquo auertis faciem tuam a me. Oꝛatio.

Deus in te ſperantiũ foꝛtitudo: adeſto propicius inuocationibꝰ noſtris: ⁊ quia ſine te nichil põt moꝛtalis infirmitas pꝛeſta auxilium gratie tue: vt in exequẽdis mãdatis tuis: ⁊ voluntate tibi ⁊ actione placeamus. Per dominum noſtrum ieſum xp̃m. ¶ Memoꝛia de trinitate fiat omnibꝰ dominicis vſqꝫ ad aduentum dñi: niſi quando aliqua dñica oĩno differatur.

¶ Notandum eſt: ꝙ quãdo duplex feſtum per eſtatem in dñica contigerit: nulla de dñica fiet memo. ad miſſam licet aliquando pro neceſſitate facta fuerit memo. ad veſperas ⁊ ad matutinas ſub ſilentio/vt alias dictum eſt: ſed quando fit de aliquo feſto. ix. lect. in dñicis: ſemper fiat mẽoꝛia de dñica ⁊ de trinitate ad miſſam: quãdo ad veſperas et ad matutinas facta fuerit memoꝛia niſi miſſa dominicalis debeat cantari ipſa dominica in capitulo. Lectio epiſtole beati Johãnis apoſtoli.

1. ca. 4. B Chariſſimi. Deꝰ charitas eſt. In hoc apparuit charitas dei in nobis: quoniã filiũ ſuũ vnigenitũ miſit deus in mundũ: vt viuamꝰ per eum. In hoc eſt charitas/nõ quaſi nos dilexerimus deũ: ſed quoniã ipſe pꝛioꝛ dilexit nos: ⁊ miſit filiũ ſuum pꝛopiciationem pꝛo peccatis noſtris. C Chariſſimi: ſi deus dilexit nos: ⁊ nos debemus alterutrum diligere. Deum nemo vidit vnꝙ. Si diligamus inuicem: deus in nobis manet: ⁊ charitas eius in nobis perfecta eſt. In hoc cognoſcimus quoniã in eo manemꝰ/⁊ ipſe in nobis: quoniã de ſpiritu ſuo dedit nobis. Et nos vidimus ⁊ teſtificamur: quoniam pater miſit filiũ ſuũ ſaluatoꝛẽ mũdi. Quiſquis cõfeſſus fuerit quoniã Jeſus eſt filius dei: deus in eo manet: et ipſe in deo. Et nos cognouimus ⁊ credidimus charitati: quam habet deꝰ in nobis. D Deus charitas eſt. Et qui manet in charitate: in deo manet/⁊ deus in eo. In hoc perfecta eſt charitas dei nobiſcũ: vt fiduciã habeamꝰ in die iudicii: qꝛ ſicut ille eſt ⁊ nos ſumꝰ in hoc mundo. Timoꝛ nõ eſt in charitate: ſed perfecta charitas foꝛas mittit timorem: quoniã timoꝛ penã habet. Qui autẽ timet: non eſt perfectus in charitate. Nos ergo diligamus deum: qm̃ ipſe pꝛioꝛ dilexit nos. Si quis dixerit quoniam diligo deum/⁊ fratrem ſuũ

oderit mendax eſt. Qui enim non diligit fratrem ſuum quem videt: deum quem non videt/quomodo poteſt diligere? Et hoc mandatum habemus a deo/vt qui diligit deum: diligat et fratrem ſuum. ps. 40. Grad. Ego dixi dñe miſerere mei: ſana animā meā quia peccaui tibi. Ibid ℣. Beatus qui intelligit ſuper egenum et pauperem: in die mala liberabit eum dñs. ps.5 Alleluya. ℣. Verba mea auribus ꝑcipe dñe intellige clamorē meū. Nulla dicit̄ ſequētia quādo de dñica agitur/vſqꝫ ad aduentum dñi. Secundum Lucam.

cap. 16 E



IN illo tp̄e Dixit ieſus diſcipulis ſuis/parabolam hanc. Homo q̄dā erat diues ⁊ induebatur purpura ⁊ byſſo: et epulabat̄ quotidie ſplendide. Et erat quidā mēdicus nomine lazarus: qui iacebat ad ianuā eiꝰ vlceribus plenꝰ cupiens ſaturari de micis que cadebant de menſa diuitis: et nemo illi dabat. Sed ⁊ canes veniebant: et lingebant vlcera eius. F Factum eſt autem vt moreretur mendicus: ⁊ portaretur ab angelis in ſinum abrahe. Mortuus eſt autē ⁊ diues: ⁊ ſepultus eſt in inferno. Eleuans autem oculos ſuos/ cū eſſet in tormentis vidit abraham a longe/et lazarum in ſinu eius. Et ipſe clamans: dixit. Pater abrahā miſerere mei: et mitte lazarum vt intingat extremū digiti ſui in aquā: vt refrigeret linguā meā: quia crucior in hac flāma. Et dixit illi abraham. Fili: recordare/quia recepiſti bona in vita tua: et lazarus ſimiliter mala. G Nunc autem hic conſolatur: tu vero cruciaris. Et in his oībus inter nos et vos chaos magnū firmatū eſt: vt hi qui volunt hinc tranſire ad vos non poſſint: neqꝫ inde huc tranſmeare. Et ait. Rogo ergo te pater: vt mittas eum in domū patris mei. Habeo eñi quinqꝫ fratres/vt teſtetur illis: ne et ipſi veniāt in hunc locum tormentorū. Et ait illi abraham. Habent moyſen et prophetas: audiant illos. At ille dixit. Non pater abraham: ſed ſi quis ex mortuis ierit ad eos: penitentiam agent. Ait autem illi. Si moyſen ⁊ prophetas nō audiūt: neqꝫ ſi quis ex mortuis reſurrexerit credent. Offertoriū. Intende voci orationis mee: rex meus ⁊ deus meus quoniam ad te orabo domine. ps.5 Secreta.

DEus qui nos ad ymaginem tuā conditos: ⁊ ſacramētis renouas: et preceptis/ſupplicum preces et munera benignus accepta: vt quod fiducia non habet meritorum: placationes obtineant hoſtiarum. Per dñm nr̄m ieſum xp̄m filiū tuū. Qui tecū. Cōio. Narrabo oīa mirabilia tua letabor ⁊ exultabo i te pſallā noī tuo altiſſime. pſal. 118. Poſtcō.

TAntis domine repleti muneribꝰ preſta queſumus: vt et ſalutaria dona capiamus: et a tua nunq̄ laude ceſſemus. Per dominū nr̄m. ¶ Feria quarta. Lectio epiſtole bt̄i petri apl̄i.

CHariſſimi. Notā fecimus vobis dñi noſtri ieſu chriſti virtutem ⁊ preſentiā: ſed ſpeculatores facti ipſiꝰ magnitudinis. 2. ca. Accipiens enim a deo patre honorē et gloriā voce delapſa ad eum huiuſcemodi a magnifica gloria. D 1. Hic eſt filius meꝰ dilectus: in quo michi complacui: ipſum audite. Et hanc vocē: nos audiuimus de celo allatā cū eſſemus cū ipſo in monte ſancto. Et habemus firmiorē propheticū ſermonem cui benefacitis attēdentes: quaſi lucerne lucenti in caliginoſo loco: donec dies illuceſcat/ ⁊ lucifer oriatur in cordibus veſtris. ¶ Secūdū Lucam.

cap. 5. C



IN illo tēpore: Dixit ieſꝰ diſcipulis ſuis. Nolite putare: qꝛ veni ſoluere legem/ aut ꝓphetas. Non veni ſoluere: ſꝫ adimplere. Amen quippe dico vobis: donec tranſeat celū et terra: iota vnum aut vnus apex nō preteribit a lege/ donec omnia fiant. Qui ergo ſoluerit vnum de mādatis iſtis minimis: ⁊ docuerit ſic homines: minimus vocabitur in regno celorū. Qui autem fecerit: ⁊ docuerit: hic magnus vocabitur in regno celorum.

¶ Dñica. ij. poſt trinitatem. Officiū.

pſal. 17.

FActus eſt dominꝰ protector meꝰ: et eduxit me in latitudinem: ſaluum me fecit/ quoniā voluit me. Ps. Diligam te dñe fortitudo mea: dñs firmamentum meum ⁊ refugiū meū/ et liberator meus. Oratio.

Ibid

SAncti nominis tui domine timorem pariter et amorē fac nos habere perpetuū: quia nunq̄ tua gubernatione deſtituis/ quos i ſoliditate tue dilectionis inſtituis. Per dñm nr̄m. Lectio ep̄le beati iohannis apoſtoli.

1. ca. 3 C

CHariſſimi. Nolite mirari ſi odit vos mundus. Nos ſcimus quoniā tranſlati ſumus de morte ad vitā qm̄ diligimꝰ fratres. Qui nō diligit: manet in morte. Omnis qui odit fratrē ſuū: homicida eſt. Et ſcitis: qm̄ oīs homicida: nō habet vitam eternā in ſe manentē. In hoc cognouimus charitatē dei: quoniā ille pro nobis animā ſuam poſuit: et nos debemus pro fratribus animas ponere. Qui habuerit ſubſtantiā huius mūdi: et viderit fratrem ſuum neceſſitatē patientē: ⁊ clauſerit viſcera ſua ab eo: quomodo charitas dei manet in eo? Filioli mei: nō diligamus verbo/ neqꝫ lingua: ſed opere et veritate. Gr. Ad dñm cum tribularer clamaui: ⁊ exaudiuit me. ℣. Domine libera aīam meā a labijs iniquis ⁊ a lingua doloſa. Alleluia. ℣. Deus iudex iuſtus/ fortis/ ⁊ patiens: nunquid iraſcitur per ſingulos dies.

pſal. 119. Ibid ps. 7.

¶ Euangelium Secundum Lucam.

cap. 14. D



IN illo tēpore: Dixit ieſus diſcipulis ſuis parabolā hanc. Homo quidā fecit cenā magnam: et vocauit multos. Et miſit ſeruū ſuū hora cene dicere inuitatis vt venirent: quia iam parata ſunt oīa. Et ceperūt ſimul oēs excuſare. Primꝰ dixit illi. Villā emi: et neceſſe habeo exire: et videre illam. Rogo te/ habe me excuſatū. Et alter dixit. Iuga boū emi quinqꝫ: et eo probare illa. Rogo te/ habe me excuſatum. Et alius dixit. Vxorē duxi: et ideo nō poſſum venire. Et reuerſus ſeruꝰ nūciauit hec dño ſuo. Tūc iratus paterfamilias: dixit ſeruo ſuo. Exi cito in plateas/ ⁊ vicos ciuitatis: ⁊ pauperes/ ac debiles cecos: et claudos: introduc huc. Et ait ſeruꝰ. Dñe: factū eſt vt imperaſti: et adhuc locus eſt. Et ait dñs B

F ſeruo. Exi i vias ⁊ ſepes/ ⁊ cōpelle intrare: vt ipleat̄ dom⁹ mea. Dico autē vobis: ꝙ nemo viroꝝ illoꝝ qui vocati ſunt: guſtabit cenam meam. Offer. ps̄.6 Dñe conuertere et eripe animā meā: ſaluū me fac propter miſericordiā tuā. Secreta

Oblatio nos dñe tuo nomini dicāda purificet: et de die in diem/ ad celeſtis vite trāſferat actionē. P. Cōio. ps̄.12 Cantabo domino qui bona tribuit michi: et pſallam nomini dñi altiſſimi. Poſtcōio.

Sumptis dñe muneribus ſacris: queſumus/ vt cū frequentatione myſterij: creſcat noſtre ſalutis effect⁹. Per. ¶ Feria quarta. Ad Epheſios.

cap. 4. G Fratres. Hoc dico et teſtificor in dño: vt iā non ambuletis ſicut et gētes ambulāt i vanitate ſenſus ſui: tenebris obſcuratū habētes itellectū: alienati a via dei: p ignorantiā q̄ eſt in illis: ꝓpter cecitatē cordis ipſoꝝ. Qui deſperātes/ ſemetipſos tradiderūt ipudicitie: i opationē imūdicie oīs i auariciā. Vos aūt nō ita didiciſtis xp̄m ſi tū illū audiſtis: et i ipſo edocti eſtis: ſicut eſt veritas i ieſu. Deponite vos ſcd̄m priſtinā cōuerſationē veterē hoīem q̄ corrumpit̄ ſcd̄m deſideria erroris. Renouamini aūt ſpū mētis veſtre: et induite nouū hominē: qui ſcd̄m deū creatus eſt i iuſtitia ⁊ ſanctitate veritatis. In xp̄o ieſu dño nr̄o. Scd̄m Matheū

cap. 21 C



In illo tp̄e Cum veniſſet ieſus in tēplum acceſſerunt ad eū pricipes ſacerdotū ⁊ ſeniores populi dicētes. In qua poteſtate hec facis/ et q̄s dedit tibi hāc poteſtatē? Reſpondens ieſus: dixit illis. Interrogabo vos/ et ego vnū ſermonem: quē ſi dixeritis michi/ et ego vobis dicam in qua poteſtate hec facio. Baptiſm⁹ iohānis vnde erat de celo/ an ex hoībus? At illi cogitabant intra ſe dicētes. Si dixerimus de celo: dicet nobis. Quare ergo nō credidiſtis illi? Si autē dixerim⁹ ex hominib⁹: timemus turbā. Oēs eni habebant iohannem: ſicut prophetā. Et reſpōdentes ieſu/ dixerunt. Neſcimus. Ait illis/ et ipſe. Neqꝫ ego dico vobis: in qua poteſtate hec facio. ¶ Dominica tertia poſt trinitatem. Ad miſſam. Officium

Reſpice i me psal. 24. et miſerere mei dñe quoniā vnic⁹ ⁊ pauper ſū ego: vide humilitatem meā et laborem meū: ⁊ dimitte omnia peccata mea deus meus. Ps. Ad te domine leuaui animam meam: deus meus in te confido nō erubeſcam. Ibidē Oratio

Deprecationē noſtrā q̄s dñe benignus exaudi: ⁊ quib⁹ ſupplicādi preſtas affectū: tribue defenſiōis auxiliū. Per do. Lectio ep̄le b̄ti petri ap̄li.

Chariſſimi. Humiliamini ſub potenti manu dei: vt vos exaltet in 1. ca. vlti. C tēpore viſitationis. Omnē ſollicitudinem veſtrā proiicientes in eū: quoniā ipſi cura eſt de vobis. Sobrij eſtote et vigilate: quia aduerſarius veſter diabolus tāꝗ leo rugiens/ circuit querēs quem deuoret. Cui reſiſtite fortes in fide: ſcientes eandē paſſionem ei/ que in mundo eſt: veſtre fraternitati fieri. Deus autē omnis gratie qui vocauit vos in eternā ſuā gloriam: in chriſto ieſu modicum paſſos: ipſe perficiet/ cōfirmabit/ ſolidabitqꝫ. Ipſi gloria et imperium: in ſecula ſeculoꝝ. Grad. Iacta cogitatum tuū in dño: ⁊ ipſe te enutriet.

Ibidē ℣. Dum clamarē ad dñm exaudiuit vocē meam: ab his qui appropinquant michi. psal. 17. Alleluia ℣. Diligā te dñe virtus mea: dominus firmamentum meum ⁊ refugiū meum et liberator meus. Secundum Lucam.



cap. 15 A In illo tempore. Erāt appropinquantes ad ieſuz publicani ⁊ peccatores: vt audirēt illum. Et murmurabāt ſcribe et phariſei dicētes/ q: hic peccatores recipit: ⁊ mā ducat cum illis. Et ait ad illos parabolam iſtam: dicēs. Quis ex vobis homo q̄ habet centū oues: ⁊ ſi perdiderit vnā ex illis: nōne dimittit nonaginta nouē in deſerto: ⁊ vadit ad illā que pe- B rierat: donec inueniat illā? Et cū inuenerit eā: imponit in humeros ſuos gaudēs. Et veniēs domū: ꝯuocat amicos ⁊ vicinos dicēs illis. Cōgratulamini michi: q: inueni ouē meā q̄ perierat. Dico vobis: ꝙ ita gaudiū erit i celo ſup vno pctōre pniam agēte: ꝙ̄ ſupra nonagitanouē iuſtis: q̄ nō indigēt pnia. Aut q̄ mulier habēs dragmas decem ſi pdiderit dragmā vnā: nōne accēdit lucernā: ⁊ euertit domū/ ⁊ q̄rit diligēter donec inueniat eā? Et cū iuuenerit ꝯuocat amicas ⁊ vicinas dicēs. Cōgratulamini michi: q: inueni dragmā quā pdiderā. Ita dico vobis: gaudiuz erit coram angelis dei ſup vno peccatore: penitentiā agente. psal. 9. Offer. Sperēt in te omnes qui nouerunt nomen tuū domine: quoniam non derelinquis querentes te: pſallite domino qui habitat in ſyon: q̄m nō eſt oblitus orōnem pauperū. Secreta.

Munera tibi dñe q̄s oblata ſctifica: vt tui nobis vnigeniti corpꝰ ⁊ ſanguis fiāt ad medelā. Qui te. Cōio. Ego clamaui q̄m exaudiſti me deꝰ: inclina aurē tuā/ ⁊ exaudi verba mea. psal. 16. Poſtcōio.

Sacris dñe muneribꝰ pceptis q̄s: vt nos eorū ꝯtute: ⁊ a viciis oībꝰ expies: ⁊ donis gratie tue iugiter repleas. Per. Feria. iiii. Ad Timotheū.

Chariſſime. Dñs michi aſtitit/ et ꝯfortauit me: vt p me pdicatio adipleat: ⁊ audiāt oēs gētes: q: liberatꝰ ſum de ore leōis: liberauit me dñs ab oī ope malo: ⁊ ſaluū faciet i regnū ſuū celeſte. Ipſi gl'ia i ſecl'a ſeculorū. Amē. 2. ti. 4. C D

¶ Euangeliuz Secūdū Matheum.



In illo tp̄e ca. 5 D Dixit ieſꝰ diſcipulis ſuis. Eſto cōſentiēs aduerſario tuo cito dum es in via cuz eo: ne forte tradat te aduerſarius iudici: ⁊ iudex tradat te miniſtro/ ⁊ in carcerē mittaris. Amen dico tibi/ nō exies inde: donec reddas nouiſſimū quadrantē. Audiſtis: q: dictū eſt antiq̄s nō mechaberis. E Ego autē dico vobis: q: oīs qui viderit mulierem ad cōcupiſcendū eam: iam mechatus eſt eam in corde ſuo. Quod ſi oculus tuus dexter ſcādalizat te: erue eū/ ⁊ proiice abs te. Expedit enim tibi vt pereat vnum membrorum tuorum: ꝙ̄ totus corpus tuum mittatur in gehennem ignis.

¶ Dominica quarta poſt trinitatem. Officium.

psal. 26. Dominus illuminatio mea ⁊ ſalꝰ mea quē timebo: dñs defenſoꝛ vite mee a quo trepidabo q̄ tribulant me inimici: mei ipſi infirmati ſunt ⁊ ceciderūt. ꝑs. Ibidē Si cõſiſtãt aduerſū me caſtra: nõ timebit coꝛ meum. Oꝛatio.

Protectoꝛ in te ſperantiū deꝰ ſine quo nichil eſt validum/ nichil ſanctum: multiplica ſuper nos miam tuam: vt te rectoꝛe/ te duce: ſic trãſeamus per bona tēpoꝛalia: vt nõ amittamus eterna. Per dñm. Ad Romanos

cap. 8. D Fratres. Exiſtio enī: ꝙ nõ ſunt cõdigne paſſiões huiꝰ tꝑis: ad futurã gliaꝫ q̄ reuelabit in nobis. Nam expectatio creature: reuelationē filioruꝫ dei expectat. Vanitati enī creatura ſubiecta eſt/ nõ volēs: ſed ꝓpter eū q̄ ſubiecit eã in ſpe. Quia ⁊ ipſa creatura liberabit̃ a ſeruitute coꝛruptionis in libertatē glīe filioꝝ dei. Scimꝰ enī ꝙ oīs creatura igemiſcit: ⁊ parturit vſqꝫ adhuc. Nõ ſolū autē illa: ſed ⁊ noſipſi: pꝛimitias ſpūs hñtes: ⁊ ipſi intra nos gemimꝰ adoptionē filioꝝ dei: expectãtes redēptionē coꝛpis nr̃i. In xp̄o ieſu dño nr̃o. Gr. psal. 78. Propiciꝰ eſto dñe pctīs nr̃is neq̄n dicãt gẽtes vbi eſt deꝰ eoꝝ. Ibidē ℣. Adiuua nos deus ſalutaris noſter ⁊ ꝓpter honoꝛeꝫ nominis tui dñe libera nos.



psal. 20. Alla. ℣. Dñe i v̄tute tua letabit̃ rex: ⁊ ſuꝑ ſalutare tuuꝫ exultabit vehementer. Scd̄m Lucam.

cap. 6. F In illo tēpoꝛe. Dixit ieſus diſcipulis ſuis. Eſtote miſericoꝛdes/ ſicut ⁊ pater veſter miſericoꝛs eſt. Nolite iudicare ⁊ nõ iudicabimini. Nolite cõdēnare: ⁊ nõ condēnabimini. Dimittite: ⁊ dimittemini. Date: ⁊ dabit̃ vobis. Menſurã bonã ⁊ cõfertã ⁊ coagitatã ⁊ ſupereffluentē dabūt in ſinuꝫ veſtrum. Eadem quippe mēſura qua mēſi fueritis: remetiet̃ vobis. dicebat autē illis ⁊ ſimilitudinē. Nūquid põt cecus cecum ducere? Nonne ambo in foueã cadūt? Non eſt diſcipulꝰ ſuper magiſtrū. Perfectus autē oīs erit: ſi ſit ſicut magiſter eiꝰ. Quid aūt vides feſtucaꝫ in oculo fratris tuis: trabem autem que in oculo tuo eſt/ non cõſideras? Aut quomodo potes dicere fratri tuo/ frater ſine eijciam feſtucam de oculo tuo: ipſe in oculo tuo trabem nõ vides? Ipocrita: eijce pꝛimum trabē de oculo tuo: ⁊ tunc perſpicies vt educas feſtucã: de oculo fratris tui. Off.

Illumina oculos meos ne vnq̃ obdoꝛmiã in moꝛte: nequando dicat inimicus meus pꝛeualui aduerſus eum. psal. 12. Secreta.

Reſpice q̄s dñe munera ſupplicantis eccleſie et ſaluti credentium perpetua ſanctificatione ſumēda concede. Per. Cõio. Dñs firmamentum meum ⁊ refugium meum/ ⁊ liberatoꝛ meus: deus meꝰ adiutoꝛ meꝰ. psal. 17. Poſtcõio.

Sancta tua nos dñe ſumpta viuificent. ⁊ miē ſempiterne ꝑparēt expiatos. Per. ¶ Feria quarta. Lectio epiſtole beati Johannis apoſtoli.

cap. 2. B Chariſſimi. In hoc ſcimus quoniam cognouimus deum: ſi mandata eius ſeruamus. Qui dicit ſe ſcire eum: ⁊ mandata eius nõ ſeruat: mēdax eſt/ ⁊ in hoc veritas non eſt. Nam qui cuſtodit verbuꝫ eius: vere in hoc charitas dei perfecta eſt. In hoc ſcimus: quoniam in ipſo ſumus. Qui dicit ſe in chriſto manere: debet quemadmodum ille ambulauit ⁊ ipſe ambulare. ¶ Secundum Matheum.

cap. 17. d In illo tp̄e. Interrogauerūt diſcipuli ieſum/ dicētes. Quid ſcribe dicūt: q̄ helyam oporteat primum venire. At ille reſpondens: ait eis. Helyas quidē venturus eſt: ⁊ reſtituet omnia. Dico aūt vobis: qȝ helyas iam venit: ⁊ nō cognouerūt eū: ſed fecerūt in eo quecūqȝ voluerūt. Sic ⁊ filꝰ hoīs paſſurus eſt ab eis. Tūc intellexerūt diſcipuli: qȝ de iohanne baptiſta dixiſſet eis. Et cū veniſſet ad turbam: acceſſit ad euȝ homo genibus prouolutꝰ ante eum dicens. Dn̄e miſerere filio meo qȝ lunaticus eſt/ ⁊ male patitur. Nam ſepe cadit in ignem: ⁊ crebro in aquam: et obtuli eū diſcipulis tuis: et non potuerunt curare eum. Reſpondens autem ieſus: ait. O generatio incredula et peruerſa: quouſqȝ ero vobiſcum: vſqȝquo patiar vos? Afferte huc illū ad me. Et increpauit eum ieſus: ⁊ exijt ab eo demonium: ⁊ curatꝰ eſt puer ex illa hora. ¶ Dominica quinta poſt trinitatem. Officium.

psal. 26. Exaudi dn̄e vocē meam qua clamaui ad te adiutor meus eſto ne derelinquas me/ neqȝ deſpicias me deus ſalutaris meus.
Ibidē Ps. Dominus illuminatio mea et ſalus mea quem timebo. Oratio.

Da nobis q̄s dn̄e: vt et mundi curſus pacifice nobis tuo ordine dirigatur: ⁊ eccleſia tua trāquilla deuotione letetur. Per dominuȝ noſtrum.

¶ Lectio epiſtole btī Petri apoſtoli.

1. ca. 3. B Chariſſimi. Omnes vnanimes in oratione eſtote compatientes fraternitatis amatores: miſericordes/ modeſti/ humiles. Non reddētes malum pro malo: vel maledictū pro maledicto: ſed econtrario benedicentes. quia in hoc vocati eſtis vt benedictionem hereditate poſſideatis. Qui enī vult vitam diligere: et cupit videre dies bonos: coherceat linguam ſuam a malo: ⁊ labia eius ne loquantur dolum. Declinet autem a malo/ ⁊ faciat bonum: inquirat pacem/ ⁊ ſequatur eaȝ. Quia oculi domini ſuper iuſtos: ⁊ aures eius ad preces eorum. Vultꝰ autem domini: ſuper facientes mala. Et quis eſt qui vobis noceat: ſi boni emulatores fueritis? C Sed ⁊ ſi quid patimini propter iuſtitiam: beati. Timorem autem eorum ne timueritis: vt non cōturbemini. Dominum autem chriſtū: ſanctificate in cordibꝰ veſtris.

Gr. Protector noſter aſpice deus: ⁊ reſpice ſuper ſeruos tuos. ps. 83. ℣. Domine deus virtutum: exaudi preces ſeruorum tuorum. Ibidē Alla. ℣. In te domine ſperaui nō cōfundar in eternum in tua iuſtitia libera me et eripe me inclina ad me aurem tuam accelera vt eripias me. psal. 30. ¶ Secūdum Lucam.



In illo tēpore. cap. 5. A Cū turbe irruerēt ad ieſū vt audirēt verbum dei: ⁊ ipſe ſtabat ſecus ſtagnum genezareth. Et vidit duas naues ſtantes ſecus ſtagnuȝ: piſcatores autem deſcenderant: ⁊ lauabant rethia. Aſcendēs autem in vnam nauim que erat ſymonis: rogauit eum vt a terra reduceret puſillum. Et ſedens: docebat de nauicula turbas. Vt ceſſauit autēȝ loqui: dixit ad ſymonē. Duc in altum: ⁊ laxate rethia veſtra in capturam. Et reſpondens ſymon dixit illi. Preceptor: ꝑ totā noctē laborātes nichil cepimꝰ: in ꝟbo autē tuo laxabo B rethe. Et cū hoc feciſſent: cōcluſerūt piſciū multitudinē copioſam. Rūpebatur autez rethe eorum: ⁊ annuerūt ſocijs qui erāt in alia naui: vt venirēt ⁊ adiuuarēt eos. Et venerūt ⁊ impleuerunt ambas nauiculas/ ita vt pene mergerentur. Qđ cuz videret ſymon petrus: procidit ad genua ieſu / dicēs. Exi a me dñe: qꝛ homo peccator ſum. Stupor enim circūdederat eum: ⁊ oēs qui cū illo erāt in captura piſciū/ quā ceperāt. Similiter aūt iacobū/ ⁊ iohānem/ filios zebedei: q̄ erāt ſocij ſymonis. Et ait ad ſymonē ieſꝰ. Noli timere: ex hoc iā hoīes eris capiēs. Et ſubductis ad terrā nauibꝰ: relictis oībꝰ/ ſecuti ſunt eū. Offer. Benedicā dominū qui michi tribuit intellectū: prouidebā deū in conſpectu meo ſemper: quoniam a dextris eſt michi ne commouear. Secreta. ps. 15.

Accedant q̄s domine preces humilitatis noſtre in conſpectu clementie tue: et deſcendat ſuper hec oblata virtus tue diuinitatis: quam noſtris quoqz purificādis mentibus largiaris. Per. Coīo. Vnam petij a domino hanc requiram: vt inhabitem in domo domini oībus diebus vite mee. Poſtcōio. ps. 16.

Miſteria nos domine queſumus ſancta purificent: et ſuo munere tueantur. Per dominum noſtrum ieſum. ¶ Feria quarta. Ad thimotheū.

1. ca. 2. Chariſſime. Obſecro primū omnium fieri obſecrationes/ orationes/ poſtulationes/ gratiarum actiones: pro oībus hoībus. Pro regibus/ et omnibus qui in ſublimitate ſunt conſtituti: vt quietem ⁊ tranquillam vitam agamus / in omni pietate ⁊ caſtitate. B Hoc enim bonum eſt / et acceptum coram ſaluatore noſtro deo: qui omnes homines vult ſaluos fieri ⁊ ad agnitionem veritatis venire. Vnus enim deus vnus ⁊ mediator dei ⁊ hominuz homo chriſtus ieſus: qui dedit redēptionez ſemetipſuz pro omnibus. Cuius teſtimoniū tēporibus ſuis cōfirmatum eſt: in quo poſitus ſum ego predicator et apoſtolus. Veritatem dico non mentior doctor gentium: in fide et veritate. ¶ Secundū Lucam.



cap. 8. D In illo tēpore. Factum eſt in vna dieꝝ: ⁊ ieſus aſcendit in nauiculā et diſcipuli eiꝰ. Et ait ad illos. Trāſfretemus trans ſtagnuz. Et aſcenderunt. Nauigātibus autē illis: obdormiuit. Et deſcēdit procella vēti in ſtagnū: ⁊ cōpellebant̄ fluctibus / et periclitabātur. Accedētes aūt ſuſcitauerūt euz dicētes. Preceptor perimꝰ. At ille ſurgens: increpauit ventū/ ⁊ tēpeſtatē aque: ⁊ ceſſauit ⁊ facta eſt trāquillitas. Dixit aūt illis Vbi eſt fides veſtra? Qui timētes mirati ſunt adinuicem dicētes. Quis putas hic eſt? Qui vētis imperat ⁊ mari: ⁊ obediūt ei. ¶ Dñica. vj. poſt trinitatē. Offīm.

ps. 27. Dominꝰ fortitudo plebis ſue et protector ſalutariuz chriſti ſui eſt ſaluuz fac populum tuum domine: et benedic hereditati tue: et rege eos vſqz in ſeculum. Ps. Ad te domine clamabo deus meus ne ſileas a me: neqñ taceas a me: ⁊ aſſimilabor deſcēdentibus in lacū. Oratio. Ibid

Deus q̄ diligētibꝰ te bona inuiſibilia ꝑparaſti/ infūde cordibꝰ nr̄is tui amoris affectū: vt te ī oībꝰ ⁊ ſuper oīa diligētes: ꝓmiſſiōes tuas q̄ omne

deſiderium ſuperant/ conſequamur.
Per dñm nr̃m ieſum. Ad Romanos.
cap. 6. A Fratres. Quicunqȝ baptizati ſumus
in chriſto ieſu: in morte ipſius
baptizati ſumus. Conſepulti enĩ
ſumus cum illo per baptiſmũ in mortem:
vt quomodo chriſtus ſurrexit a
mortuis per gloriam patris: ita et nos
in nouitate vite ambulemꝰ. Si enim
complantati facti ſumus ſimilitudini
mortis eius: ſimul et reſurrectionis
erimus. Hoc ſcientes/ quia vetus homo
noſter ſimul crucifixus eſt/ vt deſtruatur
corpus peccati: vt vltra non
ſeruiamus peccato. Qui enim mortuus
eſt: iuſtificatus eſt a peccato. Si
B autem mortui ſumus cum chriſto: credimus
quia ſimul etiam viuemꝰ cum
illo. Sciẽtes ꝙ chriſtus reſurgens ex
mortuis iam non moritur: mors illi
vltra non dominabitur. Quod enim
mortuus eſt peccato: mortuus eſt ſemel.
Quod autẽ viuit/ viuit deo. Ita
et vos exiſtimate vos mortuos quidez
eſſe peccato: viuentes autem deo. In
ps.86 chriſto ieſu: dño noſtro. Grad. Conuertere
domine aliquãtulum et deprecare
Ibid ſuper ſeruos tuos. ℣. Domine refugiũ
ps.58 factus es nobis: a generatione et progenie.
Alleluya. ℣. Eripe me de inimicis meis
deus meus: et ab inſurgentibus in me libera
me. ¶ Secundum Matheum.



cap. 5. C In illo tp̃e
dixit ieſus
diſcipulis ſuis
Amen dico
vobis:
quia niſi
abũdauerit
iuſticia
veſtra
pluſꝗ̃ ſcribarum/ et
phariſeorum: nõ intrabitis in regnum celorũ.
Audiſtis: quia dictum eſt antiquis: nõ
occides. Qui autẽ occiderit: reus erit
iudicio. Ego autẽ dico vobis: quia omnis
qui iraſcit̃ fratri ſuo reus erit iudicio.
Qui autẽ dixerit fratri ſuo racha:
reus erit conſilio. Qui autẽ dixerit
fatue: reus erit gehenne ignis. Si D
ergo offers munus tuum ad altare: et
ibi recordatus fueris/ quia frater tuꝰ
habet aliquid aduerſum te: relinque
ibi munus tuũ ante altare: ⁊ vade priꝰ
recõciliari fratri tuo. Et tũc veniens:
offeres munus tuũ. Offr̃. Perfice greſſus ps.16
meos in ſemitis tuis: vt nõ moueãtur
veſtigia mea iclina aurẽ tuã et exaudi verba
mea mirifica miſericordias tuas: q̇ ſaluos
facis ſperantes in te dñe. Secreta.
Propiciare dñe ſupplicationibus
noſtris: et has oblationes famulorum
tuorum benignꝰ aſſume: vt qḋ
ſinguli obtulerũt ad honorem tui nominis:
cũctis proficiat ad ſalutẽ. Per.
Cõmunio. Circuibo et immolabo in tabernaculo ps.26
eius hoſtiam iubilationis cantabo:
et pſalmũ dicam domino. Poſtcõio.
Quos domĩe celeſti dono ſatiaſti:
preſta queſumꝰ/ vt a nr̃is mũdemur
occultis: ⁊ ab hoſtium liberemur
inſidijs. Per dñm nr̃m. ¶ Feria.iiij.
Lectio epiſtole beati Johannis apl̃i. 1.cap
Chariſſimi. Nõ ſcripſi vobis quaſi 2. D
ignorantibꝰ veritatẽ: ſed quaſi
ſcientes eam: qm̃ omne mendacium ex
veritate nõ eſt. Quis eſt mendax: niſi
is qui credit quoniã ieſus nõ eſt chriſtus?
Hic eſt antichriſtus: qui negat
patrem et filiũ. Omnis qui negat filium:
nec patrem habet. Qui autẽ cõfitetur
filiũ: et patrem habet. Vos qḋ
audiſtis ab initio in vobis permaneat
Quia ſi in vobis permanſerit qḋ audiſtis
ab initio: ⁊ vos in filio ⁊ patre manebitis.
Et hec eſt repromiſſio: quam
ipſe pollicitus eſt nobis vitã eternam.
¶ Euangeliũ Secundum Marcum



In illo tempore. Cū egreſſ⁹ eſſet ieſus i via ꝓcurrens q̄dā genu flexo āte eū interrogabat eū dicēs. Magiſter bone q̄d faciam vt vitam eternā percipiā? Jeſus autem dixit ei. Quid me dicis bonū? Nemo bonus: niſi ſolus deus. Precepta noſti? Ille dixit. Que? ne adulteres/ ne occides/ ne fureris/ ne falſum teſtimonium dixeris/ ne fraudem feceris/ honora patrem tuū ⁊ matrē. At ille reſpōdens ait illi. Magiſter bone: hec oīa cuſtodiui a iuuētute mea. Jeſ⁹ aūt intuitus eū/ dilexit eū: ⁊ dixit ei. Unū tibi deeſt. Uade: vēde oīa quecūqꝫ habes et da pauperibus: et habebis theſauros in celo: et veni ſequere me.

¶ Dñica. vij. poſt trinitatē. Officiū.

Omnes gentes plaudite manib⁹: iubilate deo in voce exultatiōis. Ps. Subiecit pp̄los nobis et gētes ſub pedibus noſtris. ſal. 46. Ibiđ

(Oro.

Deus virtutū cui⁹ eſt totum quod eſt optimū: inſere pectoribus noſtris amorē tui nominis: ⁊ preſta in nobis religionis augmentum: vt que ſunt bona nutrias: ac pietatis ſtudio / que ſunt nutrita cuſtodias. Per dominum. Ad Romanos.

aꝑ. 6.D Fratres. Humanū dico: propter infirmitatem carnis veſtre. Sicut enī exhibuiſtis mēbra veſtra ſeruire immūdicie ⁊ iniq̄tati ad iniquitatem: ita nūc exhibete mēbra veſtra ſeruire iuſtitie i ſanctificationē. Cū enī ſerui eſſetis peccati: liberi fuiſtis iuſtitie. Quē ergo fructū habuiſtis tūc in illis: in q̄b⁹ nūc erubeſcitis? Nam finis illoꝝ/ mors eſt. Nūc vero liberati a peccato: ſerui aūt facti deo. Habetis fructū veſtrū in ſanctificationē: finē vero vitā eternā. Stipēdia enim peccati mors. Gratia aūt dei vita eterna. In chriſto ieſu dño noſtro. Gr. Uenite filij audite me: timorem domini docebo vos. ℣. Accedite ad eum ⁊ illuminamini: et facies veſtre non confundentur. Alleluya. ℣. Te decet hymnus deus in ſyon et tibi reddetur votum in hieruſalem. pſal. 33. Ibiđ pſal. 64.

¶ Euangeliū. Secundū Marcum. ca.8. A



In illo tempore. Cū turba multa eēt cum ieſu/ nec haberēt q̄d mā̄ducarent: cōuocatis diſcipl'is/ ait ill'. Miſereor ſup turbā: quia ecce iā triduo ſuſtinent me/ nec habēt quod manducent: Et ſi dimiſero eos ieiunos in domum ſuam: deficiēt in via. Quidā enim ex eis de longe venerūt. Et reſpōderunt ei diſcipuli ſui. Unde iſtos poterit q̄s hic ſaturare panibus in ſolitudine? Et interrogauit eos. Quot panes habetis? Qui dixerūt Septē. Et p̄cepit turbe diſcūbere ſup terrā Et accipiēs ſeptē panes: gratias agens fregit ⁊ dabat diſcipulis ſuis: vt apponerēt. Et appoſuerūt turbe. Et habebāt piſciculos paucos: ⁊ ipſos benedixit: ⁊ iuſſit apponi. Et manducauerunt: ⁊ ſa-

turati ſunt. Et ſuſtulerūt qđ ſuperau-
B erat de fragmētꝫ ſeptē ſportas. Erāt au-
tē q̄ mādūcauerāt: quaſi quatuoꝛ mi-
Da- lia: ⁊ dimiſit eos. Off. Sicut in holo-
niel. cauſtum arietuꝫ ⁊ taurorum/ et ſicut in mi-
3. D libus agnorum pinguium: ſic fiat ſacrifi-
cium noſtrum in conſpectu tuo hodie vt cō-
placeat tibi: quia non eſt confuſio confi-
dentibus in te domine. Secreta.

PRopiciare dn̄e ſupplicationibꝰ
noſtris: ⁊ has oblationes populi
tui benignus aſſume: ⁊ vt nullius ſit
irritum votum/ nullius vacua poſtu-
latio: preſta queſumus: vt qđ fideliter
petimus: efficaciter conſequamur. P
psal. dominum noſtrum ieſum chriſtum fi-
30. lium tuum. Cōio. Inclina aurꝫ tuam:
accelera vt eruas nos. Poſtcōmunio.

REpleti domine muneribus tuis
tribue queſumus: vt et eorū mū-
demur effectu/ et muniamur auxilio.
Per dominum noſtrum ieſum chri-
ſtum filium tuum. Qui tecum viuit
et reg. ¶ Feria quarta ad romanos.

cap. FRatres. Nichil nunc damna-
8. A tionis eſt his/ qui ſunt in chriſto
ieſu: qui non ſecūdum carnem ambu-
lant. Lex enim ſpiritus vite in chriſto
ieſu: liberauit me a lege peccati ⁊ mor-
tis. Nam quod impoſſibile erat legi:
in quo infirmabatur per carnem deꝰ
filium ſuum mittens in ſimilitudineꝫ
carnis peccati. Et de peccato dānauit
peccatuꝫ in carne vt iuſtificatio legis
impleretur in nobis. Qui non ſecun-
dum carnem ambulamus: ſed ſecun-
dum ſpiritum. Qui enim ſecundum
carnē ſunt: q̄ carnis ſunt ſapiūt. Qui
B vero ſcđm ſpūm ſunt: q̄ ſunt ſpūs ſen-
tiunt. Nā prudentia carnis/ mors eſt.
Prudentia autē ſpiritus: vita ⁊ pax.
In xp̄o ieſu dn̄o nr̄o. Scđm Mathe.

IN illo tpe. Abiit ieſus ſabbato ꝑ
cap. ſata: diſcipuli aūt eiꝰ eſuriētes/ ce-
12. A perunt euellere ſpicas/ ⁊ manducare.
Phariſei autē videntes/ dixerūt ei. Ec-
ce diſcipuli tui faciūt/ qđ non licet eis
facere ſabbatis. At ille dixit eis. Nō le-
giſtis q̄d fecerit dauid qn̄ eſuriit: ⁊ q̄
cū illo erāt. Quō intrauit i domū dei:
⁊ panes ꝑpoſitionis comedit: quos nō
licebat ei edere/ neqꝫ his q̄ cū eo erāt:
niſi ſolis ſacerdotibꝰ? Aut nō legiſtis
in lege: qꝛ ſabbatis ſacerdotes in tem-
plo ſabbatum violant: ⁊ ſine crimine
ſunt? Dico autē vobis: qꝛ tēplo maioꝛ
eſt hic. Si autem ſciretis q̄d eſt miſe-
ricordiam volo/ ⁊ nō ſacrificiū: nūq̄
condēnaſſetis innocētes. ¶ Domini-
ca octaua poſt trinitatem. Officium.

SUſcepimus psal. 47.
deus miſericordiam
tuam: in medio tēpli
tui: ſcđm nomē tuū
deꝰ ita ⁊ laus tua in
fines terre: iuſtitia
plena eſt dextera tua. P̄s. Magnus do-
minus et laudabilis nimis: in ciuitate dei
noſtri in monte ſancto eius. Oratio.

DEus cuius prouidentia in ſui di-
ſpoſitione non fallitur: te ſuppli-
ces exoramus/ vt noxia cuncta ſubmo-
ueas: et omnia nobis profutura con-
cedas. Per dominum. Ad Romanos.

cap. 8. FRatres. Debitoꝛes ſumus non
carni: vt ſecundum carnem viua-
mus. Si enim ſecundum carnem vi-
xeritis/ moriemini. Si autem ſpiritu
facta carnis mortificaueritis: viuetis.
Quicunqꝫ enim ſpiritu dei aguntur:
hi ſunt filij dei. Non enim accepiſtis
ſpiritum ſeruitutis iterum in timoꝛe:
ſed accepiſtis ſpiritum adoptionis fi-
lioꝛum dei: in quo clamamus/ abba pa-
ter. Ipſe enim ſpiritus: teſtimonium
reddit ſpiritui noſtro ꝙ ſumꝰ filij dei.
Si autē filij/ ⁊ heredes. Heredes qui-
dem dei: coheredes autem chriſti. Gr.
psal. 30. Eſto michi in deum protectoꝛem: ⁊ in locū
refugij vt ſaluum me facias. Ꝟ. Deus in
Ibis te ſperaui domine: non confundar in eter-

num. Alla. ℣. Attendite popule meus legem meam. Secundum Matheum.

In illo tpe. Dixit iesus discipulis suis. Attẽdite a falsis ꝓphetis qui veniũt ad vos in vestimẽtis ouiũ: intrinsecus aũt sunt lupi rapaces. A fructibꝰ eoꝝ: cognoscetis eos. Nunq̇d colligũt de spinis vuas: aut de tribulis ficus? Sic oĩs arbor bona: fructꝰ bonos facit. Mala aũt arbor: fructꝰ malos facit. Nõ põt arbor bõa fructꝰ malos facere: neqꝫ arbor mala fructꝰ bonos facere. Oĩs arbor q̄ nõ facit fructũ bonum excidet᷑: ⁊ in ignẽ mittet᷑. Igit᷑ ex fructibꝰ eoꝝ cognoscetis eos. Nõ oĩs q̇ dicit michi dñe dñe/ intrabit ĩ regnũ celoꝝ: sed q̇ facit volũtatẽ pr̃is mei: q̇ in celis est: ipse ĩtrabit ĩ regnũ celoꝝ. Offer. Populum humilem saluum facies domine: ⁊ oculos superborum humiliabis: quoniã quis deus preter te dñe. Secreta.

Deus qui legaliũ differẽtias hostiarũ/ vnius sacrificii perfectione sanxisti: accipe sacrificiũ a deuotis tibi famulis oblatum ⁊ pari benedictione sicut munera iusti abel sanctifica: vt qđ singuli obtulerũt ad maiestatis tue honorẽ/ cunctis proficiat ad salutem. Per dominum nostruꝫ. Cõio. Gustate et videte/ quoniam suauis est dominus beatꝰ vir q̇ sperat in eo. Postcõio.

Tua nos domine medicinalis operatio: ⁊ a nostris peruersitatibꝰ clementer expediat: et ad ea que recta sunt perducat. Per dominum nostrũ iesum. ¶ Feria quarta. Ad romanos.

Fratres. Cõmendat deus caritatem suã in nobis: qm̃ si cũ adhuc peccatores essemus scđm tẽpus/ xp̃s pro nobis mortuꝰ est: multo igit᷑ magis iustificati nũc in sanguine eiꝰ/ salui erimus ab ira ꝑ ipsuꝫ. Si enim cũ inimici essemus: recõciliati sumus deo per mortẽ filii eius: multomagis reconciliati/ salui erimus in vita ipsius. Non solũ autẽ: sed ⁊ gloriamur in deo. Per dñm nostrum. Secundum Marcum.

In illo tpe Dixerũt discipuli ad iesum. Magister: vidimus quendã cap. 9. F
in noĩe tuo eiicientẽ demonia: ⁊ ꝓhibuimꝰ eũ/ qꝛ nõ sequit᷑ nos. Iesꝰ autẽ ait illis. Nolite ꝓhibere eum. Nemo est enim qui facit virtutẽ in noĩe meo: ⁊ possit cito male loq̇ de me. Qui eniꝫ non est aduersum vos: pro vobis est. Quisquis eniꝫ potũ dederit vobis calicem aque frigide in noĩe meo: qꝛ xp̃i estis: amẽ dico vobis/ non perdet mercedem suam. Et quisq̇s scãdalizauerit vnũ ex his pusillis credentibus in me: bonuꝫ est ei magis/ si circundaret᷑ mola asinaria collo eiꝰ: ⁊ in mare mitteretur. Et si scandalizauerit te manꝰ tua: abscide illam. Bonũ est tibi debilem intrare in regnũ dei: q̈ duas manus habentẽ/ ire in gehennã: in igneꝫ inextinguibilẽ: vbi vermis eorũ non moritur/ ⁊ ignis non extinguitur. Et B
si pes tuꝰ scãdalizat te: amputa illum. bonũ est tibi claudũ introire in vitam eternã: q̈ duos pedes habẽteꝫ mitti in gehennaꝫ ignis inextinguibilis. Ubi vermis eoꝝ nõ morit᷑: ⁊ ignis nõ extinguitur. Qđ si oculꝰ tuꝰ scandalizat te erue eũ. Bonũ est tibi luscũ ĩtroire in regnũ dei: q̈ duos oculos habẽteꝫ: mitti in gehennã ignis. Ubi vermis eoꝝ nõ morit᷑ ⁊ ignis nõ extiguit᷑. ¶ Dñica nona post trinitatem. Officium.

Ecce deus adiuuat me: et dñs susceptor psal. 53.
est anime mee/ auerte mala inimicis meis: ⁊ in veritate tua disperde illos/ ꝓtector meꝰ dñe. ℣s. Deus in nomine tuo saluum me fac: et in virtute tua libera me. Oratio. Ibid.

Largire nobis q̄s dñe semp spiritum cogitandi que recta sunt ꝓpicius ⁊ agendi: vt qui sine te esse nõ possumus: secundum te viuere valeamus. Per dominum. Ad Corinthios.

cap. 10.b Fratres. Non ſimus concupiſcẽtes maloꝛũ: ſicut et illi concupierunt. Neqꝫ idolatre efficiamini ſicut quidã ex ipſis: quẽadmodum ſcriptuꝫ eſt. Sedit populus manducare/ et bibere: ſurrexerunt ludere. Neqꝫ foꝛnicemur/ ſicut quidam ex ipſis foꝛnicati ſunt: ⁊ ceciderunt vna die/ viginti tria milia. Neqꝫ tentemus chꝛiſtum/ ſicut quidam eoꝛũ tentauerunt: ⁊ a ſerpentibꝰ perierũt. Neqꝫ murmurauerit is/ ſicut quidã eoꝛũ murmurauerunt: et perierunt ab exterminatoꝛe. Hec autẽ omnia: in figura contingebant illis. C Scripta autẽ ſunt hec/ ad coꝛreptionẽ noſtrã: in quos fines ſeculoꝛũ deuenerunt. Itaqꝫ qui ſe exiſtimat ſtare: videat ne cadat. Tentatio vos nõ appꝛehendat/ niſi humana. Fidelis autẽ deꝰ eſt: qui nõ patietur vos tentari: ſupꝛa id qđ poteſtis: ſed faciet cum tentatiõe etiam pꝛouentũ: vt poſſitis ſuſtinere.

ps. 8 Gr. Domine dominus noſter ꝙ admirabile eſt nomen tuum in vniuerſa terra. ỽ. Ibiđ Quoniã eleuata eſt magnificentia tua ſup celos. ps. 80 Alla. ỽ. Exultate deo adiutoꝛi noſtro: iubilate deo iacob: ſumite pſalmum iocundum cum cythara. Secundũ Lucam



cap. 16.a In illo tpe. Dixit ieſꝰ diſcipulis ſuis parabolã hanc. Homo quidã erat diues q̃ habebat villicũ et hic diffamatꝰ eſt apud illũ/ quaſi diſſipaſſet bona ipſius. Et vocauit illũ: ⁊ ait illi. Quid hoc audio de te? Redde rationẽ villicationis tue. Jam enĩ nõ poteris villicare. Ait autem villicus intra ſe. Quid faciã/ quia dñs meus aufert a B me villicationẽ? Fodere nõ valeo: mẽdicare erubeſco. Scio quid faciam/ vt cũ amotus fuero a villicatione: recipiant me in domos ſuas. Conuocatis itaqꝫ ſingulis debitoꝛibus dñi ſui: dicebat pꝛimo. Quãtum debes domino meo? At ille dixit. Centum cados olei. Dixitqꝫ illi. Accipe cautionẽ tuam: et ſede cito ſcribe quinquaginta. Deinde alio dixit. Tu vero quantum debes? Qui ait. Centũ choꝛos tritici. Ait illi. Accipe literas tuas: ⁊ ſcribe octoginta. C Et laudauit dñs villicum iniquitatis: quia pꝛudenter feciſſet: quia filij huiꝰ ſeculi pꝛudẽtioꝛes filijs lucis/ in generatione ſua ſunt. Et ego vobis dico. Facite vobis amicos de mãmona iniquitatis: vt cũ defeceritis: recipiãt vos in eterna tabernacula.

Offer. psal. 18. Juſticie dñi recte letificãtes coꝛda: ⁊ dulcioꝛa ſup mel et fauũ: nã ⁊ ſeruꝰ tuꝰ cuſtodiet ea. Secreta

Suſcipe munera q̃s dñe que tibi de tua largitate deferimꝰ: vt hec ſacroſctã myſteria: gratie tue operãte virtute: ⁊ pꝛeſentis vite nos cõuerſatiõe ſctificẽt: ⁊ ad gaudia ſẽpiterna pducãt. Per. Cõio. mat. 6 D Pꝛimũ querite regnũ dei: et oĩa adijcientur vobis/ dicit dñs. Poſtcõ.

Sit nobis dñe q̃s reparatio mentis et coꝛpoꝛis celeſte myſteriũ: vt cuius exequimur actionẽ/ ſentiamꝰ effectũ. P dñ.

¶ Fer. iiii. Ad Romanos.

cap. 6.C Fratres. Neſcitis qm̃ cui exhibetis vos ſeruos ad obediendum: ſerui eſtis eiꝰ cui obediſtis? Siue peccati ad moꝛtẽ: ſiue obeditionis ad iuſticiam. Gratias aũt deo ꝙ fuiſtis ſerui pctĩ: obediſtis autẽ ex coꝛde ĩ eã foꝛmã doctrine: in qua traditi eſtis. Liberati autẽ a peccato ſerui facti eſtis iuſticie. In chꝛiſto ieſu: dño nr̃o. Sc̃dm Lucã

cap. 16.c In illo tpe. Dixit ieſus diſcipulis ſuis. Qui fidelis eſt in minimo: et ĩ maioꝛi fidelis eſt. Et qui ĩ modico

iniquus eſt: et in maiori iniquꝰ eſt. Si ergo in iniquo mãmona fideles nõ fuiſtis: qđ verũ eſt quis credet vobis? Et ſi ĩ alieno fideles nõ fuiſtis: qđ veſtrũ eſt quis dabit vobis? Nemo ſeruꝰ poteſt duobꝰ dñis ſeruire. Aut enĩ vnum odiet/⁊ alterũ diliget: aut vni adhere-
D bit/et alterum contẽnet. Non poteſtis deo ſeruire/et mãmone. Audiebãt enĩ hec oĩa phariſei q̄ erant auari: et deridebant illũ. Et ait illis. Vos eſtis qui iuſtificatis vos corã hoibꝰ: deꝰ aũt nouit corda vr̃a. Quia qđ hoibꝰ altũ eſt: abominatio eſt ante deũ.

¶ Dñica. x. poſt trinitatẽ. Ad miſſam. Officium.

ps. 45. Cum clamarem ad dñm exaudiuit vocẽ meã ab his qui appropinquant michi: et humiliauit eos q̄ eſt ante ſecula et manet in eternũ: iacta cogitatũ tuũ
Ibid in dño: ⁊ ipſe te enutriet. ℣. Exaudi deꝰ orationẽ meã: ⁊ ne deſpexeris deprecationẽ meã: intende michi ⁊ exaudi me. Oratio.

Pateãt aures miſericordie tue domine precibus ſupplicantium: et vt petentibus deſiderata concedas: fac eos que tibi placita ſunt poſtulare Per dñm nr̃m ieſum. Ad Corinthios

i. ca. Fratres. Scitis quoniam cũ gentes eſſetis: ad ſimulachra muta:
12. A prout ducebamini euntes. Ideo notũ vobis facio: ꝙ nemo in ſpiritu dei loquens: dicit anathema ieſu. Et nemo poteſt dicere dominꝰ ieſus: niſi in ſpiritu ſancto. Diuiſiones vero gratiarum ſunt: idem autem ſpiritus. Et diuiſiones miniſtrationum ſunt: idem autem dominus. Et diuiſiones operationum ſunt: idem vero deus qui operatur omnia in omnibꝰ. Vnicuiqz autem datur manifeſtatio ſpiritꝰ ad vtilitatem. Alij quidẽ per ſpiritũ: datur ſermo ſapiẽtie: alij autẽ ſermo ſciẽtie ſecundũ eundẽ ſpiritũ. Alteri fides in eodẽ ſpiritu. Alij grã ſanitatũ: in vno B
ſpũ. Alij operatio virtutũ: alij prophetia: alij diſcretio ſpirituũ: alij genera linguarũ: alij interpretatio ſermonũ. Hec autẽ oĩa operatur vnus atqz idẽ ſpiritꝰ: diuidens ſingulis: prout vult.

Grad. Cuſtodi me dñe vt pupillã oculi: ps. 16
ſub vmbra alarum tuarũ ꝓtege me. ℣. De Ibid
vultu tuo iudiciũ meũ ꝓdeat: oculi tui videant equitatem. Alla. ℣. Domine deus ps. 87.
ſalutis mee: in die clamaui ⁊ nocte corã te.

¶ Euangelium Secundum Lucam.



In illo tpe. cap.
Cũ appropinquaſſet ieſus hieruſalẽ videns ciuitatẽ/ fleuit ſup illã dicens. 19. b
Qꝛ ſi cognouiſſes et tu. Et qdẽ in hac die tua/ q̄ ad pacẽ tibi: nunc autẽ abſcõdita ſunt ab oculis tuis. Quia ecce veniẽt dies in te: ⁊ circundabũt te inimici tui vallo: ⁊ circundabunt te/ ⁊ coanguſtabũt te vndiqz: et ad terrã proſternent te/et filios tuos qui in te ſunt. Et nõ relinquent in te lapidem ſup lapidem: eo ꝙ non cognoueris tẽpus viſitatiõis tue. Et ingreſſus in templũ: cepit eijcere vendentes in illo et emẽtes: dicens illis. Scriptum eſt: quia domus mea/ domus orationis eſt. Vos autem feciſtis illam ſpeluncam latronũ. Et erat docens quotidie in tẽplo. Offertoriũ.

Ad te domine leuaui animam meam: deus psal.
meus in te confido nõ erubeſcam: neqz irrideant me inimici mei: etenim vniuerſi qui te 24.
expectant non confundentur. Secreta.

Concede nobis hec queſumꝰ domine digne frequētare myſteria: quia quotiens huius hoſtie cōmemoratio celebratur: opus noſtre redēptionis exercetur. Per do. Cōio. Acceptabis ſacrificium iuſticie oblationes et holocauſta ſuper altare tuum dñe. Poſtcōio.

Tua nobis domine communio ſacramenti: et purificationem conferat/et tribuat vnitatem. Per dñm.

¶ Feria quarta. Ad Corinthios.

1. ca. 15 G Fratres. Nō omnis caro/eadem caro: ſed alia hominū alia pecorū: alia volucrū: alia autē piſcium: et corpora celeſtia: et corpora terreſtria. Sed alia quidē celeſtiū glīa: alia autē terreſtriū. Alia claritas ſolis: alia claritas lune: et alia claritas ſtellarum. Stella autē a ſtella differt ī claritate: ſic et reſurrectio mortuorū. Seminatur in corruptiōe: ſurgit in īcorruptione. Seminatur in ignobilitate: ſurget in gloria. Seminatur in infirmitate: ſurget in virtute. Seminatur corpus animale: ſurget corpꝰ ſpiritale. Si eſt corpus aīale: eſt et ſpiritale ſicut ſcriptū eſt. Factus eſt primꝰ homo adā in aīam viuētē: nouiſſimꝰ adā in ſpm̄ viuificantem. Sed nō prius qđ ſpiritale eſt: ſed qđ aīale: deide qđ ſpiritale. In chriſto ieſu dño nr̄o. Secundū Lucam.



cap. 21. F In illo tpe dixit ieſus diſcipulis ſuis Attendite vobis/ ne forte grauētur corda veſtra in crapula ⁊ ebrietate/et curis huius vite: et ſuperueniat in vos repentina dies illa. Tanq̄ laqueus enim ſuperueniet in oēs qui ſedent ſuper faciem omnis terre. Vigilate itaqꝫ orātes oī tēpore: vt digni habeamini fugere iſta oīa q̄ futura ſūt: ⁊ ſtare āte filiū hoīs.

¶ Dñica. xi. poſt trinitatē. Officiū.

pſal. 67. Deus in loco ſancto ſuo: deus qui inhabitare facit vnanimes in domo: ipſe dabit virtutē et fortitudinem plebi ſue. Ps. Exurgat deus ⁊ diſſipētur inimici eiꝰ: ⁊ fugiāt qui oderunt eū a facie eius. Ibi. Oratio.

Deus qui oīpotentiā tuā parcēdo maxime ⁊ miſerādo manifeſtas: multiplica ſup nos gratiā tuam: vt ad tua ꝓmiſſa currētes: celeſtiū bonoꝝ facias eſſe cōſortes. P. Ad Corinthios.

1. ca. 15. A Fratres. Notū vobis facio euangeliū qđ predicaui vobis/quod ⁊ accepiſtis: in quo et ſtatis: per qđ ⁊ ſaluemini. Qua ratione p̄dicauerim vobis ſi tenetis: niſi fruſtra credidiſtis. Tradidi enim vobis in primis quod ⁊ accepi: quoniā chriſtus ieſus mortuus eſt pro peccatis noſtris ſecūdum ſcripturas: ⁊ quia ſepultus eſt: et quia reſurrexit tertia die ſecūdū ſcripturas. Et qꝛ viſus eſt cephe: ⁊ poſt hec vndecim. Deinde viſus eſt pluſq̄ quingentis fratribus ſimul: ex quibus multi manent vſqꝫ adhuc: quidam autē dormierunt. Deinde viſus eſt iacob: deinde apoſtolis omnibus. Nouiſſime aūt omniū tanq̄ abortiuo: viſus eſt ⁊ mihi. Ego enim ſum minimus apoſtolorū: qui non ſum dignus vocari apoſtolus: qm̄ perſecutus ſum eccleſiam dei. Gratia aūt dei ſum/id quod ſum: et gratia eius in me vacua non fuit.

pſal. 27. Grad. In deo ſperauit cor meū ⁊ adiutus ſum: et refloruit caro mea: et ex voluntate mea confitebor illi. ℣. Ad te dñe clamabo deꝰ meꝰ ne ſileas ne diſcedas a me. Ibi. Alla.

ꝑ.98 ℣. Domine refugium fact⁹ es nobis: a generatione et progenie. Secundū Lucam.



cap. 18.A IN illo tēpore. Dixit ieſus ad quoſdā qui in ſe cōfidebant tāꝗ̄ iuſti: ⁊ aſpernabātur ceteros/ parabolā iſtā dicens. Duo homines aſcenderunt in templū/ vt orarent: vnus phariſeus/ ⁊ alter publicanus. Phariſeus aūt ſtans hec apud ſe orabat. De⁹ gratias ago tibi: quia nō ſum ſicut ceteri hominū raptores/ iniuſti/ adulteri: velut etiam hic publicanus. Jeiuno bis in ſabbato: decimas do oīm que poſſideo. Et publicanus a lōge ſtans: nolebat nec ad celū oculos leuare: ſꝫ ꝑcutiebat pectus ſuū/ dicēs. Deus ꝓpicius eſto michi pctōri. Amē dico vobis: deſcēdit hic iuſtificatus in domū ſuā ab illo. Qꝛ oīs q̇ ſe exaltat humiliabit̄: ⁊ q̇ ſe humiliat exaltabit̄.

ꝑ.29 Off. Exaltabo te dñe qm̄ ſuſcepiſti me: nec delectaſti inimicos meos ſuper me: dñe clamaui ad te et ſanaſti me. Secreta.

TIbi dñe ſacrificia dicata reddantur: q̄ ſic ad honorē nōis tui deferēda tribuiſti vt eadē remedia nr̄a fieri ꝑſtares. P. Cōio. Honora dn̄m de tua ſubſtantia et de primitijs frugum tuarū vt impleantur horrea tua ſaturitate: et vino torcularia redundabunt. Proverb. c.3.b Poſtcōmunio.

QVeſumus domine deus noſter: vt quos diuinis reparare nō deſinis ſacramentis/ tuis non deſtituas benignus auxilijs. Per dn̄m noſtrū. ¶ Feria quarta. Ad Corinthios.

1.ca. 6.D FRatres. Neſcitis qm̄ corpora veſtra mēbra ſunt chriſti? Tollens ergo mēbra chriſti faciet mēbra meretricis. Abſit. An neſcitis qm̄ qui adheret meretrici: vnū corpus efficitur? Erunt enī inquit duo in carne vna. Qui autē adheret deo: vnus ſpūs eſt. Fugite fornicationē. Omne enī peccatū qđcūqꝫ fecerit homo: extra corp⁹ eſt. Qui autē fornicatur ī corpus ſuū peccat. An neſcitis qm̄ mēbra veſtra templū eſt ſpūs ſancti: qui ī vobis eſt? quem habetis a deo: et nō eſtis veſtri? Empti enī eſtis precio magno: glorificate ⁊ portate deū in corpore veſtro. ¶ Euangelium Secundum Lucam.

cap. 18.A IN illo tēpore. Dicebat ieſus diſcipulis ſuis parabolā hanc. Quoniam oportet ſemper orare: et non deficere dicēs. Judex quidā erat in quadam ciuitate: qui deum nō timebat: et hominē non reuerebatur. Vidua autem quedam erat in ciuitate illa: et veniebat ad eum dicens. Vindica me de aduerſario meo: et nolebat per multū tempus. Poſt hec autē dixit intra ſe. Et ſi deum non timeo/ nec hominē reuereor: tamen quia moleſta eſt michi hec vidua/ vindicabo illā ne in nouiſſimo veniens/ ſuggillet me. Ait autē dominus. Audite quid iudex iniquitatis dicit. Deus autem non faciet vindictam electorum ſuorum clamantiū ad ſe die ac nocte: et patientiam habebit in illis. B Dico autē vobis quia cito faciet vindictam illorum. ¶ Dominica.xii.poſt trinitatem. Officium.

DEus ī adiutorium meū intende/ domine ad adiuuādum me feſtina: cōfundātur et reuereātur inimici mei/ q̄ querūt aīam meā. ꝑ.69 ps. Auertātur retrorſum ⁊ erubeſcāt q̄ volūt michi mala. Glo Ibid

OMnipotẽs ſempiterne deus: qui abundantia pietatis tue et merita ſupplicum excedis ⁊ vota: effunde ſuper nos miſericordiam tuam: vt dimittas que conſcientia metuit: ⁊ adijcias quod oratio non preſumit. Per dominū noſtrum. ¶ Ad Corinthios.

2.co. 3.B FRatres. Fiduciam talem habemus per chriſtum ad deum nõ ꝙ ſufficiẽtes ſimus cogitare aliquid a nobis / quaſi ex nobis: ſed ſufficiẽtia noſtra ex deo eſt. Qui ⁊ idoneos nos fecit miniſtros noui teſtamenti: non littera / ſed ſpiritu. Littera enim occidit: ſpiritus autem viuificat. Quod ſi miniſtratio mortis / litteris deformata in lapidibus fuit in gloria ita vt non poſſent intendere filij iſrael in faciem Moyſi / propter gloriam vultus eius que euacuatur: quomodo non magis miniſtratio ſpiritus erit in gloria? Nam ſi miniſtratio damnationis in gloria eſt: multomagis abundat mini-

psal. ſterium iuſtitie in gloria. Grad. Be-
33. nedicam dominum in omni tempore: ſem-
Ibid per laus eius in ore meo. ℣. In domino laudabitur anima mea audiant manſueti
psal. et letentur. Alleluya. ℣. Uenite exul-
94. temus domino: iubilemus deo ſalutari
Ibid noſtro. Alius ℣. Preoccupemus faciem eius in confeſſione: ⁊ in pſalmis iubilemus ei. Iſti duo verſ. dicuntur per hebdomadas alternis vicibus: quando de feria agitur: ita tamen ꝙ ℣. Preoccupemus prius dicitur: quando miſſa dominicalis per hebdomadas dicitur. Et ſi nulla feria per hanc hebdomadam ad hoc vacauerit: tūc vltimus ℣.
cap. eo anno omnino p̄termittat᷑. Sc̄dm Lucā.

7.D IN illo tempore. Exiens ieſus de finibus tyri: venit per ſydonē ad mare galilee inter medios fines decapoleos. Et adducunt ei ſurdum ⁊ mutum: ⁊ deprecabant᷑ eum / vt imponat illi manum. Et apprehendēs eum de turba ſeorſum: miſit digitos ſuos in auriculas eius: ⁊ expuens tetigit linguam eius. Et ſuſpiciens in celum: ingemuit / et ait illi. Effeta: quod eſt adaperire. Et ſtatim aperte ſunt aures eius: et ſolutum eſt vinculum lingue eius: et loquebat᷑ recte. Et precepit illis / ne cui dicerent. Quanto autē eis precipiebat: tantomagis plus predicabant: et eo amplius admirabantur / dicentes. Bene omnia fecit ⁊ ſurdos fecit audire: ⁊ mutos loqui. Offer.

Precatus eſt Moyſes in conſpectu domi- Exo.
ni dei ſui et dixit: precatus eſt moyſes in cō- 32.C
ſpectu domini dei ſui ⁊ dixit: quare domine iraſceris in populo tuo: parce ire anime tue memento abrahā yſaac et iacob quibus iuraſti dare terram fluentem lac et mel: ⁊ placatus factus eſt dominus / de malignitate quam dixit facere populo tuo. Secreta.

REſpice queſumus domine noſtram propicius ſeruitutem: vt quod offerimus / ſit tibi munus acceptuꝫ: ſitqꝫ noſtre fragilitati ſubſidiū. Per dominum noſtrum ieſum. Cōio.

De fructu operum tuorum domine ſatiabi-
tur terra: vt educas panem de terra / ⁊ vinū psal.
letificet cor hoīs vt exhilaret facieꝫ in oleo: 103.
⁊ panis cor hominis cōfirmet. Poſtcōio.

SEntiamus dñe q̄s tui perceptione ſacramenti ſubſidiuꝫ mentis et corporis: vt in vtroqꝫ ſaluati / celeſtis remedij plenitudine gloriemur. Per. Feria quarta. Ad Corinthios.

FRatres. Non noſmetipſos pre- 2.co.
dicamus: ſed dominum noſtrum 4.B
ieſum chriſtum. Nos autem ſeruos veſtros per ieſum. Quoniā deus qui dixit de tenebris lucem ſplendeſcere: illuxit in cordib⁹ noſtris ad illuminationē ſciētie claritatis dei: in faciē xp̄i ieſu. Habemus autꝫ theſaurum iſtū in vaſis fictilibus: vt ſublimitas ſit virtutis dei: ⁊ nō ex nobis. In omnibus tribulationem patimur: ſed non anguſtiamur: Aporiamur: ſed nō de-
ſtituimur. Perſecutionem patimur: C

ſed non cõfundimur. Deiicimur: ſed nõ perimus. Semper mortificationẽ ieſu chriſti in corpore noſtro circũferẽtes: vt et vita ieſu in corporibꝰ noſtris manifeſtetur. Secũdum Matheum.

cap. 11. C In illo tẽpore. Cepit ieſus exprobrare ciuitatibꝰ in quibus facte ſunt plurime virtutes eiꝰ: quia nõ egiſſent penitẽtiam. Ve tibi corozaim: ve tibi bethſaida. Quia ſi i tyro et ſydone facte eſſent virtutes que facte ſunt i vobis: olim in cinere ⁊ cilicio penitentiã egiſſent. Verũtamen dico vobis: tyro et ſydoni remiſſius erit in die iudicij/ ꝙ vobis. Et tu capharnaum: nũquid vſqꝫ in celum exaltaberis: vſqꝫ in iſernũ deſcendes. Quia ſi in ſodomis facte fuiſſent virtutes que facte ſunt in te: forte manſiſſent vſqꝫ in hũc diẽ. Verũtamẽ dico vobis: quia terre ſodomorũ remiſſius erit in die iudicij/ ꝙ tibi.

Dñica. xiij. poſt trinitatẽ. Officiũ.

ps. 73 Reſpice domine in teſtamẽtũ tuũ: et aĩas pauperũ tuorũ ne derelinquas in finẽ: exurge dñe iudica cauſam tuã: et ne obliuiſcaris voces querentium te. ps.

Ibid. Vt quid deus repuliſti in finem/ iratus eſt furor tuus ſup oues paſcue tue. Oratio.

Omnipotens et miſericors deꝰ: de cuius munere venit: vt tibi a fidelibus tuis digne ⁊ laudabiliter ſeruiatur: tribue nobis queſumus: vt ad ꝓmiſſiones tuas ſine offenſione curramus. Per dñm noſtrũ. Ad Galathas.

cap. 3. C Fratres. Abrahe dicte ſunt promiſſiones: et ſemini eius. Nõ dicit et ſeminibus/ quaſi in multis: ſed quaſi in vno: ⁊ ſemini tuo/ qui eſt xp̃s. Hoc autẽ dico teſtamẽtũ confirmatũ a deo: que poſt quadringẽtos ⁊ triginta annos facta eſt lex/ nõ irritum facit ad euacuandũ ꝓmiſſionẽ. Nam ſi ex lege eſſet hereditas: iam nõ ex repromiſſione. Abrahe autem per repromiſſionẽ donauit deus. Quid igitur lex? Propter tranſgreſſores poſita eſt: donec veniret ſemẽ: cui promiſerat ordinata per angelos in manu mediatoris. Mediator autem vnius non eſt/ deus autem vnus eſt. Lex ergo aduerſus promiſſa dei? Abſit. Si enim datus eſſet lex que poſſet viuificare: vere ex lege eſſet iuſtitia. Sed concluſit ſcriptura omnia ſub peccato/ vt promiſſio ex fide ieſu chriſti/ daretur credentibus. D

Gr. Reſpice dñe in teſtamẽtũ tuũ: et animas pauperũ tuorũ ne obliuiſcaris in finẽ. ps. 73

℣. Exurge dñe et iudica cauſam tuã: memor eſto opprobrij ſeruorũ tuorũ. Ibid.

Alleluya. ℣. Quoniam deus magnus dñs: et rex magnus ſup omnẽ terrã. psal. 94. Secũdum Lucam.



cap. 10. B In illo tẽpore Dixit ieſꝰ diſcipulis ſuis. Beati oculi q̃ vidẽt que vos videtis. Dico eni vobis ꝙ multi ꝓphete ⁊ reges voluerunt videre que vos videtis/ ⁊ nõ viderũt: et audire q̃ auditis/ ⁊ nõ audierũt. Et quidã legiſperitus ſurrexit tentans illũ/ ⁊ dicens. Magiſter: q̃d faciẽdo vitã eternã poſſidebo? At ille dixit ad eũ. In lege quid ſcriptũ eſt? Quomodo legis? Ille autẽ reſpondens/ dixit. Diliges dñm deũ tuum ex toto corde tuo: et ex tota anima tua: ⁊ ex oĩbus viribꝰ tuis: et ex omni mente tua: et proximũ tuũ ſicut teipſũ. Dixitqꝫ illi. Recte reſpõdiſti. Hoc fac/ et viues. Ille autẽ volens iuſtificare ſeipſum: dixit ad ieſũ. G

F Et quis eſt meꝰ proximus? Suſcipiēs
autē ieſus/ dixit. Homo quidā deſcēdebat
ab hieruſalē in hiericho: ⁊ īcidit ī
latrones. Qui etiā deſpoliauerūt eū:
et plagis īpoſitis abierūt/ſemiuiuo relicto.
Accidit autē vt ſacerdos quidam
deſcēderet eadē via/⁊ viſo illo ꝓteriit.
Similiter et leuita cū eſſet ſecus locū
et videret eū: pertranſiit. Samaritanus
aūt quidā iter faciens/venit ſecꝰ
eū: ⁊ videns eū/miā motus eſt. Et appropians
alligauit vulnera eiꝰ: īfundens
oleū et vinū. Et īponens illū in
iumētū ſuū: duxit in ſtabulū: ⁊ curam
eiꝰ egit. Et altera die ꝓtulit duos denarios:
⁊ dedit ſtabulario/⁊ ait. Curā
illius habe/et q̄dcūqꝫ ſupererogaueris:
G ego cū rediero/reddā tibi. Quis horū
trium videtur tibi proximꝰ fuiſſe illi
qui incidit in latrones? At ille dixit.
Qui fecit miſericordiā in illū. Et ait
illi ieſus. Vade ⁊ tu fac ſimilit̄. Offr.
In te ſperaui dn̄e: dixi tu es deus meus in
manibus tuis tempora mea. Secreta.

HOſtias q̄s dn̄e ꝓpicius intende/
quas ſacris altaribus exhibemꝰ
vt nobis indulgentiā largiēdo/tuo no
Sap mini dēt honorē. P. Cōio Panē de celo
61 C dediſti nobis dn̄e: habentē omne delectamē
tū/⁊ omnē ſaporē ſuauitatis. Poſtcōio.

VIuificet nos queſumꝰ dn̄e huiꝰ
participatio ſancta myſterij ⁊ pa
riter nobis expiationē tribuat et munimē.
Per. ¶ Fer.iiij. Ad Theſſalo.

1.cap FRatres. Memores eſtote laborū
2.B noſtrorū et fatigationum nocte et
die operantes: ne quē veſtrū grauaremus.
Predicauimꝰ enī ī vobis euan-
C gelium dei. Vos eni teſtes eſtis ⁊ deꝰ/
q̄ ſctē ⁊ iuſte ⁊ ſine querela vobis qui
credidiſtis affuimus ſicut ſcitis: quali
ter vnūquēqꝫ veſtrū: tanq̄ pater filios
ſuos deprecantes vos ⁊ cōſolātes teſti
ficati ſumꝰ/vt ambularetis digne deo
qui vocauit vos in regnū ſuū ⁊ gloriā.
Ideo ⁊ nos grās agimꝰ deo ſine intermiſſiōe:
quoniā cum accepiſſetis a nobis
verbū auditus dei: accepiſtis illud
non vt verbum hominū: ſed ſicut eſt
vere verbū dei: qui operatur in vobis
qui credidiſtis. Secundū Matheum.



IN il- cap.
lo tpe 14.b
abeūtes
pharisei
cōſiliū fa
ciebāt ad
uerſus ie
ſum: quō
eū pderēt
Jeſus au
tē ſciens:
receſſit inde.
Et ſecuti ſunt
eū multi:
et curauit eos oēs: et p̄cepit eis ne manifeſtū
eū facerēt: vt adimpleretur qd̄
dictū eſt ꝑ yſaiā ꝓphetā dicentē. Ecce
puer meꝰ quem elegi dilectus meꝰ: in
quo bene cōplacuit anime mee. Ponā
ſpiritū meū ſuper eum: et iudiciū gentibus
nunciabit. Non contendet neqꝫ
clamabit: neqꝫ audiet aliquis in plateis
vocem eius. Arundinem quaſſatam
non cōfringet: et lignū fumigans
non extinguet: donec eiciat ad victoriam
iudicium: et in nomine eius gentes
ſperabūt. ¶ Dominica.xiiij. Poſt
trinitatem. Ad miſſam. Officium.

PRotector no ps.83
ſter aſpice deꝰ et re-
ſpice in faciē chriſti
tui: q2 melior eſt di-
es vna ī atrijs tuis
ſup milia. Ps. Quā Ibidē
dilecta tabernacula tua dn̄e virtutū: concupiſcit
⁊ deficit aīa mea in atria dn̄i. Oro.

OMnīps ſempiterne deꝰ: da nobis fidei
ſpei/⁊ charitatis augmētum: ⁊ vt
mereamur aſſeq̄ qd̄ ꝓmittis/ fac nos

cap. 5.C amare qđ ꝯcipis. Ꝑ do. Ad Galathas.

FRatres. Spiritu ambulate ⁊ deſideria carnis nõ pficietis. Caro enim concupiſcit aduerſus ſpiritũ: ſpiritus aũt aduerſus carnẽ. Hec eni ſibiinuicẽ aduerſantur: vt non ꝗcũqꝫ vultis/illa faciatis. Qđ ſi ſpiritu ducemini: non eſtis ſub lege. D Manifeſta autẽ ſunt opera carnis: que ſunt fornicatio/imundicia/auaricia/ īpudicitia/ luxuria/ idoloꝝ ſeruitus/ veneficia/ inimicitie/contẽtiones/ emulationes/ ire/rixe/diſſentiões/ſecte/inuidie/homicidia/ ebrietates/comeſſationes: et his ſimilia. Que predico vobis ſicut predixi: quoniam qui talia agunt regnum dei non conſequẽtur. Fructus autem ſpirit⁹ eſt : charitas/gaudium/ pax/patiẽtia/ longanimitas/bonitas/ benignitas/manſuetudo/fides/modeſtia / continentia / caſtitas. Aduerſus huiuſcemodi non eſt lex. Qui autem ſunt chriſti / carnem ſuam crucifixerunt/cũ vicijs ⁊ cõcupiſcẽtijs. Grad.

p̄s. 91 Bonum eſt confiteri domino: ⁊ pſallere nomini tuo altiſſime. Ibid ℣. Ad annunciandum mane miſericordiam tuam: et veritatẽ tuã per noctem. Alla. ℣. Confitemini domino et inuocate nomen eius: annunciate inter gentes opera eius. pſal. 184. Secundum Lucam.



cap. 17.C IN illo tpe. Cũ iret ieſus ī hieruſalem: trãſibat ꝑ mediã ſamariam ⁊ galileam. Et cũ ingrederet̃ quoddã caſtellum occurrerũt ei decẽ viri leproſi. Qui ſteterũt a lõge et leuauerunt vocẽ dicentes. Ieſu preceptor/ miſerere noſtri. D Quos vt vidit dixit. Ite oſtendite vos ſacerdotibus. Et factum eſt dum irent/mũdati ſunt. Un⁹ autẽ ex illis vt vidit ꝗa mundat⁹ eſt: regreſſus eſt cũ magna voce magnificans deũ. Et cecidit in faciẽ ãte pedes ei⁹: gratias agens. Et hic erat ſamaritanus. Reſpõdens autem ieſus dixit. Nõne decem mũdati ſunt: et nouẽ vbi ſunt? Nõ eſt inuent⁹ ꝗ rediret et daret gloriã deo: niſi hic alienigena. Et ait illi. Surge et vade: ꝗa fides tua te ſaluum fecit. Offer. Immittit angelũ dñs i circuitu timẽtiũ eũ/⁊ eripiet eos: guſtate et videte quoniã ſuauis eſt dñs. p̄s. 33. Secreta.

PRopiciare domine populo tuo: propiciare munerib⁹ vt hac oblatione placatus: et indulgentiam nobis tribuas/et poſtulata concedas. Ꝑ.

Cõmunio. Panis quem ego dedero: caro mea eſt pro ſeculi vita. Ioh. cap. 6.F. Poſtcõmunio.

SUmptis domine celeſtib⁹ ſacramentis: ad redemptionis eterne queſumus proficiamus augmẽtum. Per.

¶ Feria quarta. Ad Corinthios.

FRatres. Nolite iugũ ducere cũ infidelib⁹: ſed cũ fidelib⁹. 2. ca. 6. D Que enī participatio iuſtitie cũ iniq̇tate: aut q̄ ſocietas luci ad tenebras? Que aũt cõuentio chriſti ad belial? Aut q̄ pars fideli cũ infideli? Quis aũt cõſenſus tẽplo dei cũ idolis? Uos autẽ eſtis tẽplum dei viui: ſicut dicit de⁹. Quoniã inhabitabo in illis: ⁊ inãbulabo inter eos: et ero illoꝝ deus/et ipſi erunt michi populus. Propter qđ exite de medio eoꝝ: et ſeparamini dicit dominus. Uos qui portatis vaſa domini: et immundũ ne tetigeritis. Et ego recipiã vos/⁊ ero vobis in patrẽ: et vos eritis michi in filios et filias/dicit dominus omnipotẽs. Has igitur promiſſiones habentes kariſſimi: mundem⁹ nos ab oĩ inquinamẽto carnis ⁊ ſpiritus perficientes ſanctificationẽ ī timore dei.

¶ Euangel. Secundum Lucam.

cap. 12 B IN illo tempoꝛe. Ait ad ieſum quidam de turba. Magiſter dic fratri meo vt diuidat mecum hereditatem. At ille dixit ei. Homo quis me conſtituit iudicem/aut diuiſoꝛez ſupꝛa vos? Dixitqꝫ ad illos. Uidete et cauete ab omni auaricia: quia non in abundantia cuiuſq̄ꝫ vita eius eſt: ex his que poſſidet. Dixit autem ſimilitudinem ad C illum: dicens. Hominis cuiuſdam diuitis vberes fructus ager attulit: et cogitabat intra ſe dicens. Quid faciã ꝙ non habeo: quo congregem fructus meos? Et dixit. Hoc faciam. Deſtruã hoꝛrea mea/⁊ maioꝛa faciam: ⁊ illuc cõgregabo omnia que nata ſunt michi: et bona mea et dicam anime mee. Anima/habes multa bona poſita in annos plurimos: requieſce/comede/bibe/et epulare. Dixit autem illi deus. Stulte/hac nocte animam tuam repetent a te: que autẽ paraſti/cuius erũt? Sic eſt qui ſibi theſaurizat: et non eſt i deũ diues. Dixitqꝫ ad diſcipłos ſuos. Ideo dico vobis. Nolite ſolliciti eſſe anime veſtre quid manducetis: neqꝫ coꝛpoꝛi veſtro quid induamini. Anima plus eſt/q̄ꝫ eſca: et coꝛpus/plus q̄ꝫ veſtimẽtum. Cõſiderate coꝛuos: quia nõ ſeminãt/neqꝫ metũt: q̇bꝰ nõ eſt cellariũ: neqꝫ hoꝛreũ: ⁊ deus paſcit illos.

¶ Dñica. xv. poſt trinitatem. Offm.

pſal. 85. INclina domine aurem tuam ad me ⁊ exaudi me: ſaluum fac ſeruum tuum deus meus ſperantem in te: miſerere michi domine/quoniam ad te clamaui tota die. Ps. Ibid Letifica animam ſerui tui: quoniam ad te domine animã meam leuaui. Oratio.

CUſtodi queſumus dñe eccleſiam tuam ꝓpiciatione perpetua: et quia ſine te labitur humana moꝛtalitas tuis ſemꝑ auxilijs ⁊ abſtrahatur a noxijs/ ⁊ ad ſalutaria dirigat̃. Per dominum noſtrum. ¶ Ad Galathas.

FRatres. Si ſpiritu viuimꝰ/ſpiritu ⁊ ambulemus. cap. 6. A Non efficiamur inanis gloꝛie cupidi inuicem inuidentes. Fratres: et ſi pꝛeoccupatus fuerit homo in aliquo delicto: vos qui ſpirituales eſtis huiuſcemodi inſtruite in ſpiritu lenitatis. Conſiderans teipſum: ne et tu tenteris. Alter alterius onera poꝛtate: et ſic adimplebitis legem chꝛiſti. Nam ſi quis exiſtimat ſe aliquid eſſe cum nichil ſit: ipſe ſe ſeducit. Opus autem ſuum pꝛobet vnuſquiſqꝫ: et ſic in ſemetipſo tantũ gloꝛiã habebit: et nõ in altero. Unuſquiſqꝫ enim onus ſuum poꝛtabit. B Cõmunicet autez is qui cathezizatur verbo: ei qui ſe cathezizat in omnibus bonis. Nolite errare: deus non irridetur. Que enim ſeminauerit homo: hec et metet. Quoniam qui ſeminat in carne ſua: de carne et metet coꝛruptionem. Qui autem ſeminat in ſpiritu: C de ſpiritu metet vitam eternam. Bonum autem facientes non deficiamus: tempoꝛe enim ſuo metemus nõ deficientes. Ergo dum tempus habemus/operemur bonuz ad omnes: maxime autem ad domeſticos fidei. Gr.

pſal. 117. Bonum eſt confidere in domino ꝙ confidere in homine. ℣. Bonum eſt ſperare in domino: ꝙ ſperare in pꝛincipibus. Alla. Ibid

pſal. 107. ℣. Paratum coꝛ meum deus paratum coꝛ meum: cantabo et pſallã tibi in gloꝛia mea.

¶ Euange. Secundum Matheum.

cap. 6. C IN illo tempoꝛe. Dixit ieſus diſcipulis ſuis. Nemo poteſt duobus dominis ſeruire. Aut enim vnuz odio habebit ⁊ alterum diliget: aut vnum ſuſtinebit/⁊ alterum contemnet. Non poteſtis deo ſeruire ⁊ mãmone. Ideo dico vobis ne ſolliciti ſitis anime veſtre quid manducetis: neqꝫ coꝛpoꝛi veſtro quid induamini. D Nonne anima plus eſt ꝙ eſca? et coꝛpus plus ꝙ veſtimentuꝫ? Reſpicite volatilia celi: quoniam non ſerunt neqꝫ metunt: neqꝫ congregãt in horrea: ⁊ pater veſter celeſtis paſcit illa. Nõne vos magis pluris eſtis illis. Quis autem veſtrũ cogitans/ poteſt adijcere ad ſtaturã ſuaꝫ cubitum vnum? Et de veſtimẽto/ ꝗd ſolliciti eſtis? Conſiderate lilia agri: quomodo creſcunt. Non laborãt neqꝫ nent. Dico auteꝫ vobis quoniam nec Salomon in omni gloria ſua coopertus eſt ſicut vnum ex iſtis. Si autem fenum agri quod hodie eſt et cras in clibanum mittitur deus ſic veſtit: q̃to magis vos minime fidei? Nolite ergo ſolliciti eſſe dicentes: quid manducabimus: aut quid bibemus: aut quod operiemur? Hec enim omnia gentes inquirunt. Scit enim pater veſter q̃a his omnibus indigetis. Querite ergo primum regnum dei et iuſticiam eius: et hec omnia adijcientur vobis.

psal. 39. Offꝫ. Expectans expectaui dominum: et reſpexit me: et exaudiuit deprecationem meam: et immiſit in os meum canticũ nouum hymnum deo noſtro. Secreta.

Concede nobis domine queſumus vt hec oblatio ſalutaris: et noſtrorum fiat purgatio peccatorum: ⁊ tue propiciationis. Per. Cõmunio.

Joh. ca. 6. Qui manducat carnẽ meam: et bibit ſanguinem meum: in me manet et ego in eo dicit dominus. Poſtcõmunio.

Perficiant ſemper et muniãt tua ſacramenta nos deus: et ad perpetue ducant ſaluationis effectum. Per dominum noſtrum ieſum chriſtum. ¶ Feria quarta. Ad Timotheũ

1. ca. 1. B Chariſſime. Scimus auteꝫ qꝛ bona eſt lex ſi quis ea legitime vtatur. Sciens hoc quia iuſto non eſt lex poſita: ſed iniuſtis et non ſubditis: impijs ⁊ peccatoribus: ſceleratis ⁊ cõtaminatis: patricidis ⁊ matricidis: homicidis: fornicarijs: maſculorum concubitoribus: plagiarijs: mendacibus: et periuris. Et ſi quid aliud ſane doctrine aduerſatur: que eſt ſecundum euãgelium glorie beati dei quod creditum eſt michi. Gratias ago ei qui me confortauit in chriſto ieſu domino noſtro: quia fidelem me exiſtimauit ponens in miniſterio: qui prius fui blaſphemus ⁊ perſecutor/ ⁊ contumelioſus. Sed miſericordiam dei conſecutus ſum: qꝛ ignorãs feci in incredulitate. Superabũdauit aũt gratia dñi noſtri cũ fide ⁊ dilectione: q̃ eſt in xp̃o ieſu dño noſtro. Secundum lucam.



In illo tempore. cap. 20. A Factuꝫ eſt in vna dieruꝫ: docente ieſu populũ in templo/ et euãgelizãte: conuenerũt principes ſacerdotum: et ſcribe cuꝫ ſenioribꝰ ⁊ aiunt dicentes ad illum. Dic nobis in qua poteſtate hec facis: aut quis eſt qui dedit tibi hanc poteſtatem? Reſpondens autem ieſus: dixit ad illos. Interrogabo vos et ego vnum ſermonem: reſpondete michi. Baptiſmus iohannis de celo erat: an ex hominibus? At illi cogitabant intra ſe dicentes. Quia ſi dixerimus de celo/ dicet nobis. Quare ergo non credidiſtis illi. Si autem dixerimus ex hominibus: plebs vniuerſa lapidabit nos. Certi ſunt enim Johannem B prophetam eſſe. Et reſponderunt ſe neſcire vnde eſſet: et Jeſus ait illis. Neqꝫ ego dico vobis in qua poteſtate hec facio. ¶ Dominica decimaſeptima poſt trinitatem. Officium.

psal. 85. MIſerere michi domine quoniã ad te clamaui tota die: quia tu domine ſuauis ac mitis es: ⁊ copioſus in miſericordia/omnibus inuocantibus te. ps. Inclina dñe aurem tuam ⁊ exaudi me: quoniam inops ⁊ pauper ſum ego. Ibid Oratio.

ECcleſiam tuam queſumus domine miſeratio cõtinuata mundet et muniat: et quia ſine te non poteſt ſalua conſiſtere: tuo ſemper munere gubernetur. Per dominum noſtrum ieſum chriſtum filium. Ad Epheſios.

FRatres. Obſecro vos ne deficiatis in tribulationibus meis pro cap. 3. E vobis: que eſt gloria veſtra. Huius rei gratia flecto genua mea ad patrem domini noſtri ieſu chriſti: ex quo omnis paternitas in celis et in terra nominatur. Ut det vobis ſecundum diuitias glorie ſue virtutem corroborari: per ſpiritum eius in interiori homine chriſtum habitare per fidem in cordibus veſtris. In charitate radicati et fundati: vt poſſitis comprehendere cum omnibus ſanctis que ſit latitudo/longitudo/et ſublimitas/et profundum. Scire etiam ſupereminentem ſcientie charitatem chriſti: vt impleamini in omnem plenitudinem dei. Ei autem qui potens eſt omnia facere ſuperabundãter q̃ petimus/aut intelligimus: ſecundum virtutẽ que operatur in nobis. Ipſi gloria in eccleſia ⁊ in chriſto ieſu: in omnes generationes: ſeculi ſeculorum amen.

Ibid Grad. Timebunt gentes nomen tuum domine: et omnes reges terre gloriam tuã. psal. 183. ℣. Quoniam edificauit dominus ſyon: et videbitur in maieſtate ſua. Alleluya. ℣. Qui timent dominum ſperent in eum: adiutor et protector eorum eſt. ¶ Euangelium. Secundum Lucam.



IN illo tpe cap. 7. D Ibat ieſꝰ ĩ ciuitatẽ q̃ vocatᷣ naim: ⁊ ibãt cũ eo diſcipuli eius: ⁊ turba copioſa. Cũ aũt appropinquaret porte ciuitatis: ecce defunctꝰ efferebatur filius vnicus matris ſue. Et hec vidua erat: et turba ciuitatis multa cum illa. Quam cum vidiſſet dominus/miſericordia motus ſuper eam/dixit illi. Noli flere. Et acceſſit ⁊ E tetigit loculũ. Hi aũt qui portabãt: ſteterũt. Et ait. Adoleſcẽs: tibi dico ſurge. Et reſedit qui erat mortuꝰ/⁊ cepit loqui: ⁊ dedit illum matri ſue. Accepit autem oẽs timor: ⁊ magnificabãt deũ dicẽtes. Quia propheta magnꝰ ſurrexit in nobis: ⁊ qꝛ deus viſitauit plebẽ ſuam. Offer. Dñe in auxiliũ meũ reſpice: ps. 39. confundantᷣ ⁊ reuereantur qui querunt animã meam vt auferant eam. Secreta.

TUa nos domine queſumus ſacramenta cuſtodiant: et contra diabolicos tueãtur ſemper incurſus. Per dñm noſtrum. Cõio. Dñe memorabor ps. 70. iuſtitie tue ſolius: deus docuiſti me a iuuentute mea: ⁊ vſqꝫ in ſenectam ⁊ ſeniũ deus ne derelinquas me. Poſtcõmunio.

MEntes noſtras ⁊ corpora poſſideat queſumus domine doni celeſtis operatio: vt nõ noſter ſenſus ĩ nobis/ſed iugiter eius preueniat effectꝰ. Per dominum noſtrũ ieſum chriſtũ filiũ. ¶ Feria quarta. Ad Coloſſenſes.

FRatres. Uidete ne quis vos de cap. 2. B cipiat per philoſophiam/⁊ per inanẽ fallaciã ſecundũ traditionẽ ho‑

minū: ſecundū elemẽta mūdi/ ⁊ nō ſe-
cūdū xp̄m. Quia ī ipſo inhabitat om-
nis plenitudo diuinitatis: corporaliter ⁊
eſtis ī illo repleti qui eſt caput omnis
C principatus ⁊ poteſtatis. In quo ⁊ cir-
cumciſi eſtis circumciſione non manu
facta/ in expoliatione corporis carnis:
ſed in circūciſiōe xp̄i. Cōſepulti ei in
baptiſmo: in quo ⁊ reſurrexiſtis: ꝑ fi-
dem operationis dei qui ſuſcitauit illū
a mortuis. Et vos cū eſſetis mortui in
delictis ⁊ preputio carnis veſtre: con-
uiuificauit cum illo donans vobis oīa
delicta. Per ieſum chriſtum dominū
cap. noſtrum. ¶ Secundum Marcum.
8. B



In illo tēpore. Venit ieſꝰ be-
thſaidam ⁊ adducūt ei cecū: et rogabant eum vt il-
lum tangeret. Et apprehenſa manu ceci: edu-
xit eum extra vicū. Et expuēs in ocu-
lis eius impoſitis manibus ſuis: inter
rogauit eum ſi quid videret. Et aſpi-
C ciens ait. Video homines velut arbo-
res ambulantes. Deinde iterum im-
poſuit manus ſuper oculos eius/ ⁊ ce-
pit videre: ⁊ reſtitutus eſt ita vt vide-
ret clare omnia. Et miſit illum in do-
mum ſuā dicēs. Vade in domū tuā et
ſi in vicū introieris: nemini dixeris.
¶ Dñica. xviii. poſt trinitatē. Offm̄.

ps. Iuſtus es domi-
118. ne ⁊ rectum iudicium tuū:
Ibid fac cum ſeruo tuo ſecundū
miſericordiam tuam. ꝓs.
Beati imaculati ī via q̄ ambulāt ī lege dñi.

Tua nos dñe q̄s grā ¶ Oratio.
ſemper ⁊ preueniat ⁊ ſequatꝛ: ac
bonis operibus iugiter preſtet eſſe in-
tentos. Per dñm nr̄m. Ad Epheſios. cap.
Fratres. Obſecro vos ego vin- 4. A
ctus in dño: vt digne ambuletis
vocatione qua vocati eſtis cū omni hu-
militate ⁊ mānſuetudine: cum patien-
tia ſupportantes inuicem in charita-
te: ſolliciti ſeruare vnitatem ſpiritus
in vinculo pacis. Vnum corpꝰ ⁊ vnus
ſpūs: ſicut vocati eſtis in vna ſpe vo-
cationis veſtre. Vnus dñs: vna fides: B
vnum baptiſma. Vnus deus ⁊ pater
omniū: qui eſt ſup oēs/ ⁊ ꝑ oīa/ ⁊ in oī-
bus nobis/ q̄ eſt bn̄dictꝰ ī ſecula ſecu-
lorū amē. Grad. Beata gēs cuiꝰ eſt dñs ps.
deꝰ eorū: populꝰ quē elegit dñs in heredita- 32.
tem ſibi. ℣. Verbo dñi celi firmati ſunt: et Ibid.
ſpiritu oris eius oīs virtus eorū. Alla. ps.
℣. Dextera domini fecit virtutem: dextera 117.
domini exaltauit me. Secundū Lucam.



In illo tē- cap.
pore. Cū 14. A
introiſſet ieſus ī domum cuiuſdā principis phariſeorum ſabbato manduca-
re panem ⁊ ipſi ob-
ſeruabāt eum. Et
ecce homo q̄dā idropicꝰ erat ante illū.
Et rn̄dens ieſꝰ: dixit ad legiſperitos ⁊
phariſeos dicēs. Si licet ſabbato cura-
re? At illi tacuerūt. Ipſe vero apprehē-
ſum/ ſanauit eū: ac dimiſit. Et reſpon-
dens ad illos dixit. Cuius veſtrū aſi-
nus aut bos in puteū cadet: et nō cōti-
nuo extrahet illū die ſabbati? Et non
poterāt ad hec reſpōdere illi. Dicebat

autem et ad inuitatos parabolã: intendens quomodo primos accubitus eligerent dicens ad illos. Cum inuitatꝰ fueris ad nuptias: nõ diſcũbas in primo loco: ne forte honoratior te ſit inuitatus ab illo: ⁊ veniens is qui te ⁊ illũ vocauit: dicat tibi/da huic locum. Et tunc incipias cũ rubore nouiſſimum locũ tenere. Sed cum vocatus fueris/ vade recũbe in nouiſſimo loco: vt cum venerit q̇ te inuitauit/dicat tibi. Amice L aſcẽde ſuperiꝰ. Tũc erit tibi glĩa corã ſimul diſcũbentibꝰ. Quia omnis q̇ ſe exaltat/humiliabit: et qui ſe humiliat exaltabitur. Offer. dan. 9. ca. D Oraui deum ego daniel dicens: exaudi dñe preces ſerui tui: illumina faciem tuã ſuper ſanctuarium tuũ: et propicius intende populum iſtum/ ſup quẽ inuocatũ eſt nomen tuũ deus. Secreta.

Munda nos q̃s dñe ſacrificij pñtis effectu ⁊ ꝑfice miſeratꝰ in nobis: vt eiꝰ mereamur eſſe participes. Per. Cõic. psal. 75. Vouete ⁊ reddite dño deo veſtro oẽs qui ĩ circuitu eiꝰ offertis munera: terribili et ei q̇ aufert ſpiritũ principũ: terribili apud omnes reges terre. Poſtcõio.

Purifica domine queſumꝰ mẽtes noſtras benignus/et renoua celeſtibus ſacramẽtis: vt cõſequẽter ⁊ corporum preſens pariter et futurum capiamus auxiliũ. Per. Fer. iiij. Epła. Si enim vnius. Et Euãgel. Cũ veniſſet ieſus et diſcipuli. Require in. iiij. feria poſt dñicam. xxiij. ❡ Dominica xviij. poſt trinitatem. Officium.

Eccl. 36 L Da pacem domine ſuſtinẽtibꝰ te: vt prophete tui fideles inueniantur/ exaudi preces ſerui tui/et plebis tue iſrael. ps. psal. 121. Letatus ſum in his que dicta ſũt michi: in domũ domini ibimus. Oratio.

Da q̃s dñe ꝑplo tuo diabolica vitare cõtagia: ⁊ te ſolũ deũ pura mẽte ſectari. Per dñm. Ad Corinthios.

1. co. 1. A Fratres. Gr̃as ago deo meo ſẽp p̄ vobis in gr̃a dei q̄ data eſt vobis in chriſto ieſu. Quia in oĩbꝰ diuites facti eſtis in illo: in oĩ verbo et in oĩ ſciẽtia: ſicut teſtimoniũ chriſti cõfirmatũ eſt in vobis: ita vt nichil vobis deſit in vlla gratia: expectantibꝰ reuelationẽ dñi noſtri ieſu chriſti. Qui et cõfirmabit vos vſq; in finem ſine crimine in die aduentus dñi noſtri ieſu chriſti. Grad. psal. 121. ⁊ oĩs textus Letatus ſum in his que dicta ſunt michi in domũ domini ibimus. ℣. Fiat pax in virtute tua: et abundantia in turribus tuis. Alleluya. ℣. Letatꝰ ſum in his que dicta ſunt michi: ĩ domũ domini ibimus. ℣. Stantes erant pedes noſtri: in atrijs tuis hieruſalem. Iſti duo ℣. dicuntur per ebdomadã alternis vicibꝰ: ita tamen ꝙ ℣. Stantes. primo dicit̃ quãdo de feria agitur. Et ſi nulla feria ꝑ hanc ebdo. ad hoc vacauerit: tunc vltimus ℣. eo anno omnino pretermittat̃.

❡ Euangelium Secũdum Matheũ.



cap. 22 D In illo tpe Acceſſerũt ad ieſum pharisei ⁊ interrogauit eũ vnꝰ ex eis legiſdoctor tentãs eũ. Magiſter qd eſt mãdatũ magnũ in lege? Ait illi ieſus. Diliges dñm deũ tuũ ex toto corde tuo: et in tota aĩa tua: et in tota mente tua. Hoc eſt maximũ/et primũ mandatũ. Secundum autẽ/ſimile eſt huic. Diliges proximũ tuum ſicut teipſum. In his duobꝰ mãdatis vniuerſa lex pendet et ꝓphete. Congregatis

autem phariſeis: interrogauit eos ieſus
dicens. Quid vobis videt̄ de xp̄o/
cuius fili⁹ eſt? Dicunt ei. Dauid. Ait
illis. Quomodo ergo dauid in ſpiritu
vocat eum dominum dicens. Dixit
dominus domino meo: ſede a dextris
meis: donec ponam inimicos tuos ſcabellum
pedum tuoruꝫ? Si ergo dauid
vocat eum dominum: quomodo filius
eius eſt? Et nemo poterat reſpondere
ei verbum: neqꝫ auſus fuit quiſq̄
ex illo die: eum amplius interrogare.
Exo. Offr̄. Sanctificauit Moyſes altare domino
14. b / offerens ſuper illud holocauſta: et
immolans victimam fecit ſacrificium veſpertinum:
in odorem ſuauitatis dn̄o deo
in conſpectu filiorum iſrael. Secreta.

Maieſtatem tuam dn̄e ſuppliciter
deprecamur: vt hec ſancta que
gerimus: et a preteritis delictis nos
eruant et futuris. Per. Cōmunio.
psal. Tollite oſtias ⁊ introite in atria eius: adorate
95. dn̄m in aula ſancta eius. Poſtcōio.

Sanctificationibus tuis queſum⁹
op̄s deus: ⁊ vicia noſtra curent̄/
et remedia nobis eterna proueniant.
Per. ¶ Feria quarta ad Romanos.

cap. FRatres. Obſecro vos per dn̄m
15 F noſtrum ieſum xp̄m: ⁊ p̱ charitatem
ſancti ſpirit⁹: vt adiuuetis me in
orationibus veſtris pro me ad deū: vt
liberer ab infidelib⁹ qui ſūt in iudea:
et obſequij mei oblatio fiat accepta in
hieroſolyma ſanctis: vt veniā ad vos
in gaudio p̱ voluntatē dei/ vt refrigerer
vobiſcum. Deus autē pacis: ſit cū
oībus vobis amen. Scd̄m matheum.

cap. IN illo tp̄e. Dixit ieſus diſcipulis
13 D ſuis parabolam hanc. Simile factum
eſt regnū celorū grano ſinapis:
qđ accipiens homo ſeminauit in agro
ſuo quod minimum eſt omnibus ſeminibus.
Cum autem creuerit: maius
eſt omnibus olerib⁹. Et fit arbor: ita
vt volucres celi veniant / et habitent
in ramis eius. Aliam parabolam locutus
eſt eis. Simile eſt regnum celorum
fermento: quod acceptum mulier
abſcondit in farine ſatis tribus:
donec fermentatum eſt totum. Hec
omnia locutus eſt ieſus in parabolis
ad turbas: ⁊ ſine parabolis non loquebatur
eis: vt adimpleret̄ quod dictū eſt
per prophetā dicentē. Aperiam in parabolis
os meum: eructabo abſconſa
a conſtitutione mundi. ¶ Dominica
decimanona poſt trinitatem. Officiū.

SAlus populi Eccl.
ego ſum dicit dominus:
de quacūqꝫ tribulatione
clamauerint
ad me exaudiaꝫ
eos et ero illorum dominus
psal. in perpetuum. Ps. Attendite popule
77. meus legem meam: inclinate aurem
veſtram in verba oris mei. Oratio.

DIrigat corda noſtra queſumus
domine tue miſerationis operatio:
quia tibi ſine te placere non poſſumus.
Per dominum noſtrum ieſum
chriſtum filium. Ad Epheſios.

FR̄es. Renouamini ſpiritu mentis
veſtre: ⁊ induite nouū hominem cap.
qui ſecundum deum creatus eſt/ 4. E
in iuſtitia ⁊ ſanctitate veritatis. Propter
qđ deponentes mendacium: loquimini
veritatem vnuſquiſqꝫ cum proximo
ſuo: quoniam ſumus inuicē mēbra.
Iraſcimini: ⁊ nolite peccare. Sol F
non occidat ſuper iracundiam veſtrā.
Nolite locum dare diabolo. Qui furabatur:
iam non furetur. Magis autem
laboret operando manibus ſuis:
quod bonum eſt: vt habeat vnde tribuat
neceſſitatem patienti. Grad.
Dirigatur oratio mea ſicut incenſum in
cōſpectu tuo domine. ℣. Eleuatio manuū psal.
mearum ſacrificium veſpertinum. Alla. 140
℣. Qui confidūt in dn̄o ſicut mons ſyon: Ibidē
nō commouebitur in eternū qui habitat in psal.
hieruſalem. ¶ Secundum Matheum. 124.



cap. 9.A IN illo tempore. Aſcendēs ieſus in nauiculam: trāſfretauit ⁊ venit in ciuitatē ſuam Et ecce offerebāt ei paraliticuz iacentem in lecto. Videns autem ieſus fidem illorum: dixit paralitico. Confide fili: remittuntur tibi peccata tua. Et ecce quidā de ſcribis: dixerunt intra ſe. Hic blaſphemat. Et cum vidiſſet ieſus cogitationes eorum: dixit. Ut quid cogitatis mala in cordibus veſtris? Quid eſt facilius dicere: remittuntur tibi peccata tua: an dicere ſurge et ambula? Ut autem ſciatis quia filius hominis habet poteſtatem in terra dimittēdi peccata: tūc ait paralitico. Surge tolle lectuz tuū: ⁊ vade in domū tuaz. Et ſurrexit: ⁊ abiit in domū ſuā. Videntes autē turbe/timuerunt. Et glorificauerunt deū qui dedit poteſtatem talez hoībus. Offer.

ps. 157. Si ambulauero in medio tribulatiōis viuificabis me dñe: ⁊ ſuper irā inimicorū meorū extēdes manū tuā: ⁊ ſaluum me facit dextera tua. Secreta.

DEus qui nos per hui⁹ ſacrificij veneranda cōmercia vnius ſummeqz diuinitatis participes efficis: preſta q̄s vt ſicut tuam cognoſcimus veritatem: ſic eam dignis mentibus et moribus aſſequamur. Per. Cōio.

psal. 118. Tu mandaſti mandata tua cuſtodiri nimis: vtinam dirigantur vie mee/ad cuſtodiendas iuſtificationes tuas. Poſtcōio.

GRatias tibi referimus dñe ſacro munere vegetati/tuā miaz deprecātes: vt dignos nos eiꝰ participatiōe pficias. P. ¶Feria. iiij. Ad Theſſalonicē.

FRatres. State/⁊ tenete traditiones quas didiciſtis: ſiue p ſermonem: ſiue p epl'az noſtrā. 2.Th. 2.D Ipſe aūt dñs noſter ieſus xp̄s/⁊ de⁹: ⁊ pater noſter qui dilexit nos: ⁊ dedit conſolationem eternā/⁊ ſpem bonā in gratia cōſolet corda veſtra/⁊ cōfirmet in omni opere ⁊ ſermone bono. De cetero frēs orate pro nobis: vt ſermo dñi currat ⁊ clarificet vbiqz/ſicut ⁊ apud vos: 2.Th. 3.A ⁊ vt liberemur ab importunis ⁊ malis hoīb⁹. Nō enim oīm eſt fides. Fidelis autem deus eſt: qui cōfirmabit vos: ⁊ cuſtodiet a malo. Confidimus autē de vobis in dño: quoniā que precipim⁹ ⁊ facitis/⁊ facietis. Dñs aūt dirigat corda et corpa veſtra: in charitate dei: ⁊ patiētia chriſti. ¶Secundum Matheum.



IN illo tpe. cap. 13.E Acceſſerūt ad ieſū diſcipuli ei⁹ dicentes. Ediſſere nobis parabolaz zizaniorū agri. Qui reſpondens/ait Qui ſeminat bonum ſemē: eſt filius hoīs. Ager autez eſt mundus. Bonū vero ſemē: hi ſunt filij regni: zizania aūt filij ſunt neq̄. Inimicus autem qui ſeminauit ea: eſt diabolus. Meſſis vero: cōſummatio ſeculi eſt. Meſſores autem: angeli dei ſunt. Sicut ergo colligunt̄ zizania/et F igni comburuntur: ſic erit in conſummatione ſeculi. Mittet filius hominis angelos ſuos: et colligent de regno eius omnia ſcandala: ⁊ eos qui faciunt iniquitatem. Et mittent eos in caminum ignis: ibi erit fletus/ꝛ ſtridor dentiũ. Tunc iuſti fulgebunt ſicut ſol: in regno patris eorũ. Qui habet aures audiendi audiat. ¶ Dñica vigeſima poſt trinitatem. Officium.

Daniel. 3.C

Omnia que feciſti nobis domĩe/in vero iudicio feciſti: quia peccauimus tibi: et mandatis tuis nō obediuimus: ſed da gloriam nomini tuo: et fac nobiſcum ſecundum multitudinem miſericordie tue. p̃s. Magnus dominus et laudabilis nimis in ciuitate dei noſtri in monte ſancto eius. ps. 47. Oratio.

Omnipotens ꝛ miſericors deus: vniuerſa nobis aduerſantia propiciatꝰ exclude: vt mẽte ꝛ corpe pariter expediti: que tua ſunt liberis mẽtibus exequamur. P dñz. ¶ Ad Epheſios.

cap. 5.D

FRẽs. Videte itaqꝫ quō caute ambuletis: nō quaſi inſipiẽtes/ſed quaſi ſapiẽtes. Redimẽtes tẽpus: qm̃ dies mali ſunt. Propterea nolite fieri imprudẽtes: ſed intelligẽtes q̃ ſit voluntas dei. Et nolite inebriari vino ĩ quo eſt luxuria: ſed implemini ſpũſancto/loquẽtes vobiſmetipſis ĩ pſalmis/hymnis/ꝛ canticis ſpũalibꝰ: cãtantes et pſallentes in cordibus veſtris dño. Gratias agentes ſemper pro omnibꝰ in nomine dñi noſtri ieſu chriſti: deo ꝛ patri. Subiecti inuicẽ: in timore xp̃i.

psal. 144 Grad. Oculi omnium in te ſperant domine: et tu das illis eſcam ĩ tempore oportuno. ℣. Aperis tu manũ tuã: ꝛ imples omne animal benedictione. Ibidē psal. 129. Alla. ℣. De profundis clamaui ad te dñe: domine exaudi vocem meam. ¶ Secundum Matheum.

cap. 22.A.

In illo tẽpore. Loquebatur ieſus cum diſcipulis ſuis in parabolis dicens. Simile factum eſt regnum celorum homini regi/qui fecit nuptias filio ſuo. Et miſit ſeruos ſuos vocare inuitatos ad nuptias/ꝛ nolebãt venire. Iterum miſit alios ſeruos dicens. Dicite inuitatis. Ecce prandiuz meũ paraui: tauri mei ꝛ altilia occiſa ſunt et omnia parata/venite ad nuptias. Illi autem neglexerunt. Et abierunt alius in villã ſuam: alius vero ad negociationem ſuam. Reliqui vero tenuerunt ſeruos eius: et contumelijs affectos occiderunt. Rex autem cũ audiſſet iratus eſt: ꝛ miſſis exercitibus ſuis/perdidit homicidas illos: ꝛ ciuitatem illorum ſuccendit. Tunc ait ſeruis ſuis. Nuptie quidem parate ſunt: ſed qui inuitati erãt nō fuerũt digni. Ite ergo ad exitꝰ viarũ: ꝛ quoſcũqꝫ inueneritis: vocate ad nuptias Et egreſſi ſerui eius in vias: congregauerunt omnes quos inuenerunt bonos ꝛ malos ꝛ implete ſunt nuptie diſcumbentium. Intrauit autẽ rex vt videret diſcumbẽtes: ꝛ vidit ibi hominẽ non veſtitum veſte nuptiali: ꝛ ait illi. Amice quomodo huc intraſti: non habens veſtem nuptialem? At ille obmutuit. Tunc dixit rex miniſtris. Ligatis manibus ꝛ pedibus eius: mittite eum in tenebras exteriores. Ibi erit fletus et ſtridor dentiũ. Multi enĩ ſunt vocati: pauci vero electi. Offer. Super flumina babylonis illic ſedimus ꝛ fleuimus dum recordaremur tui ſyon. psal. 136. Secreta.

Hec munera q̃s domine que oculis tue maieſtatis offerimus ſalutaria nobis eſſe concede. Per dominuz. Cõio. Memento verbi tui ſeruo tuo domine: in quo michi ſpem dediſti: hec me cõſolata eſt in humilitate mea. psal. 118. Poſtcõio.

Tua nos domine medicinalis operatio/et a noſtris peruerſitatibus clementer expediat: et tuis ſemper faciat inherere mandatis. Per.

¶ Feria quarta ad timotheum.

Chariſſime. Confortare in gratia que data eſt tibi in chriſto ieſu: ꝛ que audiſti a me ꝑ multos teſtes. Hec 2. ca. 2. A

cõmēda fidelib⁹ hominib⁹: qui idonei erunt et alios docere. Laboꝛa ſicut bonus miles chriſti ieſu. Nemo militãs deo/implicat ſe negocijs ſecularibus: vt ei placeat/cui ſe pꝛobauit. Nã ⁊ qui certat i agone nõ coꝛonabitur: niſi qui legitime certauerit. Laboꝛantē agricolam: opoꝛtet pꝛimũ de fructibus percipere.
B Intellige que dico: dabit enim tibi domin⁹: in omnibus intellectum.

¶ Euangelium Secundum Lucam

cap. 14. C
IN illo tpe Dicebat ieſus cuidam pꝛincipi phariſeoꝛum. Cũ facis pꝛandiũ/ aut cenã noli vocare amicos tuos neqꝫ fratres tuos: neqꝫ cognatos: neqꝫ vicinos: neqꝫ diuites: ne foꝛte et ipſi te reinuitent: ⁊ fiat tibi retributio. Sed cũ facis cõuiuiũ: voca pauperes: debiles: claudos: et cecos: et beatus eris: quia nõ habent retribuere tibi. Retribuetur enĩ tibi in reſurrectiõe iuſtoꝛũ. Hec cũ audiſſet quidã de ſimul diſcũbentib⁹: dixit illi. Beatus qui mãducabit panē/in regno dei.

¶ Dñica.xxi.poſt trinitatē. Officiũ.

Heſter. 13. D
IN voluntate tua domine vniuerſa ſunt poſita: ⁊ non eſt qui poſſit reſiſtere voluntati tue: tu enim feciſti oĩa: celũ et terrã: ⁊ vniuerſa q̃ celi ãbitu cõtinentur: dñs vniuerſoꝝ tu es.
pſal. 118. ꝓ. Beati imaculati in via: q̃ ambulant in lege dñi. Oro.

DArgire queſumus dñe fidelibus tuis/indulgentiam placatus et pacem: vt pariter ab omnibus mundentur offenſis/⁊ ſecura tibi mēte deſeruiant. Per dominũ. Ad Epheſios.

cap. 6.
FRatres. Confoꝛtamini in dño: ⁊ in potentia virtutis ei⁹. Induite vos armaturã dei vt poſſitis ſtare aduerſus inſidias diaboli. Quoniã nõ eſt nobis colluctatio aduerſus carnem et ſanguinē: ſed aduerſus pꝛincipes et poteſtates/aduerſus mũdi rectoꝛes tenebꝛarũ harum/cõtra ſpiritualia nequicie in celeſtib⁹. Pꝛopterea accipite
C armaturã dei: vt poſſitis reſiſtere in die malo: et in omnibus perfecti ſtare. State ergo ſuccincti lumbos veſtros in veritate/et induti loꝛicã iuſtitie/et calciati pedes in pꝛeparationem euangelii pacis. In oib⁹ ſumentes ſcutum fidei in quo poſſitis oĩa tela nequiſſimi ignea extinguere. Et galeam ſalutis aſſumite: et gladiũ ſpiritus: qđ eſt verbum dei. Grad. Domine refugium
ps. 90 factus es nobis: a generatione et pꝛogenie. ℣. Pꝛiuſq̃ montes fierent aut foꝛmaretur
Ibi terra et oꝛbis: a ſeculo et in ſeculũ tu es de⁹. Alla. ℣. Lauda anima mea dominum:
pſal. 145 laudabo dominum in vita mea: pſallã deo meo q̃diu ero. Secundum Johannem.

cap. 4. G
IN illo tpe Erat q̃dã regul⁹ cuius filius infirmabatur capharnaũ. Hic cũ audiſſet q̃a ieſus adueniret a iudea i galileã: abijt ad eum et rogabat eũ vt deſcēderet/et ſanaret filiũ ei⁹. Incipiebat enĩ moꝛi.

Dixit ergo ieſ⁹ ad eū. Niſi ſigna & ꝓdigia videritꝭ nō credetꝭ. Dixit ad eū regul⁹. Dñe/deſcēde p̄uſq̄ moꝛiat filius meus. Dixit ei ieſus. Uade: filius tuus viuit. Credidit homo ſermoni quem dixerat ei ieſus: et ibat. Jam autē eo deſcēdente: ſerui occurrerunt ei: et nunciauerunt dicentes quia filius eius viueret. Interrogabat ergo hoꝛam ab eis in qua meli⁹ habuerat. Et dixerūt ei: quia heri hoꝛa ſeptima reliquit eum febꝛis. Cognouit ergo pater qꝛ illa hoꝛa erat in qua dixit ei ieſus: filius tuus viuit: et credidit ipſe: et domus eius tota. Offer. Uir erat in terra nomine iob: ſimplex ⁊ rectus ac timens deum/quem ſathan petiit vt tentaret: et data eſt ei poteſtas a dño in facultate ⁊ in carne ei⁹: perdidit omnē ſubſtantiā ipſi⁹ ⁊ filios: carnē quoqꝫ ei⁹ graui vlcere vulnerauit. Secr. Job. 1. A

Celeſtē nobis p̄beāt hec myſteria q̄s dñe medicinam: & vicia coꝛdis noſtri expurgēt. P. Cōio. In ſalutari tuo anima mea/⁊ in verbum tuum ſperaui: quando facies de perſequētibus me iudiciū: iniqui ꝑſecuti ſunt me/ adiuua me domine deus me⁹. Poſtcōio.

Ut ſacris dñe reddamur digni muneribus: fac nos queſum⁹ tuis ſemper obedire mandatis. Per dñm. ¶ Fer. iiij. Ad theſſalonicēſes.

1. ca. 1. B Fratres. Scientes dilecti a deo dilectionem veſtrā: quia euangelium noſtrum non fuit apud vos in ſermone tantū: ſed in virtute et in ſpū ſctō: et in plenitudine multa/ſicut ſcitis quales fuerimus i vobis propter vos. C Et vos imitatoꝛes mei facti eſtis et domini: excipientes verbū in tribulatione multa cū gaudio ſpūs ſancti. Ita vt facti ſitis foꝛma omnibus credentibus: in macedonia & in achaia. A vobis eni diffamatus eſt ſermo dñi/non ſolum in macedonia et in achaia: ſed et in omni loco fides veſtra que eſt ad deum perfecta eſt: ita vt non ſit nobis neceſſe quicq̄ loqui. D Ipſi eni de nobis annūciāt qualē introitū habuerim⁹ ad vos: et quomodo cōuerſi eſtis ad dñm a ſimulachꝛis/ſeruire deo viuo et vero: et expectare filiū ei⁹ de celis. Quē ſuſcitauit ex moꝛtuis: ieſū xp̄m dñm noſtrum. ¶ Secundū Lucam.



Cap. 6. A. In illo tpe. Factū eſt vt intraret ieſus i ſynagogā: et doceret & erat ibi homo et man⁹ eius dextera erat arida. Obſeruabant autē ſcribe & phariſei/ſi in ſabbato curaret: vt inuenirēt vnde accuſarent illū. B Ipſe vero ſciebat cogitationes coꝛū: et ait homini q̄ habebat manū aridā. Surge/et ſta in medio. Et ſurgēs ſtetit. Ait aūt ad illos ieſ⁹ Interrogo vos ſi licet ſabbatis benefacere an male: aīam ſaluā facere/an ꝑdere. Et circūſpectis oībus dixit homini: extēde manū tuā. Et extēdit. Et reſtituta eſt man⁹ ei⁹. Ipſi aūt repleti ſunt iſipiētia: & colloq̄bātur ad inuicē: q̄dnā facerēt de ieſu. ¶ Dñica xxij. poſt trinitatē. Ad miſſā. Officiū.

psal. 129. Si iniq̄tates obſeruaueris dñe: dñe quis ſuſtinebit: qꝛ apd te ꝓpiciatio eſt de⁹ iſrl. Ps. De ꝓfundis clamaui ad te domine: dñe exaudi vocē meam. Oratio. Ibidē

Familiam tuā queſum⁹ domine ꝯtinua pietate cuſtodi: vt a cunctis adverſitatibus te protegēte ſit libera: ⁊ in bonis actibꝰ tuo nomini ſit devota. Per. Ad Philippenſes.

Cap. 1. A. Fratres. Cōfidimꝰ ī dn̄o ieſu: q̄ qui cepit ī vobis opꝰ bonū/ ꝑficiet vſq̄ ī die xp̄i ieſu. Sicut enī eſt michi iuſtū hoc ſentire ꝓ oībꝰ vobis: eo q̄ habeā vos ī corde ⁊ in vinculis meis ⁊ ī defenſiōe ⁊ cōfirmatiōe euāgelii: ſocios gaudii mei oēs vos eſſe. B Teſtis enī michi eſt deꝰ: quomodo cupiam vos oēs eſſe in viſceribus ieſu chriſti. Et hoc oro vt charitas veſtra magis ac magis abūdet ī omni ſciētia/ ⁊ in oī ſenſu. Ut ꝓbetis potiora: vt ſitis ſinceres et ſine offenſa in diē chriſti. Repleti fructu iuſticie. Per ieſum xp̄m: in gloriā et laudē dei. Gr.

psal. 132. Ecce q̄ bonū ⁊ q̄ iocundum habitare fratres in vnum. V. Sicut vnguentū in capite qd̄ deſcendit in barbā barbā aaron. et oia ĩfra. Alius. V. Mādauit dn̄s bn̄dictionē: ⁊ vitā vſq̄ in ſeculū. Iſti duo V. dn̄r alternis vicibꝰ ꝑ ebdo. quotiens de feria agitur: ⁊ ſi nulla feria ꝑ hāc ebdo. ad hoc vacauerit: tūc ſecundus V. oino ꝑtermittat. Alia. V. Qui ſanat contritos corde ⁊ alligat contritiones eorum. psal. 146

¶ Euāgeliū Secūdū Matheum.



Cap. 18. f. In illo tempore Dixit ieſus diſcipulis ſuis parabolā hāc Simile ē regnū celorū homini regi qui voluit rationē ponere cum ſeruis ſuis. Et cū cepiſſet rationem ponere: oblatus eſt ei vnus qui debebat ei decem milia talenta. Cum autem non haberet vnde redderet/ iuſſit eū dn̄s eius venūdari: et vxorem eius/ et filios/ et omnia que habebat et reddi. Procidens autem ſeruꝰ ille: rogabat eū dicēs. Patiētiā habe in me: ⁊ oia reddā tibi. Miſertus aūt dn̄s ſerui illius/ dimiſit eum et debitū dimiſit ei. D Egreſſus aūt ſeruus ille: inuenit vnū de cōſeruis ſuis qui debebat ei centū denarios: et tenens ſuffocabat eū dicens. Redde qd̄ debes. Et ꝓcidens cōſeruus eius: rogabat eū dicens. Patientiā habe in me: et oia reddā tibi. Ille aūt noluit ſed abiit/ et miſit eū in carcerē: donec redderet debitū. Videntes autē conſerui eius que fiebant cōtriſtati ſunt valde: et venerūt/ et narrauerūt dn̄o ſuo oia que facta fuerant. Tūc vocauit illum dn̄s ſuus: et ait illi. Serue neq̄/ omne debitū dimiſi tibi qm̄ rogaſti me. Nonne ergo oportuit et te miſereri conſerui tui: ſicut et ego tui miſertus ſum? Et iratꝰ dn̄s eiꝰ/ tradidit eū tortoribꝰ quoaduſq̄ redderet vniuerſum debitum. Sic ⁊ pater meꝰ celeſtis faciet vobis: ſi nō remiſeritis vnuſq̄ſq̄ fratri ſuo/ de cordibus veſtris. Offr̄. Recordare mei domine omnipotētatui dominans da ſermonē rectū ⁊ beneſonantē in os meū: vt placeāt verba mea ī cōſpectu principū. Secreta.

Suſcipe dn̄e propicius hoſtias: quibꝰ ⁊ te placari voluiſti: ⁊ nobis ſalutē potēti pietate reſtitui. P. Cōio. Dico vobis gaudiū eſt angelis dei ſuꝑ vno pctōre penitētiā agēte. Poſtcō.

Immortalitatis alimoniā cōſecuti q̄s dn̄e: vt quod ore percepimus/ pura mente ſectemur. Per dominū. ¶ Feria. iiii. Ad Romanos.

Fratres. Scimus qm̄ quecunq̄ lex loquitur hiſqui in lege ſunt loquitur: vt omne os obſtruatur/ et ſubditus fiat oīs mundus deo: q̄ ex Cap. 3. C operibus legis nō iuſtificabitur oīs caro corā illo. Per legē enim cognitio peccati. Nūc aūt ſine lege iuſticia dei manifeſtata eſt: teſtificata a lege et prophetis. Iuſticia aūt dei per fidē ieſu chriſti: in omnes/ & ſuper omnes qui credunt in eum. Non enim eſt diſtinctio. D Omnes enim peccauerunt: et egent gloria dei iuſtificati gratis per gratiā ipſius: per redemptionem que eſt in chriſto ieſu: quem propoſuit deus propiciatorem: per fidem in ſanguine ipſius/ ad oſtenſionem iuſticie ſue: propter remiſſionem precedentium delictorum/ in ſuſtentatione dei: ad oſtenſionem iuſticie ei⁹ in hoc tempore. Ut ſit ipſe iuſtus et iuſtificans eum qui ex fide eſt ieſu chriſti.

Secundum Marcum. Cap. 10. c

In illo tēpore. Dixit ieſus diſcipulis ſuis. Amē dico vobiſ qꝛ ſi qs dixerit huic mōti tollere & mittere i mare et non heſitauerit in corde ſuo: ſed crediderit quia quodcūqꝫ dixerit/ fiat: fiet ei. Propterea dico D vobis. Omnia quecūqꝫ orantes/ petitis: credite qꝛ accipietis: & euenient vobis. Et cum ſtabitis ad orandum: dimittite ſi quid habetꝫ aduerſus aliquem: vt et pater veſter qui in celis eſt dimittat vobis peccata veſtra. Quod ſi vos nō dimiſeritis: nec pater veſter qui in celis eſt dimittet vobis pctā veſtra. ¶ Dominica. xxiiij. poſt trinitatē. Ad miſſam. Officium.

Dicit dn̄s ego cogito cogitatiōes pacis et nō afflictiōis: inuocabitis me & ego exaudiā vos & reducā captiuitatē veſtrā de cunctis locis. hier. 20. c. Ps. Benedixiſti dn̄e terram tuā: auertiſti captiuitatē iacob. Glia pri. psal. 84. Oratio.

Deus refugiū noſtrū & virtus: adeſto pijs eccl'ie tue p̄cib⁹ auctor ipſe pietatis/ & preſta: vt qđ fideliter petim⁹ efficaciter cōſequamur. Per dn̄m noſtrū. Ad Philippenſes. Cap. 3. D

Fratres. Imitatores mei eſtote: & obſeruate eos q̄ ita ambulant: ſicut habetis formam noſtrā. Multi eni ambulāt quos ſepe dicebam vobis: nunc autem & flens dico inimicos crucis chriſti. Quorū finis interit⁹: quorū de⁹ vēter eſt: & glia in cōfuſione eorꝫ q̄ terrena ſapiūt. Noſtra aūt cōuerſatio: i celis eſt. Unde etiā ſaluatorē expectamus dn̄m nr̄m ieſū xp̄m/ q̄ reformabit corp⁹ humilitatis nr̄e cōfiguratū corpori claritatis ſue ſcđꝫ opationē qua poſſit etiā ſubijcē ſibi oia. In xp̄o ieſu dn̄o nr̄o.

Quarta eſt vt ſi plures hoſtias habet conſecrare: debet harum vnã eleuare quam ſibi deputauerat a pꝛincipio ad miſſam: et teneat illam penes alias: ita ꝙ viſum ⁊ intentionem ad omnes ſimul dirigat. Et ſignando ⁊ dicendo. Hoc eſt enim coꝛpus meum omnes cogitet quas demonſtrat.

Conſuluimus quoq; vt canonē preſbẏter memoriter ſciat: qꝛ deuotius dicitur: ſemper tamē liber habeatur vt ad ipſum memoriter recurratur.

Quinta eſt: vt dum ſumat nūq̄ vno hauſtu calicē ſumat: ne ꝓpter impetū tuſſis inopinate occurrat: ſed bis vel ter caute ſumat vt impedimentū nō habeat. Si vo plures hoſtias debet ſumere: vt quādo hoſtia eſt renouāda. primo ſumat eā quā cōfecit ⁊ ſanguinē. Poſt hec alias q̄ ſupſunt: ſuā pri⁹ ſumat q̄ alias: qꝛ de ſuis credit ⁊ ſcit: de alijs credit et neſcit. Demum deſuper ablutiones: ⁊ non prius.

Sexta eſt vt paucorū nominibus ſe aſtringat i canone: nec perpetuo: ſed q̄diu velit/ faciat: quādo velit omittat: qꝛ canō de multitudine nominū prolixatur: ⁊ per hoc cogitatio diſtrahitur. Dignū tamen eſt vt pater: mater: frater: ſoror ibi nominent. Et ſi qui pro tempore commendantur et ſpecialiter pro quibus miſſa celebratur. Non tamen ibi fiat vocalis expreſſio ſed mentalis.

Septima eſt: vt ante miſſam nō os vel dentes lauet: ſed tantum labia exteri⁹ ore clauſo ſi indiget: ne forte aque guſtum cum ſaliua immittat. Poſt miſſam etiam caueat excreationes quātum poteſt: donec comederit ⁊ biberit: ne forte aliquid inter dentes remanſerit: aut in faucibus quod excreando ejiceretur. Quāuis autem miſſa deuotiſſime ſit celebrāda contemplationis cauſa: eſt tamē modus habendus ne protractione nimia vel acceleratione fiat homo notabilis. Nam acceleratio ſignum eſt incurie. Protractio eſt occaſio detractiōis. Sed medio tutiſſim⁹ ibit. Eo autem affectu eſt quelibet miſſa habenda ⁊ dicenda a quocūq; ſacerdote quaſi prima dicatur: et nunq̄ amplius ſit dicēda: tam magnū eſt donum/ ſemper debet eſſe nouum.

Habeat itaq; ſacerdos diligentiam ad cōficiēdum. Reuerētiā ad tangēdum. Et deuotionē ad ſumendum. Sic ſentiēdo ⁊ agēdo digne tractabit ſacramētū: rite peraget officium atq; pericula ⁊ ſcandala euitabūtur.

Item in collectis dicendis ſemper impar numerus obſeruetur. Unam ꝓpter vnitatē deitatis. Tres ꝓpter trinitatē perſonarū. Quinq; ꝓpter quinq; partitam paſſionem chriſti. Septem: propter ſeptiformē gratiā ſpiritus ſancti. Septenarium numerum excedere non licet.

Item quādocunq; oratio dirigitur ſolum ad patrē: in fine dicatur. Per dominum noſtrum ieſum chriſtum filium tuū. Si vero dirigitur ad patrem ⁊ mentio ſit filij in ipſa: in fine dicatur. Per eūdem dominū noſtrū ieſum chriſtum. Si autem oratio dirigitur ſolum ad filium: in fine dicatur. Qui cū deo patre ⁊ ſpiritu ſācto. Et ſi mētio ſpiritusſancti in quacūq; oratione fiat: in fine dicatur Eiuſdē ſpiritus ſancti deus. Per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

¶ Incipiunt cautele ſeruande quid agendum ſit circa defectus vel caſus qui oriri poſſunt in miſſa: et preſertim circa conſecrationē euchariſtie. Primo quid ſit agendum cum ſacerdos deficit.

Si ſacerdos deficiat/ ſiue moriatur ante canonē: non eſt neceſſe vt alius miſſam compleat. Si tamē ali⁹ vult celebrare debet ab initio miſſam reincipere: ⁊ totum rite peragere.

Si autē i canone deficiat: factis iam aliquib⁹ ſignis: tamen ante trāſſubſtantiationē et conſecrationē ſacramenti/ tūc ali⁹ ſacerdos ab illo loco vbi ille dimiſit debet reincipere: ⁊ tātum illud ſupplere qđ omiſſum eſt.

Si autē ſacerdos in actu conſecrationis deficiat v̄bis aliqb⁹ iā i parte ꝯplatis: ſed in toto non ꝯpletis ſcd̄m Innocentiū/ ali⁹ ſacerdos debet incipere ab illo loco. Qui pꝛidie.

Si tamen ſacerdos deficiat cōſecrato coꝛpoꝛe/ ſed nō ſanguie: ali⁹ ſacerdos cōpleat cōſecrationē ſanguinis: incipiēs ab illo loco. Simili modo.

Si cōſecrato coꝛpoꝛe percipiat vinū nō eſſe i calice: dʒ hoſtia mūde reponi in coꝛpoꝛali: ⁊ calice rite p̄parato/ incipiat ab illo loco. Simili modo.

Si ante cōſecrationē ſanguinis ꝑcipiat aquā nō eſſe i calice: debet ſtatim apponere: ⁊ conficere.

Si autem poſt conſecrationē ſanguinis percipiat ꝙ aqua deſit i calice debet nichilominꝰ ꝓcedere nec debet miſcere aquā cū ſanguine: qꝛ ꝑ pte ſequeret̄ coꝛruptio ſacramenti: debet tamen ſacerdos dolere ⁊ puniri.

Si poſt conſecrationē ſanguinis ꝑcipiat ꝙ vinū non fuerit poſitū: ſed aqua tātū i calice: ſiquidē hoc ꝑcipit ante ſumptionē coꝛpoꝛis: debet aquā deponere: ⁊ imponere vinū cū aqua: ⁊ reſumere conſecrationē ſanguinis ab illo loco. Simili modo.

Si percipiat hoc poſt ſumptionem coꝛpis: debet apponere de nouo aliā hoſtiā iterū cū ſanguine cōſecrādū: ſcd̄m doctoꝛes in ſacra pagina: debet autē reſumere v̄ba cōſecrationis ab illo loco. Qui pꝛidie. i fine autē iterū debet ſumere hoſtiā illā vltimo conſecratā/ non obſtāte ſi pꝛius ſumpſit aquā ⁊ etiā illū ſanguinem. Innocentius tamen dicit: ꝙ ſi ex pꝛolōgatione ſacerdos timet ſcādalū: ꝙ ſufficiunt tantum illa verba per que conſecrat̄ ſanguis ſcilicet. Simili modo. et ſic ſumere ſanguinem.

Quid autem faciet cū aquā ſumpto coꝛpoꝛe iam habet in oꝛe: ⁊ iā pꝛimo ſentit ꝙ ſit aqua: vtrū debeat eā deglutire vel emittere. Require i ſumma Hoſtienſis in titulo de celebꝛa. miſſe. tuti⁹ tamen eſt eam deglutire q̄ emittere: ⁊ hoc ideo ne aliqua particula coꝛpoꝛis cum aqua exeat.

Item ſi ſacerdos poſt cōſecrationē recoꝛdetur ſe nō eſſe ieiunū: vel commiſiſſe aliquod peccatū/ vel eſſe excōmunicatū: debet nichilominus ꝓcedere cū ꝓpoſito ſatiſfaciendi/ ⁊ abſolutionem impetrandi.

Si autem ante conſecrationē recoꝛdetur pꝛedictoꝛum: tuti⁹ eſt miſſam inceptam deſerere: ⁊ abſolutionem petere: niſi inde graue ſcādalū oꝛiat̄.

Item ſi muſca vel aranea vel aliqd taliū ante conſecrationem in calicē ceciderit: vel etiā venenū immiſſum foꝛe depꝛehenderit: vinū debet effundi quod eſt in calice/ ⁊ abluto calice aliud vinū cum aqua poni ad conſecrādum. Sed ſi aliquod hoꝛum poſt conſecrationem acciderit: debet muſca vel aranea vel aliquid taliū caute capi/ ⁊ diligēter inter digitos pluries lauari: ⁊ vermis comburi: ⁊ ablutio cum cinerib⁹ combuſtis in ſacrario reponi. Venenum autē nullo modo debet ſumi: ſed cum reliquijs debet ſanguis talis cui venenum eſt immiſſum in vaſculo mundo reſeruari. Et ne ſacramentum maneat imperfectum debet calicem denuo rite pꝛeparare: ⁊ reſumere conſecrationem ſanguinis/ ab illo loco. Simili modo. Et nota ꝙ ſecundum doctores nichil abominabile ſumi debet occaſione huius ſacramenti.

Item ſi ſacerdos non recolit ſe dixiſſe aliquod hoꝛum que debuit dicere: non debet mente turbari: nō eñ qui multa dicit ſemper recolit que dixit. Etiam ſi ſibi pꝛo certo conſtat ꝙ aliqua omiſerit: ſi talia non ſunt de neceſſitate ſacramenti ſicut ſunt ſecrete vel aliqua verba canonis: vltra pꝛocedat: nec aliquid reſumat. Si ta men probabiliter ſibi conſtat᷑ ꝙ omiſit aliquid/quod ſit de neceſſitate ſacramenti ſicut forma verborum per quã conſecratur omnia verba conſecrationis ſuper ſuam materiam reſumere debet:quia conſecratio facta non eſſet: quod tamen non oportet ſi pretermiſſa eſſet. Cõiunctio enim vel alia verba que precedunt vel ſequuntur formam non ſunt de ipſius ſubſtantia.

Si autem ſacerdos dubitaret an aliquod verbũ pertinẽs ad ſubſtantiã forme omiſiſſet vel non: nullatenus debet ſeruare formã cõditionalẽ:ſed ſine temeraria aſſertione formã totam ſuper ſuã ꝓpriã materiã debet reſumere cũ hac intẽtione/ꝙ ſi cõſecratio eſſet fcã:nullo modo voluiſſet ꝯſecrare: ſꝫ ſi ꝯſecratio nõ eſſet fcã/vellet corpus et ſanguinẽ cõſecrare.

Item ſi quis tempore conſecrationis ab actuali intẽtione ⁊ deuotione diſtractus fuerit/nichilominꝰ conſecrat:dũmodo intentio habitualis in eo remanſerit: ſummo ſacerdote ſcꝫ chriſto ſupplente eius defectum.

Si autem per nimiam diſtractionẽ habitualis intentio cum actuali tolleretur: videtur ꝙ deberet verba cõſecrationis cũ actuali intentione reſumere/ſic tamen ꝙ nollet conſecrare ſi conſecratio facta eſſet.

Itẽ ſi hoſtia ꝯſecrata ꝓpter frigꝰ vel alia de cauſa labitur ſacerdoti in calicẽ/ſiue ante diuiſionem hoſtie ſiue poſt:nõ debet eã de ſanguine extrahere/nec aliquid ꝓpter hoc reiterare vel immutare circa celebrationẽ ſacramenti:ſed procedat in ſignis ⁊ in aliĳs acſi haberet eam in manibus.

Si euchariſtia ad terrã ceciderit locus vbi iacuit radat᷑/⁊ incineretur ꝑ ignẽ: ⁊ cinis iuxta altare recõdatur.

Item ſi per negligentiã aliquid de ſanguine ſtillauerit ſuper tabulam que terre adheret: ſtilla/per ſacerdotem cum lingua lãbatur/⁊ locꝰ tabule radatur:⁊ raſura igni cõburatur: ⁊ cinis iuxta altare cum reliquĳs recondatur:⁊ quadraginta diebus peniteat cui hoc accidit.

Si vero ſuꝑ altare ſtillauerit calix: ſorbeat᷑ ſtilla:⁊ tribꝰ diebꝰ peniteat.

Si vero ſuper lintheum ⁊ ad aliud ſtilla peruenerit:quattuor diebꝰ peniteat. Si vſqꝫ ad tertiũ/nouẽ diebꝰ peniteat. Si vſqꝫ ad quartum ſtilla ſanguinis peruenerit: viginti diebꝰ peniteat/⁊ lintheamina que ſtilla tetigerit tribus vicibus lauet ſacerdos vel diaconus calice ſuppoſito/ ⁊ ablutio cum reliquĳs recondatur.

Itẽ ſi quis aliquo caſu gule/euchariſtiam euomuerit:vomitꝰ ille debet incinerari/⁊ cineres iuxta altare debent recondi. Et ſi fuerit clericꝰ/monachus/preſbyter vel diaconꝰ:quadraginta diebus peniteat/ epiſcopꝰ lxx. laicꝰ.xxx. Si vero ex infirmitate euomuerit: quinqꝫ diebus peniteat.

Qui vero non bene cuſtodit ſacramentũ:ita ꝙ mus vel aliud animal comederit.xl.diebus peniteat.

Qui autẽ perdiderit illud: vel pars eius ceciderit:et non fuerit inuenta xxx.diebus peniteat. Eadẽ penitẽtia videtur dignus ſacerdos per cuius negligentiam putreſcunt hoſtie conſecrate. Dictis autem diebus/ penitẽs debet ieiunare:⁊ a cõmunione et a celebratiõe abſtinere. Penſatiꝫ tamẽ circũſtãtĳs delicti ⁊ ꝑſõe põt minui vel augeri penitẽtia p̄dicta ſcđm arbitriũ diſcreti ꝯfeſſoris. Hoc tamẽ tenẽdũ eſt:ꝙ vbicũqꝫ inueniunt᷑ ſpecies ſacramẽti integre:reuerẽter ſumẽde ſunt:ꝙ ſi ſine periculo fieri nõ põt:ſũt tamẽ ꝓ reliquĳs reſeruãde.

Itẽ ſi hoſtia vł pars hoſtie inuenta fuerit ſub palla vel corporali:⁊ dubitat᷑ ſi eſt ꝯſecrata vel nõ/ debet eam poſt ſumptionem ſanguinis remanſerit ſumere: vt in titulo de celebratione miſſe plenius inuenies.

Item circa materiã ſanguinis vide ne ſit agreſta/ vel vinũ ita debile ꝙ nullo modo habeat ſpeciẽ vini. Ne ſit aqua rubea expreſſa de panno intincto in vino rubeo. Ne ſit acetum vel vinũ omnino corruptũ: ne ſit claretũ vel vinum de moris/ aut malogranatis cõfectum: quia veram ſpeciem vini non retinent.

¶ Conficiens cũ vino quod eſt in via corruptionis vel ad corruptionẽ tendens: grauiſſime peccat (licet conficiat) quia non retinet ſpeciem vini.

Item cauendum eſt ne apponatur niſi modicum de aqua: quia ſi tantũ poneretur ꝙ ſpeciem vini tolleret: non conficeretur.

Item ſi qua hic deſunt: requirãtur in ſumma ⁊ lectura Hoſtien̄. in titulo de celebratione miſſarum.

¶ Oratio deuota dicẽda a ſacerdote ante celebrationem miſſe.

Deus qui de indignis dignos facis ⁊ de peccatoribus iuſtos ⁊ ſanctos: ⁊ de immundis mundos: mũda cor et corpus meũ ab omni contagione ⁊ ſorde peccati/ et fac me dignũ atq; ſtrẽnuũ ſanctis altaribus tuis miniſtrũ: ⁊ concede propicius vt in hoc altari ad quod indignus accedo hoſtias acceptabiles atq; placabiles offerã pietati tue: ꝓ peccatꝫ ⁊ offenſionib⁹ meis ⁊ innumeris quotidianiſq; exceſſib⁹ meis/ atq; cunctoꝝ ſimul chriſtianorum culpis abluẽdis: ⁊ per eũ ſit tibi votũ meũ acceptabile/ qui ſe tibi deo patri pro nobis obtulit ſacrificiũ. Qui tecũ viuit et regnat in vnitate ſpũs ſancti deus. Per oĩa ſecula ſeculoꝝ. Amen.

¶ Oratio dicenda a ſacerdote ante miſſe celebrationem.

Domine non ſum dignus vt intres ſub tectum meũ ſed confiſus de tua pietate ad altare tuum accedo: infirmus ad medicũ vite/ cecus ad lumẽ claritatis eterne/ egen⁹ ad dominũ celi ⁊ terre/ nudus ad regem glorie/ ouis ad paſtorẽ/ figmentũ ad ſuum creatorẽ/ deſolatus ad piũ conſolatorẽ/ miſer ad miſericordem/ criminoſus ad venie largitorẽ/ impius ad iuſtificatorẽ/ induratus ad gratie infuſorem/ rogans immenſe mĩe tue abundantiã: quatenus meam digneris ſanare infirmitatẽ/ lauare feditatẽ/ illuminare cecitatẽ/ ditare paupertatẽ/ veſtire nuditatẽ/ reducere errãtẽ/ conſolari deſolatum/ reconſiliare reũ/ peccatori dare veniã/ miſero indulgentiã/ criminoſo vitã/ mortuo iuſtificationem: vt te panẽ angeloꝝ regẽ regũ ⁊ dñm dominantiũ recipere merear: ea corporis caſtitate ⁊ animi puritate: ea cordis cõtritione et lachrimarũ fonte: ea leticia ſpirituali ⁊ celeſti gaudio: eo timore ⁊ tremore: ea reuerentia et honore: ea fide et humilitate: eo propoſito ⁊ amore: ea deuotione ⁊ gratiaꝝ actione quibus oportet et decet: ita vt ꝓſit michi ad vitam eternam: et ſit michi in remiſſionem omnium peccatorum meoꝝ. Amen.

¶ Alia oratio.

Obſecro te piiſſime domine ieſu chriſte: vt per merita beatiſſime virginis marie matris tue et omnium ſanctorum ⁊ ſanctarum tuarũ doceas me et permittas cum tanta cordis puritate: mentiſq; mundicia: cum tanta deuotione ⁊ reuerentia: ad tam mirabile ſacramentum corporis et ſanguinis tui accedere: quãta decet et expedit anime mee ſentiat benigniſſime domine ieſu chriſte cor meum dulcedinem beate preſentie tue: ſit totius mei languoris ſpiritalis purgatio: ſit ſcelerum meorū ablutio: ſit michi contra īfinita huius mūdi pericula protectio guſtet nūc anima mea ꝙ ſuauis es dñe: vt te guſtato oīs ab ea carnalis voluptas diſcedat. o panis delectabilis: o refectio vitalis: o eſca deſiderabilis: o epulum perdulce omnia reficiens ⁊ nunq̄ deficiens: angeli ⁊ ſpiritus iuſtorū pleno ore te ſumūt. placeat tibi dñe vt nūc te ſumat fideliter anima mea peccatrix in ſua peregrinatione vt a te virtutem recipiēs: iter ſuū per tē vſq̄ ad te perficiat ſine impedimēto ſathane: mortifica in mēbris meis ⁊ in corde meo oēs ſtimulos carnis: ⁊ oēs libidinoſas cōmotiones: vt tu rex virginū ⁊ amator caſtitatis ī meo tabernaculo quietā habeas manſionē: tu dñe noſti quot ⁊ quantis fluctibus leſa eſt anima mea: ſed tu dñe q̄ es ſummus medicus veni ⁊ ſana eā: cui eſt tradita oīs poteſtas ⁊ imperiū per infinita ſeculorū ſecula. Amen.

¶ Oratio dicenda poſt miſſam.

Omnipotens ſempiterne deus cōſeruator animarū mūdiq̄ redēptor: me famulū tuū ante maieſtatē tuā proſtratū benigniſſime reſpice et hoc ſacrificiū quod in honore nōis tui pro ſalute fideliū tā viuoꝝ ꝙ mortuoꝝ ac etiā ꝑ peccatis ⁊ offenſionibus nr̄is obtuli/ pijſſime reſpice: irā tuā amoue a me: gratiā ⁊ manū tuā michi concede: ianuā paradiſi michi pande: ab omnibus malis me potenter eripe: ⁊ quicquid reatu proprio cōmiſi īdulge. ſic ī hoc ſeculo preceptis tuis me fac perſeuerare: vt dignus efficiar electorū gregi copulari: te preſtante deus meus cuius nomē benedictū honor atq̄ regnū permanet in ſecula ſeculorum. Amen.

¶ Oratio dicenda ante miſſam.

Deus qui de īdignis dignos de peccatoribus iuſtos: de immūdis mūdos facis: mūda cor ⁊ corpus meū ab omni contagione ⁊ ſorde peccati: et fac me dignū altaribus tuis miniſtrū: ⁊ concede propicius vt in hoc altari ad quod indignus accedo hoſtias acceptabiles offerā pietati tue pro peccatis ⁊ offenſionibus meis: ⁊ innumeris quotidianiſq̄ exceſſibus: et pro omnibus hic circunſtantibus: vniuerſiſq̄ michi familiaritate ⁊ affinitate cōiunctis: atq̄ me odio aliquo inſectantibus ⁊ aduerſantibus cunctiſq̄ fidelib⁹ chriſtianis viuis ⁊ mortuis: et per eum ſit tibi meum votum atq̄ ſacrificium acceptabile qui ſe tibi deo patri obtulit ī ſacrificiū: ieſus chriſtus filius tuus dñs noſter. Qui tecum viuit ⁊ regnat in vnitate ſpiritus ſancti deus. Per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

¶ Oīo deuota de ſacramēto altaris.

Omnipotens ⁊ miſericors deus ecce accedo ad ſacramētum corporis ⁊ ſanguinis vnigeniti filij tui dñi noſtri ieſu xp̄i: accedo inq̄ īfirm⁹ ad medicum vite/ immūd⁹ ad fontē miſericordie/ cec⁹ ad lumē claritatis eterne/ egen⁹ ad dñm celi ⁊ terre/ nudus ad regē glorie. Rogo ergo immēſe maieſtatis tue abundantiā: quatenus meā digneris ſanare infirmitatem: lauare feditatem: illuminare cecitatē: ditare paupertatē: veſtire nuditatē: vt panem angeloꝝ/ regē regū dñm dominantiū tāta reuerentia et tremore: tanta ſuſcipiam cōtritione ⁊ amore: tāta fide ⁊ puritate: tali propoſito ⁊ humilitate ſicut expedit anime mee. Da michi queſo illi⁹ dominici corporis ⁊ ſanguinis nō ſolum ſuſcipere ſacramentū: ſed etiā virtutē ſacramēti. Dulciſſime de⁹: da michi ſic ſuſcipere corpus vnigeniti tui dñi nr̄i ieſu xp̄i qđ traxit de v̄gine maria: vt corpori ſuo myſtico merear incorporari: ac inter eius membra cōnumerari. O pater amantiſſime: cōcede mi chi dilectum filium tuum quem quidem velatum ſuſcipere propono reuelata tandem facie contemplari. Qui tecum et cum ſpiritu ſancto viuit ⁊ regnat in ſecula ſeculoꝝ. Amē.

¶ Oratio dicenda poſt miſſam.

Omnipotens ſempiterne deus ieſu chriſte dn̄e eſto propicius peccatis meis per aſſumptionem corporis et ſanguinis tui: tu enī loquēs dixiſti/ qui māducat meam carnem et bibit meū ſanguinem/ in me manet ⁊ ego in eo: ideo te ſupplex deprecor vt in me cor mūdū crees: et ſpiū rectum in viſceribus meis innoues: ⁊ ſpiritu principali me cōfirmare digneris: atqꝫ ab oibꝰ inſidijs diaboli ac vicijs emundes: vt gaudiorum celeſtium merear eſſe particeps. Qui viuis ⁊ regnas deus. Per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

¶ Incipit dictamen beati auguſtini de regimine ſacerdotum.

Viri venerabiles ſacerdotes dei. Precones altiſſimi/ lucerne fidei. Charitatis radio fulgētes et ſpei. Auribus percipite ꝟba oris mei. Vos in ſāctuario dei deſeruitis. Vos vocauit palmites chriſtꝰ vera vitis Cauete ne ſteriles aut inanes ſitis. Si cum vero ſtipite viuere cupitis. Vos eſtis catholice legis ꝓtectores. Sal terre/ lux hoim/ ouiū paſtores. Muri domus iſrael: morum correctores. Iudices eccleſie/ gentium doctores. Si cadat protectio legis: lex labetur. Si ſal euanuerit in quo ſalietur? Niſi lux appareat: via neſcietur. Niſi paſtor vigilet ouile frangetur. Vos exiſtis vineam dei propagare. Quam doctrine riuulus debetis rigare/ Spinas atqꝫ tribulos ꝓcul extirpare. Ut radices fidei poſſit germinare. Vos eſtis in area boues triturantes. Prudenter a palea grana ſeparantes. Vos habent in ſpeculo legē ignorantes Laici ꝗ fragiles ſūt et inconſtantes. Quicquid vidēt laici vobis diſplicere. Sibi ꝓculdubio dicunt nō licere. Quicqđ vos in opere vident adimplere. Credunt eſſe licitum et culpa carere. Cum paſtores ouiū ſitis conſtituti. Nō eſtote deſides ſicut canes muti. Vobis non deficient latratus veriti. Lupus rapax inuidet ouiū ſaluti. Grex fidelis duplici cibo ſuſtinetur. Corpore dominico quo ſalus augetur. Sermonis cōpendio qđ diſcrete datur. Mūdano cibario ne periclitetur. Quibꝰ tenemini veſtris predicare. Sed qđ qbus qualiter/ vbi quādo quare. Debetis ſollicite ꝓcōſiderare. Ne qs in officio dicat vos errare. Spectat ad officiū veſtre dignitatis. Gratie petentibus dona dare gratis. Nec cuiqꝫ fidei munera vendatis. Incurſuros gregibꝰ lepra vos fiatis. Gratis eucharistiā plebi miniſtrate. Gratis cōfitemini/ gratis baptizate. Ut gratis accepiſtis: ſic et gratis date. Solū id quod fuerit veſtrū cōſeruate. Veſtra cōuerſatio ſit religioſa. Mūda conſciētia virtꝰ virtuoſa. Regularis habitus vita honoroſa. Nulla vos coīquinet labes criminoſa. Nullus faſtus intima ꝑmet veſtre mētis. Grauis ſit intuitus habitꝰ ſit teſtis. Nichil vos illaqueet curis inhoneſtis. Quibus claues tradite ſunt regni celeſtis. Eſtote breuiloqui ne vos ad reatum. Protrahat loquacitas nutrix vanitatū. Verbū quod proponitis ſit abbreuiatū. Nā in multiloquio nō deeſt pctm̄. Eſtote beniuoli ſobrij prudentes. Iuſti caſti ſimplices ⁊ cōpatientes. Hoſpitales humiles ſubditos docētes. Cōſulentes miſeros pꝛauos coꝛrigētes. Utinā ſic gerere curā paſtoꝛalē. Poſſitis et ducere vitam ſpiritalem. Ut cū exueritis clamidem carnalē. Induat vos dñs ſtolam eternalem. Amen.

¶ Oꝛ̄ dicēda a ſacerdote poſt miſſā.

GRatias tibi ago dñe deus oꝑs pater q̄ me dignatus es ſatiare coꝛpoꝛe et ſanguine dilecti filij tui domini nr̄i ieſu xp̄i. Dep̄coꝛ immenſam clemētiā tuā oꝑs et miſericoꝛs dñe: vt hec ſctā cōmunio nō ſit michi ad iudiciū ſeu ad cōdēnationem: ſed ſit michi arra fidei et ſcutū bone voluntatis ad euacuādas inſidias inimici de mente mea. Ad extirpandā ſuperbie peſtē / gule libidinē / ⁊ lingue pꝛocacitatē: ⁊ ad illud introire cōuiuiū vbi lux ṽa et vbi ſūt ꝑpetua gaudia iuſtoꝝ. Itē peto dñe vt hec ſctā communio ſit michi dux ⁊ viaticū ad poꝛtū ſalutis eterne. Ip̄a ſit michi cōſolatio: dū tribuloꝛ in cogitationibus / in bono ꝓpoſito amoꝛ ſuauiſſimus: in tribulatione et anguſtia patiētia / in infirmitate medicina. Per hec ſacramēta myſteria q̄ ſūpſi: p̄ſta michi fidā rectā / ſpē firmā / charitatē ꝑfectā / mūdi abꝛenūciationem / deſiderij purificationē / mētꝭ dulcedinē / tui ardētem dilectionē / ad dilecti filij tui paſſionis memoꝛiā ac viſceroſam compaſſionē / vitā meā plenā virtutibus in tua laude et ſincera fide ſeruare. Et in hoꝛa exitꝰ mei gratiā tāti myſterij cū vera fide / certa ſpe / ⁊ ſincera charitate ꝑcipere: vt te videā ſine fine. Amen.

Preſbyter in menſa xp̄i quid agis bene penſa.
Aut tibi vita dat: aut moꝛs et̄na dat.
Dū cādela luit / ſe deſtruit officiādo:
Preſbyter: ita ruit ſi ſit reꝰ celebꝛādo
Moꝛs tua moꝛs xp̄i / fraus mūdi gloria celi.
Et doloꝛ inferni: ſūt mēoꝛanda tibi.

¶ In feſto recollectionis feſtoꝝ beate marie. Ad miſſam. Officium.

Eccl.

GAudeamus omnes in dño diem feſtum celebꝛantes ſub honoꝛe marie virginis: de cuius ſolēnitatibus gaudēt angeli / ⁊ collaudāt filiū dei. ps. Eructauit coꝛ meū verbū bonū: dico ego opera mea regi. Oꝛatio.

Pſal. 44.

DEus qui nos cōceptionis natiuitatis / annunciationis / viſitationis / purificationis / aſſumptionis beate et gloꝛioſe virginis marie gaudia recolēdo letificas: cōcede nobis ſic laudibus eius et ſeruitio digne inſiſtere: vt eam in omni neceſſitate ⁊ anguſtia ⁊ p̄cipue in hoꝛa moꝛtis pꝛeſentem et auxiliatricē ſentiamus: ⁊ tecū poſt moꝛtē per ipſam et cū ipſa gaudere mereamur in celis. Per dominum noſtrum ieſum.

¶ Lectio libꝛi ſapientie.

Cā tico. 2. C

SUrge ꝓpera amica mea / ſpecioſa mea: ⁊ veni columba mea in foꝛaminibꝰ petre / in cauernis macerie. Oſtende michi faciem tuā: ſonet vox tua in auribus meis. Uox enī tua dulcis eſt: et facies tua decoꝛa. Quam pulchꝛa es amica mea / q̄ pulchꝛa es: oculi tui columbarū abſq; eo ꝙ intrinſecus latet. Capilli tui ſicut greges capꝛarū que aſcenderunt de monte galaad. Dētes tui ſicut greges tonſarum / que aſcenderūt de lauachꝛo. Tota pulchꝛa es amica mea et macula non eſt in te. Ueni de libano ſponſa mea: veni de libano / veni coꝛonaberis. Uulneraſti coꝛ meū ſoroꝛ mea / ſponſa vulneraſti coꝛ meū. In vno oculoꝛum tuoꝛum / ⁊ in vno crine colli tui: mel et lac ſub lingua tua: et odoꝛ veſtimentoꝛum tuoꝛum ſicut odoꝛ thuris. Gradale.

Cāti co. 4. D

Miſſa recollectionis beate marie.

laus. Luce ſplendida fulgebis: ꝛ oēs fines terre. et adorabūt te. ℣. Nationes ex lōginquo ad te orare venient: ꝛ munera deferentes adorabūt illa. In te dn̄e: ꝛ terrā tuā ſanctificationē habebunt. Alleluya. ℣. Beati omnes qui diligunt te o virgo/ et qui gaudēt ſup pace tua: benedictus dn̄s q̄ exaltauit te: ꝛ poſuit ſuper te regnum eius in ſecula ſeculorum. Sequentia.

Mittit ad ſterilem non quēuis nunciū: ſed ſummi angelū luce refulgentē amator hominis. Miratur et credit/ o leta concipit dei genitricem: quā gaudens peperit cunctis amabilē. Virgo ſingularis manet in abdito: mente ſeruit deo canticis et hymnis/ mundo pro futura. Caſtū propoſitū voto confirmauit/ angelos meretur habere conſortes: noſtra reparatrix. A ſummo cardine mittit archāgelum: audit et ſuſcipit puella nunciū: credit et concipit. Feſtinat grauida virgo puerpera: viſitat ſterilē matrē ſeruulorum: rex ineffabilis. Mundi redemptorem peperit intacta: gaudiū angelis precium hominum/ victiſq̄ triūphum. Humilis infantem deo repreſentat: illi mun⁹ offert quod lex preceperat/ hoc ſenex excipit. Mundi dn̄atrix choros angelorum: tranſcendit aſſumpta regina celorū/ dei mater alma. Illic cōcathedrat virginum filius imponit coronā ſuper caput eius/ ad gloriā dei. Iſta mirifica plebs tua celebrat: tibi mente pſallit ꝛ voce iubilat/ mater orphanorū. Pro nobis obtine genitrix veniam: et reatum dilue et dona patriā in arche ſyderum. Amen.

¶ Secundum Lucam.

Cap. I. D. In illo tempore. Exurgens maria abiit in montana cum feſtinatione in ciuitatem iuda: et intrauit in domum zacharie: et ſalutauit elizabeth. Et factū eſt vt audiuit ſalutationem marie elizabeth: exultauit in gaudio infans in vtero eius. Et repleta eſt ſpū ſancto elizabeth: et exclamauit voce magna: et dixit. Benedicta tu inter mulieres: et benedictus fructus ventris tui. Et vnde hoc michi vt veniat mater domini mei ad me? Ecce enī vt facta eſt vox ſalutationis tue in auribus meis: exultauit infās in vtero meo. Et beata que credidiſti quoniam perficientur ea que dicta ſunt tibi a domino. Et ait maria. Magnificat aīa mea dominum ꝛ exultauit ſpiritus me⁹ in deo ſalutari meo. Offertorium.

Beatam te dicent omnes generationes: quia fecit tibi dominus magna qui potens eſt et ſanctum nomen eius. Secreta.

Domine ieſu chriſte/ ſanctarū cogitationum ſuſpirator: qui ſeruos tuos glorioſam matrem tuā honorare docuiſti: concede propicius ipſius ſolēnia cum ſacrificio laudis debita cum deuotiōe celebrare in terris: vt eius interceſſione regnando iubilare mereamur in celis. Qui viuis et regnas deus. Per omnia ꝛc. Prefatio de beata virgine. Cōio.

Benedicite deum celi cum timore: et exultate ei cum tremore: quia fecit nobiſcum miſericordiam cum in celis matrem pro nobis eſſe voluit aduocatam. Poſtcōio.

Concede queſumus omnipotens deus ſacramenta que ſūpſimus in honore beate marie virginis matris immaculato corde ſeruare: vt nunc feſta eius colētes poſt exceſſum huius vite ad ipſius mereamur tranſire conſortium. Per dominum noſtrum ieſum chriſtum filium tuum. Qui tecum viuit et regnat in vnitate ſpirit⁹ ſancti deus. Per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

¶ Finit temporale.



¶ Incipit proprium feſtiuitatum ſanctorum: ad conſuetudinem eccleſie Sarum. Et primo in vigilia ſancti Andree apoſtoli. Ad miſſam. Officium.

In vigilia ſancti Andree.

mat. 4. C Dominus ſecus mare galilee: vidit duos fratres: petrū ⁊ Andreā: ⁊ vocauit eos: venite poſt me faciam vos fieri ps. 18. piſcatores hominum. Ps. Celi enarrāt gloriam dei: ⁊ opera manuum eius annunciat firmamentum.

Oratio.

Queſumus omnipotens deus: vt beatus andreas apoſtolus tuū ꝓ nobis imploret auxiliū: vt a nr̄is reatibus abſoluti: a cunctis etiā periculis eruamur. P. Mēo. fiat de mar. ſaturnini atqȝ ſiſinnij/ ſi añ aduētū hec vigilia cōtigerit: ſi infra nequaq̄. Ora.

Deus qui nos beatorū martyrum tuorū ſaturnini atqȝ ſiſinnij cōcedis natalicijs perfrui: eorū nos tribue meritis adiuuari. P do. Lectio libri ſapiētie. Eccleſiaſtici. xlv. Benedictio dñi. ps. 138 vt in cōi. ſo. j. Gr. Nimis honorati ſūt amici tui deus: nimis cōfortatus eſt principatus eorū. ℣. Dinumerabo eos: ⁊ ſup arenā multiplicabūtur. Si hec vigilia i dñica euenerit: dr ſequens. Alla. ℣. In ps. 18. omnē terrā exiuit ſonus eorū: ⁊ in fines orbis terre verba eorū. Et dicatur miſſa in capitulo. Et hoc in omībus miſſis ꝓprijs de vigil. que in dñica contingūt/ obſeruetur: niſi in vigilia nati. dñi tātum.

Secundum Johannem.

1. C In illo tēpore. Stabat iohānes: et ex diſcipulis eius duo. Et reſpiciens ieſum ambulātē: dixit. Ecce agnꝰ dei. Et audierunt eū duo diſcipuli loquētē: ⁊ ſecuti ſunt ieſum. Cōuerſus autē ieſus: ⁊ vidēs eos ſequētes ſe: dixit eis. Quid queritis? Qui dixerunt ei. Rabbi: qđ dicit̄ interp̄tatū magiſter. Vbi habitas? Dicit eis. Venite ⁊ videte. Venerūt ⁊ viderūt vbi maneret ⁊ apud illū māſerūt die illo. Hora autē erat quaſi decima. Erat autē andreas frater ſymonis petri: vnꝰ ex duobus qui audierāt a iohāne: et ſecuti fuerāt eū. Inuenit hic primū fratrem ſuū ſymonē ⁊ dixit ei. Inuenimus meſſiam: quod eſt interpretatū chriſtus. Et adduxit eū ad ieſum. Intuitus autem eū ieſus dixit. Tu es ſymon filius iohanna: tu vocaberis cephas: quod interpretatur petrus. In craſtinū autem voluit exire in galileam: ⁊ inuenit philippū. Et dicit ei ieſus. Sequere me. Erat autē philippus a bethſaida ciuitate andree ⁊ petri. Inuenit philippus nathanael/ ⁊ dixit ei. Quem ſcripſit moyſes in lege ⁊ ꝓphete inuenimus/ ieſum filium ioſeph a nazareth. Et dicit ei nathanael A nazareth poteſt aliquid boni eſſe. Dicit ei philippus. Veni ⁊ vide. Vidit ieſus nathanael veniētē ad ſe: ⁊ dixit de eo. Ecce vere iſraelita/ in quo dolus non eſt. Dicit ei nathanael Vnde me noſti? Reſpōdit ieſus/ ⁊ dixit ei. Priuſq̄ te philippus vocaret cū eſſes ſub ficu/ vidi te. Reſpondit ei nathanael ⁊ ait. Rabbi/ tu es filꝰ dei: tu es rex iſrael? Rñdit ieſus ⁊ dixit ei Quia dixi tibi vidi te ſub ficu/ credis: maius his videbis. Et dicit eis. Amē amē dico vobis videbitis celū apertū: ⁊ angelos dei aſcēdētes ⁊ deſcēdentes ſupra filiū hominis. Offr. Gloria ⁊ ho- ps. 8. nore coronaſti eū: ⁊ cōſtituiſti eū ſup opera manuū tuarum domine.

Secreta.

Sacrandū tibi dñe munus offerimus: quo beati andree apoſtoli tui ſolēnia/ ieiunijs et deuotis officijs recolētes: purificationē quoqȝ noſtris mētibus imploramus. Per dominum noſtrum ieſum xp̄m ⁊c. Alia ſecreta.

Oblatū tibi dñe munus/ ꝓ beatorū martyrū tuorū ſaturnini atqȝ ſiſinnij paſſione/ ꝓpicius aſſume: qđ eorū interceſſione maieſtati tue fiat acceptū. Prefatio quotidi. Cōio. Dixit Ioh. 1. F andreas ſymoni fratri ſuo: inuenimus meſſiam/ qui dicitur chriſtus: ⁊ adduxit eū ad ieſum.

Poſtcommunio.

Preceptis ſalutaribus ſacramentis/humiliter te dñe deprecamur vt intercedente beato andrea apoſtolo tuo/que ꝓ illius venerãda egimus ſolennitate: nobis ꝓficiant ad ſalutem. Per dñm. Alia poſtcommunio.

Ut hec cõmunio nos dñe tua viſitatione dignos efficiat/beati ſaturnini martyris tui ſociorũq; eius: pia queſumus interceſſio/ſemper imploret. Per dñm noſtrũ ieſum chriſtũ filiũ tuũ: qui tecũ viuit ⁊ regnat in. ⁊c.

¶ In die ſancti Andree. Officium.

ps.138 Michi autẽ nimis honorati ſũt amici tui deus: nimis cõfortatus eſt principatus eoꝝ. ps. Domine Ibid probaſti me et cognouiſti me: tu cognouiſti ſeſſionẽ meã ⁊ reſurrectionem meã. Gloria patri. Si extra aduentũ cõtigerit: dr Gloria in excel. Si vero infra/nõ dicitur: ſed poſt offo. ſcz Maieſtatem. fiat memoria de aduentu: et de ſancta maria. Et hoc in omnibus feſtis ſanctoꝝ/que infra aduentum contigerint/obſeruetur. Oratio.

Maieſtatẽ tuã dñe ſuppliciter exoramus: vt ſicut eccleſie tue beatus andreas apoſtolus extitit predicator ⁊ rector: ita apud te ſit ꝓ nobis perpetuus interceſſor. Per dñm noſtruʒ ieſum chriſtum. Ad Romanos.

10.C Fratres. Corde creditur ad iuſticiã: ore autẽ fit cõfeſſio ad ſalutẽ. Dicit enim ſcriptura. Omnis qui credit in illũ: non cõfundetur. Non enim eſt diſtinctio iudei ⁊ greci. Nam idem dñs omniũ: diues in omnes/qui inuocant illum. Omnis enim quicũq; inuocauerit nomen domini: ſaluus erit. Quomodo ergo inuocabũt/in quẽ nõ crediderunt? Aut quomodo credẽt ei: quem non audierunt? Quomodo autẽ audiẽt ſine predicante? Quomodo vero predicabũt niſi mittãtur? Sicut ſcriptũ eſt: ꝙ ſpecioſi pedes euãgelizãtiũ pacẽ euangelizantiũ bona. Sed nõ omnes obediũt euãgelio. Iſaias enim dicit. Dñe: quis credidit auditui noſtro? Ergo fides ex auditu: auditꝰ autẽ per verbũ xp̄i. Sed dico. Nunquid nõ audierũt? Et quidẽ in oẽm terram exiuit ſonus eoꝝ: ⁊ in fines orbis terre verba eoꝝ. Gr. Cõſtitues eos principes ſuper omnẽ terrã: memores erũt nominis tui dñe. ps 44 ℣. Pro patribus tuis nati ſunt tibi filij: ꝓpterea populi cõfitebuntur tibi. Alleluya. ℣. Dilexit andreã dñs: in odorem ſuauitatis. Eccl. vox. Sequentia.

Sacroſancta hodierne feſtiuitatis preconia. Digna laude vniuerſa cathegoriſet eccleſia. Mitiſſimi ſanctoꝝ ſanctiſſima/ extollendo merita. Apoſtoli andree/admirãda prefulgentis gr̃a. Hic accepto a iohãne baptiſta Quod veniſſet/ qui tolleret peccata. Mox eius itrãs habitacula/audiebat eloquia. Inuẽtoq; fratre ſuo bariona Inuenimꝰ ait ouans meſſiã. Et duxit eũ ad dulciſſimã ſaluatoris preſentiam Hũc ꝑſcrutãtẽ maria/xp̄i vocauit clemẽtia. Artẽ piſcãdi cõmutãs dignitate apoſtolica. Huiꝰ aiam poſt clara/feſti paſchalis tp̄a. Sãcti ſpũs ꝓclara/ꝑluſtrauit potẽtia. Ad ꝑdicãdũ populis penitẽtiã. Et dei patris ꝑ filiũ clementiã. Gratulare ergo tãto patre achaya Illuſtrata eius ſalutari doctrina. Honorata multimoda ſignorũ frequẽtia. Et tu gemẽs plora trux carnifex egea Te lues inferna/⁊ mors tenet eterna. Et andreã felicia/⁊ crucẽ manẽt gaudia. Iam regem tuũ ſpectas: iam adoras/iam in eius cõſpectu andrea ſtas. Odorẽ ſuauitatis iã aſpiras: quẽ diuini amoris aroma dat. Sis ergo nobis ſelita. Dulcedo ſpirãs ĩtima. Celeſtis vite balſama. ¶ Sciẽdũ eſt ꝙ i oĩbus feſt. ix. lec. vel. iij. lec. cũ regimĩe chori dicat̃ ſequẽ. ad miſ. extra. ſex. vſq; ad paſcha niſi in feſt. plurimoꝝ ꝯfeſ. ⁊ in feſto ſcti michaelis in mõte tuba. In oct. vero ⁊ infra: ſiue fuerit cũ regimĩe chori/ ſiue nõ: ſequẽtia ad miſ. nõ dr̃ niſi p octa. ⁊ in oct. viſitatiõis/ aſſump. ⁊ nati. btẽ marie: ⁊ in dñica infra oct. ⁊ in oct. dedicatiõis eccleſie: ⁊ in oct. aploꝝ petri ⁊ pauli. Scd'm Mattheum.

4 ¶ In illo tẽpoꝛe. Ambulãs ieſus iuxta mare galilee/ vidit duos frẽs: ſymonẽ qui vocatˀ petrꝰ/ ⁊ andreã fratrẽ eius mittẽtes rethe in mare. Erãt enim piſcatoꝛes. Et ait illis. Venite poſt me: ⁊ faciã vos fieri piſcatoꝛes hominũ. At illi cõtinuo relictis rethibus ſecuti ſunt eũ. Et pꝛocidẽs inde vidit alios duos fratres iacobũ zebedei/ ⁊ iohannẽ fratrẽ eius in naui/ cũ zebedeo patre eoꝝ reficiẽtes rethia ſua: ⁊ vocauit eos. Illi autẽ ſtatim relictis rethibus ⁊ prẽ: ſecuti ſũt eũ. Credo. Offer.

ps.138 Michi aũt nimis honoꝛificati ſũt amici tui deꝰ: nimis ꝯfoꝛtatꝰ ẽ pncipatꝰ eoꝝ. Secre.

Sacrificiũ noſtrũ tibi dñe queſumus beati andꝛee pꝛecatio ſancta cõciliet: vt cuius honoꝛe ſolẽniter exhibetur: eius meritis efficiatur acceptum. Per dñm. Pꝛefatio. Et te dñe. Hec pꝛefatio dr̃ in oĩbus feſt. apoſtoloꝝ ⁊ euãgeliſtarũ: ⁊ per octa. apoſtoloꝝ petri ⁊ pauli/ atqȝ andꝛee pꝛeterq̃ i feſto ſancti iohannis apoſtoli in ebdo. nati. dñi: in octa. vero eiuſdẽ/ dicetur ⁊ in feſt. eiuſdem/ in paſchali tempoꝛe.

mat. 4. ¶ Cõio. Venite poſt me/ faciã vos fieri piſcatoꝛes hominũ: at illi relictis rethibus et naui/ ſecuti ſunt dominum. Poſtcõio.

Sumpſimus dñe diuina myſteria beati andꝛee feſtiuitate letãtes: q̃ ſicut tuis ſanctis ad gloꝛiã: ita nobis queſumus ad veniam pꝛodeſſe perficias. Per dñm. ¶ Per octa. dicitur miſſa de ſancto andꝛea ſicut in pꝛima die: ſed ſine ſequẽtia ⁊ Credo. ⁊ niſi miſſa Salus populi. reſtat cantanda: et niſi in ſabbatis quando fit plenũ ſeruitiũ de ſancta maria: ⁊ niſi infra aduen. domini. Infra aduen. vero nichil fiet de eo/ preter memo. vſqȝ ad octa. die: tũc enim de eo totũ fiat ſeruitium: niſi in ſabba. vel in dñica cõtigerit: ⁊ tunc dicitur miſſa de octa. in capitulo Quando vero feſtũ ſancti andꝛee a dñica differtur in ſecũdã feriã: tunc in ſequenti dñica dicatur miſſa de octa. in capitulo cũ vna oꝛatione. Similiter quando feſtũ ſancti Nicolai a dñica differtur in ſecundã feriã: tunc in ipſa ſecunda feria miſſa de octa. dicitur in capitulo ſimiliter cũ vna oꝛatione. Eodẽ modo vna oꝛatio tantũ dicitur ad miſſam que dicitur in capitulo in octaua ſancti Laurentij: atqȝ ad miſſam de ſancta ſabina.

¶ Sancti oſmundi epiſcopi ⁊ cõfeſſoris. Ad miſſam. Officium.

Statuit ei dominus teſtamentum pacis/ ⁊ pꝛincipem fecit eũ: vt ſit illi ſacerdotij dignitas ineternũ. ps. Miſericoꝛdias dñi: ineternum cantabo. Oꝛatio.

Omnipotens ſempiterne deus qui nos beati oſmundi cõfeſſoꝛis tui atqȝ põtificis/ hodierna feſtiuitate letificas: tuã ſupplices exoꝛamus clementiam/ vt cuius ſolẽnia deuotis officijs veneramur: eius pijs ſuffragijs/ eterne vite remedia cõſequamur. Per dominũ noſtrũ. Epiſtola. Ecce ſacerdos magnus qui in die. In cõmuni. fol. x.

Gr. Iurauit dñs ⁊ nõ penitebit eũ: tu es ſacerdos ineternũ/ ſecundũ oꝛdinẽ melchiſedech. pſal. 109. ℣. Dixit dñs dño meo: ſede a dextris meis. Alla. ℣. Iuſtus germinabit ſicut liliũ: ⁊ floꝛebit ineternũ ante dominũ. Eſa. 35. Sequẽtia Adeſt nobis. vt in cõi. fo. x. Euangeliũ. Homo quidã peregre. vt in cõi. fo. xi. Offer. Inueni dauid ſeruũ ps.131 meũ/ oleo ſancto vnxi eũ: manꝰ enim mea auxiliabitur ei: et brachium meum confortabit eum. Secreta.

Propiciare domine quesumus supplicationibus nostris: et intercedēte pro nobis beato osmūdo cōfessore tuo atqꝫ pōtifice: his sacramētis celestibus seruiētes: ab omni culpa liberos esse cōcede: vt purificāte nos gratia tua: iisdē quibus famulamur mysteriis emūdemur. Per dñm. Cōio.

mat. 25 D Dñe quinqꝫ talēta tradidisti michi: ecce alia qnqꝫ superlucratus sum: euge serue fidelis: qꝛ in pauca fuisti fidelis: supra multa te cōstituā: intra in gaudiū dñi tui. Postcōm.

Presta quesum⁹ dñe deus noster: vt diuinis mysteriis expiati: intercedēte beato osmundo cōfessore tuo atqꝫ pontifice/ ad superni plenitudinem sacramēti: cuius libauimus sancta tēdamus. Per dominum nostrum.

¶ Sancti Nicolai episcopi ⁊ cōfessoris. Ad missam. Officium.

Statuit ei dominus testamētū pacis/ ⁊ principem fecit eū: vt sit illi sacerdotii dignitas ineternū. ps. Misericordias domini: in eternum cantabo. Oratio.

Deus qui beatū nicolaū pontificem tuū innumeris decorasti miraculis: tribue nobis quesum⁹: vt ei⁹ meritis ⁊ precibus: a gehēne incēdiis liberemur. Per dñm. Epla. Ecce sacerdos magnus. In cōi. fol. x. Grad.

ps. 20 Dñe preuenisti eū in bñdictionibus dulcedinis: posuisti in capite eius coronā de lapide precioso. ℣. Vitā petiit ⁊ tribuisti ei: lōgitudinem dierum in seculum seculi. Alla. ℣. Iustus germinabit sicut lilium: ⁊ florebit ineternū ante dominū. Sequentia.

Congaudentes exultemus/ vocali concordia. Ad beati nicolai/ festiua solennia. Qui in cunis adhuc iacens/ seruando ieiunia. Ad papilla cepit summa/ promereri gaudia. Adolescens amplexatur: litterarum studia. Alienus ⁊ immunis: ab omni lasciuia. Felix confessor cuius fuit dignitatis/ vox de celo nuncia. Per quam prouectus presulatus/ sublimatur ad summa fastigia. Erat in ei⁹ animo pietas eximia: ⁊ oppressis impendebat/ multa beneficia. Auro per eum virginum tollitur infamia atqꝫ patris earūdem leuatur inopia. Quidam naute nauigantes: ⁊ contra fluctuū seuiciam luctantes/ naui pene dissoluta. Iam de vita desperantes: in tanto positi periculo: clamantes voce dicunt oēs vna. O beate nicolae: nos ad maris portū trahe: de mortis angustia. Trahe nos ad portū maris: tu qui tot auxiliaris/ pietatis gratia. Dum clamarēt nec incassū: ecce quidā dicens assum/ ad vestra presidia. Statim aura datur grata: ⁊ tempestas fit sedata/ quieuerunt maria. Ex ipsius tūba manat: vnctionis copia. Que infirmos omnes sanat: per eius suffragia. Nos qui sum⁹ in hoc mundo: viciorum in profundo/ iam passi naufragia. Gloriose nicolae ad salutis portum trahe/ vbi pax ⁊ gloria. Ipsam nobis vnctionē: impetres a dño/ prece pia. Qua sanauit lesionē multorū peccaminū/ in maria. Huius festum celebrantes: gaudeāt per secula. Et coronet eos christus: post vite curricula. Euangeliū. Homo quidā peregre. in cōi. fo. xi. Offert. Veritas mea ⁊ mia mea cū ipso: ⁊ in noīe meo exaltabitur cornu eius. Secreta. ps. 88

Sanctifica quesumus dñe hec munera/ que in veneratiōe sancti pōtificis tui nicolai offerimus: vt per ea vita nostra: inter aduersa vbiqꝫ dirigatur ⁊ prospera. Per dominū. Cōio.

mat. 24 D Beatus seruus quē cū venerit dñs/ inuenerit vigilantem: amen dico vobis/ super oīa bona sua constituet eum. Postcōio.

Sacrificia que sumpsim⁹ dñe ꝓ so-

lennitate sancti pontificis tui nicolai:
sempiterna q̃sumꝰ nos ꝓtectiõe cõfirmẽt.
Per dñm. ¶ In octa. sancti Andree
apli. Ad missam. Officium.

ps.138 MIchi aũt nimis
honorati sunt amici
tui deus: nimis
cõfortatus est princi
patus eorũ. Ps. Dñe
Ibid ꝓbasti me et cognouisti
me; tu cognouisti sessionẽ meã ⁊ resurrectio
nẽ meã. Gloria patri. Sicut. Oratio.

PRotegat nos q̃s dñe sepius beati
andree apostoli tui repetita solennitas:
vt cuius patrocinia pia deuo
tione recolimus: perpetuã defensionẽ
sentiamus. Per dñz. Ad romanos. x.
Fratres corde creditur. vt in die. so.
ps.138 ei. Grad. Nimis honorati sunt amici tui
deus: nimis cõfortatus est principatus eoꝝ.
℣. Dinumerabo eos: ⁊ super arenã multiplicabuntur.
Alleluya. ℣. Dilexit andream
dominus: in odorem suauitatis.
¶ Euangeliũ. Secundũ Marcum.

i. B IN illo tẽpore. Postq̃ traditus est
iohãnes: venit iesus in galileam/
predicãs euangeliũ regni dei: ⁊ dicens
Quoniã impletũ est tempus: ⁊ appro
pinquabit regnũ dei: penitemini/ ⁊ cre
dite euangelio. Et preteriẽs secus ma
re galilee: vidit symonem ⁊ andreã fra
trem eius/ mittentes rethia in mare.
Erãt enim piscatores. Et dixit eis iesus.
Venite post me: ⁊ faciã vos fieri
piscatores hominũ. Et protinus relictis
ps.18. rethibus/ secuti sunt eũ. Offer. In
omnem terram exiuit sonus eoꝝ: ⁊ in fines
orbis terre verba eorum. Secreta.

INdulgentiam nobis prebeãt hec
munera quesumus dñe largiorẽ:
que beati ãdree apostoli tui suffragiis
offeruntur. Per dñm nostrum iesum
xp̃m filiũ tuũ. Qui tecũ viu. Prefatio.
mat. Et te domine. Cõmunio. Venite post
4 c. me: faciã vos fieri piscatores hominũ: at illi
relictis rethibus et naui/ secuti sunt dominum.
Postcommunio.

PRebeat nobis dñe q̃sumus beatus
andreas apostolus optatum
presidiũ: quo salutare nobis sumptũ
proficiat sacramentum. Per dñm nostrũ
iesum xp̃m filiũ tuũ. Qui tecũ.
¶ In cõceptiõe beate marie. Officiũ.

Gaudeamꝰ Eccle vox.
oẽs in dño/ diem
festũ celebrãtes
sub honore marie
ỽginis: de cu
ius conceptione
gaudẽt angeli ⁊
collaudãt filiũ dei. Ps. Eructauit cor me ps 44
um verbũ bonũ: dico ego opa mea regi. Glo
ria pa. Nõ dr Gl'ia in excel. Oratio.

SUpplicationẽ seruoꝝ tuoꝝ deus
miserator exaudi: vt qui in cõceptione
dei genitricis ⁊ ỽginis cõgrega
mur: eius intercessiõibus a te de instã
tibus periculis eruamur. P eundem.
¶ Lectio libri sapientie.

EGo quasi vitis fructificaui suauitatẽ Eccl. 24. c
odoris: ⁊ flores mei fructꝰ
honoris ⁊ honestatis. Ego mater pulchre
dilectionis ⁊ timoris/ ⁊ magnitudinis
sancte spei. In me gratia omnis
vie ⁊ veritatis: in me omnis spes vite
⁊ virtutis. Transite ad me oẽs qui cõ
cupiscitis me: ⁊ a generationibꝰ meis
adimplemini. Spũs eñi meꝰ sup mel dul
cis: ⁊ hereditas mea sup mel ⁊ fauum
Memoria mea: in generatione seculoꝝ.
Qui edũt me adhuc esurient: ⁊ qui bibũt
me adhuc sitiẽt. Qui audit me nõ
cõfundet: ⁊ qui operãtur i me/ nõ peccabũt.
Qui elucidant me: vitã eternã
habebũt. Gra. Audi filia ⁊ vide ⁊ inclina ps 44
aurẽ tuã: q2 concupiuit rex speciẽ tuã. ℣. Spe
cie tua ⁊ pulchritudine tua: intende ꝓspere ꝓce
de ⁊ regna. Alle. ℣. Conceptio gloriose
ỽginis marie ex semine abrahe orta de tribu
iuda clara ex stirpe dauid. Sequentia.

DIes iſte celebretur: in quo pie recenſetur / marie conceptio. Uirgo mater gñatur: cõcipitur ⁊ creatur / recta vena venie. Ade vetus exiliũ: ⁊ ioachim opprobriũ / hinc habẽt remedia. Hoc ꝓphete ꝑuiderũt: patriarche preſenſerũt / inſpirãte gratia. Uirgo florem conceptura: ſtella ſolem paritura hodie cõcipitur. Flos de virga ꝓceſſurus: ſol de ſtella naſciturus / chriſtꝰ intelligitur. O ꝙ̃ felix ⁊ preclara: nobis grata deo cara / fuit hec cõceptio. Terminat̃ miſeria: datur mĩa luctus cedit gaudio. Noua mater nouã ꝓlẽ: noua ſtella nouũ ſolem / noua ꝓfert gratia. Genitorẽ genitura: creatorẽ creatura patrẽ parit filia. O mirandã nouitatẽ nouã quoqꝫ dignitatẽ: ditat matris caſtitatẽ / filij cõceptio. Gaude ꝟgo gratioſa / virga flore ſpecioſa: mater prole generoſa / plene plena gaudio. Quod preceſſit in figura / nube latet ſub obſcura: hoc declarat gẽitura: ſemel matris virgo pura: pariendi vertat iura / fuſa mirante natura / deitatis pluuia. Triſte fuit in eua ve: ſꝫ ex eua formãs aue: verſa vice ſed nõ praue: intus zelãs in cõclaue / verbũ bonũ ⁊ ſuaue / nobis mater virgo faue / tua frui gratia. Omnis homo ſine mora / laude plena ſoluens ora: iſtam colas ipſam ora / omni die omĩ hora. Sit mẽs ſupplex vox ſonora / ſic ſupplica ſic implora huius patrocinia. Tu ſpes certa miſerorum vere mater orphanorum: tu leuamen oppreſſorum / medicamẽ infirmorum / omnibus es omnia. Te rogamus voto pari: laude digna ſingulari: vt errãtes in hoc mari: nos in portu ſalutari / tua ſiſtat gratia. Amen.

¶ Initium ſancti euangelij Secundum Mattheum.

1. A Liber generationis ieſu xp̄i filij dauid: filij abraham. Abrahã autẽ genuit iſaac. Iſaac autẽ genuit iacob. Jacob autem genuit iudam ⁊ fratres eius. Judas autẽ / genuit phares ⁊ zaram de thamar. Phares autẽ genuit eſrom. Eſrom autẽ / genuit aram. Arã autẽ genuit aminadab. Aminadab autẽ / genuit naaſon. Naaſon autem / genuit ſalmon. Salmon autem / genuit booz de raab. Booz aũt / genuit obeth ex ruth. Obeth autẽ genuit ieſſe. Jeſſe autẽ / genuit dauid regẽ. Dauid: autẽ rex / genuit ſalomonẽ ex ea que fuit vrie. Salomon autẽ / genuit roboam. Roboã autẽ / genuit abiã. Abia autẽ / genuit aſa. Aſa autẽ / genuit ioſaphat. Joſaphat autem / genuit iorã. Joram autẽ / genuit oziã. Ozias autẽ / genuit ioatham. Joatham autẽ / genuit achaz Achaz autem / genuit ezechiã. Ezechias autẽ / genuit manaſſem. Manaſſes autẽ / genuit amon. Amon aũt: genuit ioſiam. Joſias autẽ: genuit iechoniã ⁊ fratres eiꝰ in trãſmigratione babylonis. Et poſt trãſmigrationẽ babylonis: iechonias genuit ſalathiel. Salathiel aũt: genuit zorobabel. zorobabel autẽ: genuit abiud. Abiud aũt / genuit eliachim. Eliachim autẽ: genuit azor. Azor autẽ: genuit ſadoch. Sadoch autem: genuit achim. Achim aũt: genuit eliud. Eliud aũt: genuit eleazar. Eleazar aũt / genuit mathã. Mathã aũt: genuit iacob. Jacob autẽ: genuit ioſeph virũ marie / de qua natꝰ eſt ieſus: q̇ vocat̃ xp̄s. Credo. Off. Diffuſa eſt grã ꝑ 44 in labijs tuis: ꝓpterea bñdixit te deꝰ in eternum: ⁊ in ſeculum ſeculi. Secreta.

UNigeniti tui dñe nobis ſuccurrat humanitas: vt q̇ natꝰ de ꝟgine integritatẽ matris nõ minuit: ſed ſacrauit in cõceptionis eius ſolẽnijs a noſtris nos piaculis eruens: oblationẽ noſtrã ſibimet faciat eſſe acceptam ieſus xp̄s dñs noſter. Qui tecũ. Prefatio. Et te in cõceptione. ¶ Co. Uera fides geniti Eccl. purgauit crimina mundi: ⁊ tibi ꝟginitas inuiolata manet. Poſtcõmunio.

SUmpſimus dñe celebritatis annue votiua ſacramẽta: preſta q̃s: vt in tercedente beata maria ſemp virgine: ꝛ temporalis vite nobis remedia prebeant ꝛ eterne. Per dñm. Non dr Ite miſſa eſt. ¶ Sancte lucie virginis ꝛ martyris. Officium.

ꝑ 44 Dilexiſti iuſtitiam et odiſti iniquitatẽ: propterea vnxit te de9 deus tuus/ oleo leticie pre conſortibus tuis. Ps. Ibid Eructauit cor meũ verbũ bonũ: dico ego opa mea regi. Glia patri. Oratio.

Exaudi nos deus ſalutaris noſter: vt ſicut de beate lucie virginis ꝛ martyris tue feſtiuitate gaudem9: ita pie deuotionis erudiamur affectu. P. Epla. Dñe deus me9. In cõi. fo. xiij. ꝑ 44 Gr. Dilexiſti iuſtitiã ꝛ odiſti iniquitatẽ. ℣. Propterea vnxit te de9 de9 tu9 oleo leticie. Alla. ℣. 2. cor 11. A Emulor eni vos dei emulatione: deſpõdi eni vos vni viro / virginẽ caſtã exhibere xpo. Sequẽ. Exultem9 in hac die. vt in cõi. fo. xiiij. Euãge. Simile eſt regnũ celoꝝ theſauro. In cõi. Ibid fo. xiiij. Offer. Offerentur regi virgines poſt eã proxime eius afferentur tibi. Secreta.

GRatãter dñe q̃s munera dicãda ĩtuere: que nomini tuo p ſolẽnitate ſancte lucie virginis ꝛ martyris tue: ſupplicit immolamus. Per d. Cõio. ꝑ 44 Diffuſa eſt gr̃a in labijs tuis: ꝓpterea bñdixit te deus in eternum. Poſtcõmunio.

SAncte lucie virginis et martyris tue nos dñe q̃s precatio tibi grata cõciliet: vt per hec ſancta que ſumpſimus/ ſalutaria ſentiamus. Per d.

¶ In vigilia ſcti thome apli: fiãt oia in vigilia vni9 apli. In cõi. fo. i. Si hec vigilia in dñica: vel i. iiij. fer. vel i. vi. fer. vel in ſabbato quatuor tẽpoꝝ euenerit / nichil ad miſſam fiat de vigilia preter memoriã: ſꝫ in quacũqꝫ alia fe. cõtigerit: de eadẽ vigi. dicatur miſſa.

¶ In die ſancti thome apli. Offiũ.

ꝑ. 138 MIchi autẽ nimis honorati ſũt amici tui deus: nimis cõfortatus eſt principatus eoꝝ. Ps. Ibid Dñe probaſti me ꝛ cognouiſti me: tu cognouiſti ſeſſionẽ meã/ et reſurrectionẽ meam. Gloria patri. Oratio.

DA nobis queſum9 dñe beati thome apoſtoli tui: ita ſolẽnitatibus gloriari: vt eius ſemper ꝛ patrocinijs ſubleuemur: et fidẽ congrua deuotione ſectemur. Per. Epla. Iã nõ eſtis. vt in cõi. fo. ij. Gr. Nimis honorati ſũt amici tui deus: nimis cõfortatus eſt principatus eoꝝ. ℣. Dinumerabo eos: ꝛ ſuper arenã multiplicabũtur. Alla. ℣. ꝑ. 18. In omnem terram exiuit ſonus eoꝝ: ꝛ in fines orbis terre verba eoꝝ. Sequẽtia. Clare ſanctorum. In communi. fol. ij.

¶ Euangeliũ ſecundũ Johannem.

20 f IN illo tempore. Thomas vn9 ex duodecim qui dicitur didimus: nõ erat cum eis quando venit ieſus. Dixerũt ergo ei alij diſcipuli. Vidimus dominum. Ille autem dixit eis. Niſi videro in manibus eius fixuram clauorum: ꝛ mittam digitum meum in locum clauorum ꝛ mittam manum meam in latus eius/ non credam. Et poſt dies octo: iterũ erant diſcipuli eius intus/ ꝛ thomas cum eis. Venit ieſus ianuis clauſis: ꝛ ſtetit in medio: et dixit eis. Pax vobis. Deinde dixit thome. Infer digitũ tuũ huc/ ꝛ vide man9 meas: ꝛ affer manũ tuã: et mitte in latus meũ: ꝛ noli eſſe incredulus/ ſed fidelis. Reſpõdit thomas ꝛ dixit ei. Dñs me9 ꝛ deus meus. Dixit ei ieſus. Quia vidiſti me thoma/ credidiſti: beati qui nõ viderũt: ꝛ crediderũt. Credo. Offer. ꝑ 44 Conſtitues eos principes ſuper omnẽ terram memores erunt nominis tui/ in omni progenie ꝛ generatione. Secreta.

Debitum dñe noſtre reddim⁹ ſeruitutis ſuppliciter exorantes: vt ſuffragiis btī thome apl̄i tui in nobis tua munera tuearis: cuius honorādo ꝯfeſſionē laudis tibi hoſtias imolam⁹

Joh. 20.g Per. Prefatio. Et te dñe. Cōio. Mitte manū tuam ꝛ cognoſce loca clauoꝝ. alla: ꝛ noli eſſe incredulus ſed fidelis alla alla.

Proſit plebi tue miſericordis de⁹ diuini pceptio ſacramēti: et interceſſio beati thome apl̄i tui: vt ſalutationē mētis ꝛ corporis ꝛ inceſſabilit' expectat/ ꝛ affluenter accipiat. P. Poſtcō.

¶ Scti felicis epī ꝛ marty. Officiū.

Dan 3.D Sacerdotes dei benedicite dñm: ſcti ꝛ humiles corde laudate deū. Ps. Benedicite oīa opa dñi dño: Dan 3. laudate ꝛ ſuperexaltate eū in ſecula. Gloria.

Glia in excelſis. Et dicit in omī feſto ſanctoꝝ extra aduentū: ꝛ a ſeptuageſima vſqꝫ ad paſc. preterqꝫ i feſto ſancte petronille ꝟginis: cū poſt octa. ſctē trinita. ꝛ corpis xp̄i eue. ꝛ in feſ. ſcti bertini abb. ꝛ ſctē tecle ꝟgi. ꝛ ſcti romani epī ꝛ ꝯfeſſo. in ꝗbus dr nocturn⁹. Orō.

psal. 109. die. In cōi. fo. x. Gr. Iurauit dn̄s ⁊ nō penitebit eū: tu es ſacerdos ineternū: ſcd̄m ordinē melchiſedech. ℣. Dixit domin⁹ domino meo: ſede a dextris meis. All'a. ℣. Diſpoſui teſtamentu3 electis meis: iuraui dauid ſeruo meo. Euāge. Homo quidā peregre. In cōi. fo. xi. In tempore paſcha. Ego ſū vitis vera. In cōi. fol. x.
p. 88 Offr. Veritas mea et mīa mea cū ipſo: ⁊ in nomine meo exaltabitur cornu eius. In tempore paſchali. All'a. Secreta.

PRopiciare dn̄e queſumus ſupplicationibus noſtris: ⁊ intercedente pro nobis beato germano cōfeſſore tuo atq3 pōtifice: his ſacramētis celeſtibus ſeruientes: ab omni culpa liberos eſſe cōcede: vt purificāte nos gratia tua: iſdē3 quibus famulamur myſterijs emundemur. Per dominū no-
mat. 24.d ſtrū. Cōio. Beatus ſeruus quē cum venerit dominus/ inuenerit vigilantem: amē dico vobis/ ſuper omnia bona ſua cōſtituet eū. In tpe paſcha All'a all'a. Poſtcōio.

REfecti queſum⁹ dn̄e deus noſter: vt diuinis myſterijs expiati/ intercedēte beato germano cōfeſſore tuo atq3 pōtifice: ad ſuperni plenitudinē ſacramēti/ cui⁹ libauim⁹ ſancta tēdam⁹. P d.

¶ Scē petronille v̄gis. Officiū

DIlexiſti iuſticiam et odiſti iniquitatē: ppterea vnxit te deus de⁹ tu⁹/ oleo leticie pre cōſortib⁹ tuis. In tpe paſcha. All'a all'a all'a. p̄s. p 44
Eructauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi. Gloria pr̄i. Oratio. Ibid

DEus qui btē petronille virginis tue aīam in celeſtibus collocaſti: fac nos eius interuentu a pctōꝝ nr̄oꝝ nexibus ſolui ⁊ ab omni ſemp aduerſitate defendi. Per. Epl̄a. Qui gloriatur. In cōi. fo. xiiij. Gr. Dilexiſti iuſti-
p 44 et oia infra. ciā ⁊ odiſti iniquitatē. ℣. Propterea vnxit te de⁹ de⁹ tuus oleo leticie. All'a. ℣. Specie tua ⁊ pulchritudine tua: intende proſpere procede ⁊ regna. Euange. Simile eſt regnū celoꝝ decē v̄. In cōi. fo. xv. Offr. Offerētur regi v̄gies poſt eā: proxime ei⁹ offerētur tibi. In tpe paſcha All'a. Secre.

SAcrificiū quod tue offerim⁹ maieſtati/ clemētiſſime de⁹ placat⁹ ſuſcipe: et p merita beate petronille glorioſe v̄ginis tue: preſentis vite ſubſidiū: ⁊ future felicitatē cōcede. P dn̄m. Cōio. Diffuſa eſt gratia in labijs tuis: ppterea bn̄dixit te de⁹ ineternū. In tēpore paſchali. All'a all'a. Poſtcōmunio.

PErceptis dn̄e ſalutarib⁹ alimētis poſſumus/ vt intercedēte beata petronilla virgine tua: p hec pficere ad gaudia mereamur eterna. Per dn̄m.

¶ Sācti nichomedis marty. Officiū

LEtabitur iuſtus in dn̄o et ſperabit in eo: ⁊ laudabuntur omēs recti corde. In tempore paſchali All'a all'a. p̄s. Exau- p. 63

Ibis di deus orationẽ meã cũ deprecor: a timore inimici eripe animam meam. Oratio.

Deus qui nos beati nichomedis martyris tui meritis et interceſſione letificas: concede propicius: vt qui eius beneficia poſcimus: dono tue gratie cõſequamur. Per. Epla. Beat⁹ vir qui
ps.xxx in ſapiẽ. In cõi.fo.iiij. Gr. Beat⁹ vir qui timet dñm: in mãdatis ei⁹ cupit nimis. ℣. Potens in terra erit ſemen eius: generatio
ps. 20 rectorũ benedicetur. Alla. ℣. Poſuiſti dñe ſuper caput eius: coronã de lapide precioſo. Euãge. Si quis vult poſt me. In cõi. fo.v. In tpe paſch. Ego ſum vitis vera.
Ibis In cõi.fo.i. Offer. In virtute tua dñe letabitur iuſtus: et ſup ſalutare tuũ exultabit vehemẽter deſideriũ aĩe ei⁹ tribuiſti ei. In tpe paſcha. Alla alla. Secreta.

Munera dñe oblata ſanctifica: et intercedẽte btõ nichomede martyre tuo/ nos p hec a peccatorũ noſtrorũ maculis emunda. Per dñm. Cõio. Poſuiſti dñe in capite eius: coronã de lapide precioſo. Poſtcommunio.

Supplices te rogamus oĩps deus: vt quos tuis reficis ſacramentis intercedẽte beato nichomede martyre tuo: tibi etiã placitis moribus dignanter deſeruire concedas. Per dominũ.

¶ Sanctorũ marcellini et petri martyrum. Officium.

ps. 33. Clamauerũt iuſti/ et dñs exaudiuit eos: et ex omnibus tribulationibus eorũ liberauit eos. In tepore paſch. alla. Ps.
Ibis Benedicam dominum in omni tempore: ſemper laus eius in ore meo. Oratio.

Deus qui nos annua beatorũ martyrum tuorum marcellini et petri ſolennitate letificas: preſta quęſumus vt quorũ gaudemus meritis/ prouocemur exemplis. Per dñm. Lectio libri apocalipſis beati iohãnis apoſtoli.

In diebus illis. Reſpondẽs vnus de ſenioribus: dixit michi. Hi qui 7 c amicti ſunt ſtolis albis: qui ſunt/ et vnde venerunt? Et dixi illi. Domine mi tu ſcis. Et dixit michi. Hi ſunt qui venerunt de tribulatione magna: et lauerunt ſtolas ſuas/ et dealbauerũt eas in ſanguine agni. Ideo ſunt ante thronũ dei et ſeruiũt ei die ac nocte in tẽplo ei⁹: et qui ſedet in throno/ habitabit ſup illos. Nõ eſurient neqz ſitiẽt ampli⁹: neqz cadet ſup illos ſol/ neqz vllus eſtus. Quoniã agnus qui ĩ medio throni eſt reget illos: et deducet eos/ ad vite fontes aquarũ. Et abſterget deus oẽm lachrymã ab oculis eorũ. Gr. Iuſtorum Sap 3. D anime in manu dei ſunt: et nõ tãget illos tormentũ malicie. ℣. Viſi ſunt oculis inſipiẽtiũ mori: illi autẽ ſunt in pace. Alla. ℣. Mirabilis dñs noſter in ſctis ſuis. Euange. Cũ audieritis. In cõi.fo.viij. In tẽpore paſcha. Ego ſum vitis vos palmi. In cõi.fo.i. Offer. Letamini in dño ps. 31. et exultate iuſti: et gloriamini omnes recti corde. In tẽpore paſcha. Alla. Secre.

Votiua dñe dona deferẽtes ĩ tuorũ martyrum marcellini et petri paſſiõe/ tuã magnificẽtiã veneramur: et per ea nobis imploram⁹ tue pietatis auxiliũ. Per. Cõio. Iuſtorũ aĩe in manu dei ſunt: Sap 3. A et nõ tãget illos tormẽtũ malicie. viſi ſunt oculis inſipientiũ mori: illi autem ſunt in pace. In tempore paſchali. Alleluya alleluya. Poſtcõmunio.

Protegat dñe quęſumus populũ tuum: et participatio celeſtis indulta cõuiuij: et deprecatio collata ſanctorum. Per dñm.

¶ Sancti bonifacij ſociorũqz eius marty. Officium.

psal. 144 Sancti tui domine benedicent te: gloriam regni tui dicent alleluya. Ps. Exaltabo te deus meus rex: et benedicam nomini tuo in ſeculum et in ſeculum ſeculi. Oratio.

OMnipotens ſempiterne de⁹: qui beato bonifacio ſocijſqz eius palmā martyrij cōtuliſti: p̄ſta nobis queſumus: eorū meritis indulgentiā: qui eis largiri dignatus es coronam. Per dominū. Epiſtola. Spectaculū facti. ps.33. In comuni fo. vij. Gr. Clamauerūt iuſti: et domin⁹ exaudiuit eos: ⁊ ex omnibus tribulationibus eorum liberauit eos. ỽ. Iuxta eſt dn̄s his qui tribulato ſunt corde: psal. 144 et humiles ſpiritu ſaluabit. Alla. ỽ. Sancti tui domine florebūt ſicut lilium: ⁊ ſicut odor balſami erunt ante te. Euangeliū. Cum perſequētur vos. In cōi fo. viij In tēpore paſchali. Euangeliū. Ego ſum vitis vos palmites. In cōi. fol. j. ps.88 Offer. Confitebūtur celi mirabilia tua domine: et veritatem tuam in eccleſia ſanctorum alleluya alleluya. Secreta.

OBlationē famulorū tuorū ſuſcipe oīpotens deus: quā tibi ſuppliciter deferim⁹ in honore beati bonifacij martyris tui ſociorūqz ei⁹: vt qui tibi ſemetipſos obtulerūt hoſtiam laudis in odorem ſuauitatis: eorum precibus vniti mereamur vnigenito filio tuo/ dn̄o nr̄o ieſu xp̄o. Qui tecū viuit ⁊ re. ps.32 Cōio. Gaudete iuſti in domino alleluya: rectos decet collaudatio alla. Poſtcōio.

TUa nos mīa de⁹: ꝓ hec ſacramenta que ſumpſim⁹ intercedēte btō bonifacio martyre tuo ſocijſqz eius: et ab oī ſurreptione vetuſtatis expurget et capaces ſcē nouitatis efficiat. P.

¶ Sanctorū medardi et gildardi epi.

psal. 131. SAcerdotes eius induant ſalutari et ſancti ei⁹ exultatione exultabūt. In tēpore paſcha. Alla alla. ps. Memēto dn̄e Ibid dauid et oīs manſuetudinis eius. Oro.

DEus qui ſanctā nobis huius diei ſolēnitatē/ in honore ſanctorum confeſſorū tuorū atqz pontificum medardi ⁊ gildardi cōſecraſti: adeſto familie tue precibus ⁊ dona: vt quorum feſta celebram⁹/ eorū merito et auxilio ſubleuemur. Per dn̄m. Epla. Plures facti ſunt. In cōi fo. xiij. Gr. Sacerdotes psal. 131. eius induant ſalutare: ⁊ ſancti ei⁹ exultatione exultabunt. ỽ. Illuc producam cornu dauid: paraui lucernam xp̄o meo. Alla. ỽ. Fulgebunt iuſti: et tanq̄ ſcintille in arūdineto diſcurrēt ī eternū. Euāge. Sap 3. A Sint lumbi. In cōi fo. xiij. In tpe paſchali euāgel. Ego ſum vitis vos palmites. In cōi fol. j. Offer. Exultabunt psal. 149 ſancti in gloria letabūtur in cubilibus ſuis: exultationes dei in faucibus eorū. In tēpore paſchali. Alleluya alla. Secreta.

REſpice dn̄e q̄s populum tuū ad tua ſacramēta currentē: et preſentem feſtiuitatē ſanctorū confeſſorū tuorū atqz pōtificū medardi ⁊ gildardi: vt qđ ī honore nōis tui detulerunt: cunctis ꝓficiat ad veniam. Per dn̄m. Cōio. Ego vos elegi de mūdo: vt eatis et Joh. 15. c fructum afferatis et fructus veſter maneat. In tpe paſchali. Alla alla. Poſtcōio.

GRatias tibi agimus dn̄e deus noſter: qui nos celeſti medela reparare dignat⁹ es da q̄s peccatis noſtris veniā: ſicut beatis cōfeſſoribus tuis/ atqz pōtificib⁹ medardo ⁊ gildardo dediſti ſedē pontificatus. Per dominū.

¶ In tranſlatione ſancti edmundi archiepiſcopi. Ad miſſam. Officium.

GAudeamus Eccl. oēs in dn̄o diē feſtū celebrantes ſub honore edmūdi preſulis: de cuius tranſlatione gaudēt angeli et collaudant filiū dei. ps. Exultate iuſti ps.32 ī dn̄o: rectos decet collaudatio. Oratio.

DEus qui nos beati edmundi confeſſoris tui atqz pōtificis tranſlationē celebrare cōcedis: te ſupplices exoram⁹: vt ei⁹ meritis ⁊ precib⁹/ a viciis ad virtutes: et a carcere tranſferamur ad regnū. Per. ¶ Memoria de martyribꝰ primo et feliciano. Oratio.

Hac nos q̄s dn̄e ſanctorū martyrū tuorum primi et feliciani ſemper feſta ſectari: quorū ſuffragiis protectionis tue dona ſentiamꝰ. Per do. Epl'a. Ecce ſacerdos magnꝰ qui in vita ſua.
p̄s.20 In cōi fo. xi. Gr. Dn̄e preueniſti eum in benedictionibꝰ dulcedinis poſuiſti in capite eius coronā de lapide precioſo. ℣. Vitā petiit et tribuiſti ei: longitudinem dierum
Eccl. in ſeculū ſeculi. Alla. ℣. Hic edmundus
vox. paup ⁊ modicus: celū diues ingreditur: hymnis celeſtibꝰ honoratur. Sequētia de cōi. Alma cohors. Euāgeliū. Homo qdā peregre. In cōi fol. xi. In tpe paſchali Euāgel. Ego ſū vitis vera. i cōi fo. i. Offer. Veritas mea et mīa mea cum ipſo: et in nomine meo exaltabitur cornu eius. In tēpore paſchali Alla. Secreta.

Deus qui panem et vinum in corpus tuum et ſanguinem/ celeſti benedictione conuertis: cōcede nobis per merita beati edmundi confeſſoris tui atq3 pontificis: vt ad tuam miſericordiam reuertentes: tuo beneplacito confirmemur. Per dn̄m noſtrū ieſu3.

¶ Alia ſecreta de martyribꝰ. Oratio.

Fiat tibi domine queſumꝰ hoſtia ſacranda placabilis precioſorum celebritate martyrum tuorum primi ⁊ feliciani: que per eorum merita glorioſa: et peccata noſtra purificet: ⁊ tuorū tibi vota conciliet famulorū. Per do.
Mat. Cōic. Beatꝰ ſeruꝰ quē cū venerit dn̄s/ in-
24 d uenerit vigilantē: amen dico vobis: ſuper omnia bona ſua conſtituet eū. In tēpore paſchali Alleluya alla. Poſtcōmunio.

Deus qui beatū edmūdū cōfeſſorē tuū atq3 pōtificē a ſuppliciis ad gaudia trāſtuliſti: tribue q̄s/ vt q̄ trāſlationē eiꝰ veneramur in terris: p eiꝰ patrociniū/ ad celeſtia trāſferamur. P.

¶ Alia poſtcōio de martyribus.

Queſumus omnip̄s deus: vt ſanctorū martyrum tuorum primi ⁊ feliciani celeſtibus myſteriis celebrata ſolennitas: indulgentiam nobis tue propiciationis acquirat. Per dominum.

¶ Sancti barnabe apoſtoli. Officiū.

Michi autē nimis honorati ſūt ami- pſal. 138.
ci tui deus: nimis cōfortatus eſt principatus eorū. P̄s. Domine Ibidē
probaſti me et cognouiſti me: tu cognouiſti ſeſſionē meā ⁊ reſurrectionem meā. Gloria patri. Sicut. Oratio.

Eccleſiam tuam queſumus domine beati barnabe apoſtoli tui cōmendet oratio: ⁊ pro ea interuentor exiſtat: quā doctrina ⁊ paſſione illuſtrat. Per dn̄m. Epl'a. Jam nō eſtis. In cōi
fo. i. Gr. Nimis honorati ſunt amici tui p̄s.
deus: nimis cōfortatus eſt principatꝰ eorū. 138.
℣. Dinumerabo eos: ⁊ ſup arenā multiplicabūtur. Alla. ℣. In omnem terrā exiuit p̄s.18
ſonus eorū: ⁊ in fines orbis terre v̄ba eorū. Sequētia. Alleluya nūc decantent. In cōi fol. ii. Secundum Johannem.

In illo tpe. Dixit ieſus diſcipulis 15 B
ſuis. Hoc eſt preceptum meū: vt diligatis inuicē ſicut dilexi vos. Maiorē hac dilectionē nemo habet: vt animā ſuam ponat quis pro amicis ſuis. Vos amici mei eſtis: ſi feceritis q̄ ego precipio vobis. Jam non dicā vos ſeruos: quia ſeruꝰ neſcit quid faciat dn̄s eius. Vos autē dixi amicos: quia oīa quecūq3 audiui a patre meo: nota feci vobis. Non vos me elegiſtis: ſed ego elegi vos/ et poſui vos vt eatis et fructū afferatis: ⁊ fructus veſter maneat. Vt quodcūq3 petieritis patrē i noīe meo
det vobis. Credo. Offer. Michi autem p̄s 138
nimis honorificati ſūt amici tui deꝰ: nimis confortatus eſt principatꝰ eorū. Secreta.

Placationis tibi domine ſacrificiū in hac beatiſſimi barnabe apoſtoli tui ſolēnitate deferimus: cuius nos precibꝰ hec redēptionis nr̄e suffragia/ et itelligere q̄s cōcedas ⁊ assequi. p d̄.

mat. 19. d Prefatio. Et te dn̄e. Cōio. Uos q̄ secuti estis me: sedebitis super sedes iudicantes duodecim tribꝰ israel/dicit dn̄s. Postcōio.

Sacramēta celestia q̄ p bti barnabe apl̄i tui passione dn̄e tue obtulimꝰ maiestati: ipsius nobis q̄s fiant itercessione salutaria: in cuiꝰ natalicio sunt pcepta. Per. ¶ Sctōꝝ basilidis cirini/naboris/et nazarij mar. Offm̄.

psal. 78. Intret in cōspectu tuo dn̄e gemitus cōpeditorū: redde vicinis nr̄is septuplum in sinu eorum vindica sanguinē sanctorū tuorū qui effusus est. ps. Deus venerunt gentes in Ibidē hereditatē tuā polluerūt tēplū sanctū tuū: posuerūt hierusalē i pomoꝝ custodiā. Or.

Sanctorū martyrū tuoꝝ basilidis cirini/naboris/et nazarij/ q̄s dn̄e natalicia nobis votiua resplendeāt: et qd̄ illis cōtulit excellētia sempiterna/ fructibꝰ nr̄e deuotiōis accrescat. p do. Epl̄a. Iustorū aie. In cōi. fo. vi. Gr.

psal. 78. Uindica dn̄e sanguinē sctōꝝ tuoꝝ/ q̄ effusus est. ℣. Posuerūt mortalia seruoꝝ tuorū escas volatilibꝰ celi: carnes sctōꝝ tuoꝝ bestiis terre. Alla. ℣. Iusti epulētur ⁊ exultent in conspectu dei: ⁊ delectētur i letitia. Euāgeliū. Ecce ego mitto. In cōi. fo. lj. Offr.

psal. 149 Exultabunt sancti in gloria: letabūtur in cubilibus suis: exultationes dei in faucibus eorum. Oratio.

Da nobis q̄s dn̄e pure deuotionis affectū: ⁊ sctōꝝ martyꝝ tuoꝝ basilidis/cirini/naboris/⁊ nazarij intercessionibꝰ: etiā nr̄a munera ppiciꝰ intuere. p do. Cōio.

psal. 78. Posuerūt mortalia seruorū tuoꝝ dn̄e/escas volatilibꝰ celi: carnes sctōꝝ tuoꝝ bestiis terre: scd̄m magnitudinē brachij tui posside filios mortificatorum. Postcōio.

Diuinis sacramētis refecti q̄s dn̄e deꝰ noster: vt sanctorū martyrū tuorū basilidis/cirini/naboris/⁊ nazarij intercessionibus: gaudijs mereamur interesse celestibꝰ. P.

¶ Sancti basilij epi ⁊ cōfesso. Offm̄.

Statuit ei dominus testamētū pacis/⁊ principem fecit eū: vt sit illi sacerdotij dignitas in eternū mat. 45 d ps. Misericordias domini in eternum cantabo. ps. 88 Oratio.

Deus qui beatū basiliū cōfessorē tuū doctorē pcipuū/catholiceqꝫ fidei pdicatorē eligere dignatꝰ es: p̄sta q̄s: vt ipso p nobis intercedēte pctōꝝ nostrorū mereamur erui malis: et tibi dn̄o sinceris mentibꝰ deseruire. p do. Epl̄a. Ecce sacerdos. in cōi fo. x. Gr.

Dn̄e pūenisti eū in bn̄dictiōibꝰ dulcedinis ps. 20 posuisti i capite eiꝰ coronā de lapide pcioso. ℣. Uitā petijt ⁊ tribuisti ei: lōgitudinē dierum in seculū seculi. Alla. ℣. Iustus germinabit sicut liliū: ⁊ florebit in eternū ante dn̄m. Euāg. Homo q̄dā pe. i cōi. f. xj. Offr.

Ueritas mea ⁊ misericordia mea cū ipso: ⁊ ps. 88 in noīe meo exaltabitur cornu eius Secr.

Sancti basilij confessoris tui atqꝫ pontificis supplicatione munus oblatum: domine quesumus/fiat nobis i perpetuum salutare. Per. Cōio.

Beatus seruus quem cum venerit dominꝰ inuenerit vigilantē: amen dico vobis: super oīa bona sua constituet eum. Postcōio.

Sumptū dn̄e celestis remedij sacramētū: ad ppetuā nobis puenire gratiā/bti basilij cōfessoris tui atqꝫ pōtificis obtineat itercessio gl'iosa. p.

¶ Sanctorū viti et modesti atqꝫ crescentie martyrum. Officium.

Iusti epulētur et exultent in conspectu dei: ⁊ delectent̄ ps. 67. in leticia. ps. Exurgat Ibidē deꝰ ⁊ dissipent̄ inimici eiꝰ et fugiāt qui oderūt eū a facie eiꝰ. Oratio.

Concede qs omnipotens deus: ut sanctorum martyrum tuorū viti et modesti atq₃ crescentie/quorum celebramus victorias: participemur ꝑ premiis. Per dn̄m. Ep̄la. Iusti autem. ps.33 In cōmuni fol. vj. Gr. Clamaverunt iusti et dominus exaudivit eos: ꝛ ex omnibus tribulationibus eorum liberavit eos. Ibid ℣. Iuxta est dominus his qui tribulato sunt corde: et humiles spiritu salvabit. Alleluia. ℣. Mirabilis dominus noster in sanctis suis. ¶ Secundum Lucam.

11.G In illo tēpore. Dicebat iesus turbis iudeorū et principibus phariseorum. Ue vobis qui edificatis monumenta prophetarū: patres autē vestri occiderunt illos. Profecto testificamini ꝙ consentitis operib⁹ patrum vestrorū. Quoniā quidē ipſi eos occiderunt: vos autē edificatis eorum sepulchra. Propterea et sapientia dei dixit. Mittam ad eos prophetas et apostolos: et ex illis occident/ꝛ persequentur: ut inquiratur sanguis oim̄ ꝓphetarum qui effusus est a constitutione mundi/a generatione ista: a sanguine abel iusti/ usq₃ ad sanguinem zacharie: qui periit inter altare ꝛ edem. Ita dico vobis: requiretur ab hac generatione. Ue vobis legisperitis: qui abstulistis clavē scientie: ꝛ ipſi nō introistis: ꝛ eos qui introibant prohibuistis. Cū hec ad illos diceret ceperūt pharisei ꝛ legisperiti graviter insistere: et eos eius opprimere/de multis insidiātes ei. Et querentes capere aliquid ex ore eius: ut accusarent eū. Offer. ps.5 Gloriabuntur in te oēs qui diligunt nomē tuū: qm̄ tu dn̄e bñdices iusto: dn̄e ut scuto bone voluntatis tue coronasti nos. Secreta.

Propicius esto dn̄e supplicationibus nostris: ꝛ populi tui oblationib⁹ ꝑcibusq₃ susceptis: intercessione sanctorū martyrū tuoꝝ viti ꝛ modesti atq₃ crescētie/nr̄a ad te corda converte: ut a terrenis cupiditatib⁹ liberi: ad celestia desideria transeamus. Per dn̄m. Cōio. Anima nostra sicut passer erepta est psal. 123. de laqueo venantium: laqueus contritus est/et nos liberati sumus. Postcōmunio.

Salutaris alimonie participatione refectos: beatorū martyrū tuorū viti ꝛ modesti atq₃ crescentie: nos dn̄e qs ubiq₃ defēsiōe custodi: quorū hodie voluisti nos tēporali solēnitate gaudere. P. ¶ Trāslatio scti ricardi. Offiū.

Statuit ei dominus testamentū pacis/ꝛ principem fecit eū: ut sit illi sacerdotij dignitas ineternū. Eccl. 25. D ps. Misericordias domini in eternum cantabo. ps.88 Oratio.

Deus qui nos translationē beatissimi cōfessoris tui atq₃ pōtificis ricardi solēniter celebrare concedis: tribue nobis qs ei⁹ meritis et precib⁹ a mundi huius transire miseria: et ad gaudia pervenire celestia. Per dn̄m. ¶ Memoria de mar. cirico ꝛ iulita. Oro.

Exaudi nos dn̄e de⁹ noster: cū sanctorū martyrū tuorū cirici ꝛ iulite matris ei⁹ tibi patrocinio supplicātes: ut quorū celebram⁹ triūphū: possimus retinere cōstantiā. Per. Ep̄la. Ecce sacerdos magn⁹ q̄ in dieb⁹ suis. In cōi. fo. x. Gr. ps.20 Dn̄e pvenisti eum in benedictionibus dulcedinis: posuisti in capite eius coronā de lapide precioso. ℣. Vitā petiit ꝛ tribuisti ei: lōgitudinem dierum in seculum seculi. Alleluia. ℣. Iustus germinabit Esa. sicut liliū: ꝛ florebit ineternum ante dn̄m. 25. Sequētia. Adest nobis dies alma. In cōi fo. x. Euā. Hō qdā pe. In cōi fo. xj. Offer. Veritas mea ꝛ misericordia mea cū ipso: ꝛ ps.88 in noīe meo exaltabitur cornu eius. Secr.

Offerim⁹ tibi dn̄e preces ꝛ munera suppliciter exorātes ut intercessiōe beati ricardi cōfessoris tui atq₃ pōtificis/cui⁹ trāslationis solēnia colim⁹ a vitiis absoluti: et a carcere trāsferamur ad regnū. P.

¶ Alia ſecreta de martyꝛibus.

OFferimus tibi dñe fidelium tuoꝝ dona ſolennia ſanctoꝛū martyꝛū tuoꝛum cirici et iulite interceſſionibꝰ cōfidētes: vt qđ nos exequimur minꝰ idonea ſeruitute: illoꝛū potiꝰ meritis efficiamur acceptū. Per dñm. Cōio.

at. Beatus ſeruus/ quē cum venerit dñs inuenerit vigilantē: amen dico vobis ſuper om- 4. D
nia bona ſua conſtituet eum. Poſtcōio.

PEr hec ſacramenta dñe que ſumpſimus: ⁊ per interceſſionē ſancti pontificis tui ricardi: cuius tranſlationis diē deuote celebꝛamus: te ſupplices depꝛecamur: vt ipſius meritis et interceſſione a tenebꝛis huius vite/ ad lucē perpetuā nos tranſferre digneris. Per dñm. Alia de martyꝛibus.

PLebs tua domine per hec ſancta que ſumpſimus/ capiat ſacre benedictionis augmētū: et interceſſione ſanctoꝛū martyꝛū tuoꝛū cirici ⁊ iulite: copioſis beneficioꝛum tuoꝛum ſemp ſubleuemur auxilijs. Per dominum.

¶ Sanctoꝛum marci et marcelliani martyꝛum.

Officium.

.36 SAlus autem iuſtoꝛum a domino: et pꝛotectoꝛ eoꝛū eſt in tempoꝛe tribula-
Ibid tionis. ps. Noli emulari in malignantibus/ neq; zelaueris facientes iniquitatem. Oratio.

PReſta queſumus oīpotens deus vt qui ſanctoꝛum martyꝛum tuorum marci et marcelliani natalicia colimus: a cunctis malis imminentibus eoꝛum interceſſionibus liberemur. P.

Epla. Lingua ſapientū. In cōi. fo. vij.

Sap. Gr. Iuſtoꝛum anime in manu dei ſunt: ⁊
3. non tanget illos toꝛmentū malicie. ℣. Viſi ſunt oculis inſipientium moꝛi: illi autē ſunt in pace. All'a. ℣. Reddet deus mercedem laboꝛum ſanctoꝛum ſuoꝛū: et deducet illos in via mirabili. Euāgelium. Videte ne quis. In cōi. fo. ix. Offer. Anima noſtra psal.
ſicut paſſer erepta eſt/ de laqueo venātiū: la- 123.
queꝰ ꝯtritꝰ eſt: ⁊ nos liberati ſumꝰ. Secr.

PReueniat nos queſumus domine gratia tua ſemper ⁊ ſubſequatur et has oblationes quas pꝛo peccatis noſtris nomini tuo conſecrandas offerimꝰ/ benignus aſſume: vt per interceſſionem ſanctoꝛum martyꝛū tuoꝛum marci et marcelliani: cunctis pꝛoficiat ad ſalutem. Per dominū. Cōio.

Amen dico vobis: quod vni ex minimis meis feciſtis/ michi feciſtis: venite benedicti patris mei: poſſidete pꝛeparatum vobis regnum ab initio ſeculi. Poſtcōmunio.

VT percepta nos domine ſancta viuificent: ſanctoꝛum martyꝛū tuoꝛū marci et marcelliani merita glorioſa nos adiuuent. Per dñm noſtrū.

¶ Sanctoꝝ geruaſij ⁊ pꝛthaſij. Offi.

LOquetur do- psal.
minus pacem in ple- 48.
bem ſuam/ et ſuper ſanctos ſuos: et i eos q̄ ꝯuertunt ad ipſuz.
ps. Benedixiſti dñe ter- Ibid
ram tuā: auertiſti captiuitatē iacob. Oro.

DEus qui nos annua ſanctoꝛum martyꝛum tuoꝛum geruaſij/ et pꝛothaſij ſolennitate letificas: cōcede pꝛopiciꝰ: vt quoꝝ gaudemꝰ meritis: accendamur exēplis. P d. Ad Romanos

FRatres. Scimus quoniam dili- 8. F
gentibus deum omnia cooperantur in bonum: his qui ſecundum pꝛopoſitum vocati ſunt ſancti. Nā quos pꝛeſciuit: et pꝛedeſtinauit conformes fieri imaginis filij ſui: vt ſit ipſe pꝛimogenitus in multis fratribꝰ. Quos autem pꝛedeſtinauit: hos et vocauit. Et quos vocauit: hos et iuſtificauit. Quos autem iuſtificauit: illos et magnificauit. Quid ergo dicemꝰ ad hec? Si deus pꝛo nobis: quis contra nos? Qui etiam pꝛopꝛio filio ſuo nō peper-

cit: ſed pro nobis omnibus tradidit il-
Exo. 15. A lum. Gr. Glorioſus deus in ſanctis: mirabilis in maieſtate faciens prodigia. ℣. Dextera tua domine glorificata eſt in virtute: dextera manus tua cõfregit inimicū. Alleluya. ℣. Sancti et iuſti in domino gaudete: vos elegit deus in hereditatē ſibi.

¶ Euangelium. Scdm. Marcum.

13. B In illo tēpore. Egrediente ieſu de templo: ait illi vnus ex diſcipulis ſuis. Magiſter: aſpice quales lapides et quales ſtructure. Et reſpõdens ieſus/ait illi. Vides has om̄es magnas edificationes? Non relinquetur lapis ſuper lapidem: qui non deſtruatur. Et cum ſederet in monte oliuarū contra templum: interrogabāt eum ſeparatim petrus/et iacobus/et iohannes/et andreas. Dic nobis quādo iſta fiēt: et quod ſignum erit quādo hec omnia incipient conſummari? Et reſpõdens ieſus/cepit dicere illis. Videte ne quis vos ſeducat. Multi enim venient in nomine meo dicentes quia ego ſum: & multos ſeducent. Cum autem audieritis bella/et opiniones bellorū: ne timueritis. Oportet enim hec fieri: ſed nondum finis. Exurget enim gens contra gentem/& regnum ſuper regnum: et erunt terremotus per loca/& fames. Initium dolorum hec. Videte autem voſmetipſos. Tradent enī vos in conciliis/et in ſynagogis vapulabitis: et ante preſides et reges ſtabitis propter me/in teſtimonium illis. Et in omnes gentes primum oportet predicare euāgelium. Et cum duxerint vos tradentes: nolite precogitare quid loquamini: ſed quod datum fuerit vobis in illa hora/id loquamini. Non enī vos eſtis loquētes: ſed ſpiritus ſanctꝰ. Tradet autem frater fratrem in mortem: & pater filium: et conſurgent filii in parentes: & morte afficiēt eos. Et eritis odio omnibus propter nomen meum. Qui autē ſuſtinuerit in finē: hic ſaluꝰ erit.

Offer. Letamini in dño et exultate iuſti: et glorianimi oēs recti corde. ps. 3 Secreta.

Hoſtias tibi domine laudis offerimus: quas beatis martyribꝰ tuis geruaſio/et prothaſio contuliſti: vt et pro tuo nomine mori non pauerent: et ſempiterna gloria fulgeāt interempti. Per dñm. Cõio. Poſuerunt mortalia ſeruorum tuorum domine eſcas volatilibus celi: carnes ſanctorū tuorum beſtiis terre: ſecundum magnitudinem brachii tui poſſide filios mortipunitorum. psal. 78. Poſtcõio.

Benedictio tua domine queſumꝰ per hec ſancta myſteria tuorum impleat corda fideliū: vt et ſanctorum martyrum tuorū geruaſii et prothaſii honorificent paſſiones: et remedia ſalutis eterne que expetunt/eiſdem patrocinantibꝰ aſſequantur. Per dñm.

¶ In tranſlatione ſancti edWardi regis & martyris. Ad miſſam. Officiū.

Gloria & honore coronaſti eum/et conſtituiſti eū ſup opera manuū tuarū. ps. Dñe dñs noſter: q̄ admirabile eſt nomen tuum in vniuerſa terra. Oratio.

Deus eterni triumphator imperii: familiam tuam propicius reſpicē/tranſlationem regis celebrantem edWardi: et preſta: vt ſicut illum munere glorificare dignaris celeſti: ita nos eius obtentu eterne felicitati facias dignanter aſcribi. Per dominū noſtrū. Epla. Beatus vir qui inuentꝰ. In cõi fo. iiii. Gr. Poſuiſti dñe ſuper caput eiꝰ: coronā de lapide precioſo. ℣. Deſiderium anime eiꝰ tribuiſti ei: & voluntate labiorū eius non fraudaſti eū. Alleluya. ℣. Beatus vir qui ſuffert tentationē: quoniam cum probatꝰ fuerit accipiet coronā vite. Si dixit. ic. vz. Sequentia. Organicis canamꝰ In cõi. fo. iiii. Euange. Si quis venit ad. In cõi. fo. v. Offer. Poſuiſti dñe in capi.

te eiꝰ coronã de lapide precioſo: vitã petijt a te et tribuiſti ei alleluya. Secreta.

INtuere queſumus domine deꝰ ad noſtre humilitatis hoſtiam tibi in honore ſancti martyris tui ac regis edWardi oblatam: quam tibi ſacram oblationem mirabili diſpenſatione efficere voluiſti: et concede nobis illius precibus ita innocenter viuere: vt ad eterna mereamur gaudia peruenire. Per dñm. nat. 5. d Cõio. Qui vult venire poſt me abneget ſemetipſum: et tollat crucem ſuam et ſequatur me. Poſtcõmunio.

SAncta tua nos domine ſumpta purificent: et beato martyre tuo ac rege edWardo intercedente ad perpetue beatitudinis conſortium perducant. Per dominũ noſtrũ ieſum xp̃m.

¶Sancti albani prothomartyris anglorum. Ad miſſam. Officium.

p̃.20 IN virtute tua dñe letabitur iuſtus: et ſuper ſalutare tuũ exultabit vehementer: deſideriũ aĩe eius tribuiſti ei. Ibid Ps. Qm̃ preueniſti euʒ in bñdictionibus dulcedinis: poſuiſti in capite eius coronã de lapide p̃cioſo. Oratio.

DEus qui hunc diem beati albani martyrio conſecraſti: tribue queſumus: vt cuius annuo gratulamur officio: eius continuo foueamur auxilio. Per dñm. ¶Lectio libri ſapientie.

4.B IUſtus ſi morte preoccupatus fuerit: in refrigerio erit. Senectus enim venerabilis eſt non diuturna: neqꝫ numero annorũ cõputata. Cani autẽ ſunt ſenſus hominis: et etas ſenectutis vita immaculata. Placens deo factus dilectus: et viuens inter peccatores tranſlatꝰ eſt. Raptus eſt ne malicia mutaret ĩtellectũ illiꝰ. Cõſũmatꝰ in breui expleuit tẽpora multa. Placita eñi erat deo aĩa illiꝰ. Propter hoc properauit educere illũ de medio iĩquitatis: qm̃ gr̃a dei et mĩa eſt in ſctõs eiꝰ: et reſpectꝰ in electos illiꝰ. Gr. Beatꝰ vir qui timet dñm: in mãdatis eiꝰ cupit nimis. pſal. 111. V. Potẽs i terra erit ſemẽ eiꝰ: gñatio rectorũ bñdicet. Alla. V. Poſuiſti dñe ſup caput eiꝰ: coronã de lapide p̃cioſo. Sequentia

EIa gaudẽs caterua ouanter eya. Pange ſonora dño cãtica illiꝰ: et enarra magnalia. Ex toto corde/ex tota virtute/ex tota aĩa: xp̃o iubila. Qui eſt ſanctoꝝ vita/virtꝰ glĩa/premiũ corona. Cuiꝰ pietas larga/comit aurea albanũ laurea. Cuiꝰ precellẽs gr̃a: expurgauit eiꝰ crimina. Eius et cornu p ſecla: exaltat i magna glĩa. Cũ eñi pcepiſſet diua munera. Sãcte religionis dona myſtica. Aſpernẽs idolatrã regẽ ſpernit idola. Et cũ iã duceretẽ mortis ad ſupplicia. Prece fugans flumina. Per fluuij glareas: ſicca trãſiuit ſemita. Pari quoqꝫ gr̃a. Grata fontis munera: terra pdurit arida. Poſt hec inclyta albane pater opa. Linquens hec terreſtria. Scãdis cũ glĩa: celoꝝ diadema. Te nũc petimꝰ patrone p̃ce ſedula Qui es noſtra vera glĩa. Solue precũ votis ſeruorũ ſcelera. Exorta pro gente anglica: et pro eiꝰ pace eterna. Ter dicitur V. predictus. Et nobis tibi ſupplicibus: vite vera impetra gaudia. Ubi ſonat iugiter alleluya. Euãgeliũ Si q̃s vult poſt me. i cõi fo. iiij. Offer. p̃.20 In virtute tua dñe letabitur iuſtus/et ſup ſalutare tuũ exultabit vehementer: deſiderium anime eius tribuiſti ei. Secreta.

SIcut i beati albani martyris tui venerationẽ te mirabilẽ predicamus: ſic dñe clementiam tuã/ per hec pie placationis officia: pro nobis queſumus ipſe pius interuentor exiſtat. Per dñm nr̃m ieſum. Cõio. Magna eſt gloria eiꝰ i ſalutari tuo: gloriã et magnũ decorẽ impones ſuper eũ dñe. p̃.88 Poſtcõio.

UT tua nos domine ſacramenta purgent a crimine: ſanctã maieſtatem tuã queſumus beatus martyr albanus ſemper imploret. Per dñm.

❡ In vigilia ſancti Johannis baptiſte. Ad miſſam. Officium.

Luce 1, A Ne timeas zacharia exaudita eſt oratio tua: et elizabeth vxor tua pariet tibi filium: et vocabis nomen eius iohannem: et erit magnus coram domino: et ſpiritu ſancto replebitur adhuc ex vtero matris ſue: et multi in natiuitate eiꝰ gaudebunt. ps. 20 ps. Domine in virtute tua letabitur rex: et ſuper ſalutare tuum exultabit vehementer. Gloria patri. Oratio.

Preſta queſumus oīpotens deus vt familia tua per viam ſalutis incedat: et beati iohānis chriſti precurſoris hortamēta ſectādo: ad eū quē predixit ſecura perueniat dñm noſtrū ieſum chriſtū filiū tuū. Qui tecū viuit.

❡ Memoria de ſctā ethelreda. Oro.

Deus qui nos hodie beate etheldrede virginis tue annua ſolennitate letificas: concede propicius: vt eius adiuuemur meritis/ cuius caſtitatis irradiamur exemplis. Per dñm.

❡ Lectio Hieremie prophete.

1, A In diebus illis. Factum eſt verbū dñi ad me dicens. Priuſq̄ te formarem in vtero noui te: et anteq̄ exires de vulua ſanctificaui te: ꝛ ꝓphetā in gentibus dedi te. Et dixi. A a a domine deus. Ecce neſcio loqui: q2 puer ego ſum. Et dixit dñs ad me. Noli dicere quia puer ſum: quoniā ad omnia que mittam te/ ibis: et vniuerſa q̄ mādauero tibi/ loqueris. Ne timeas a facie eorum: q2 ego tecum ſum vt eruam te/ dicit dñs. Et miſit dñs manū ſuā: ꝛ tetigit os meum. Et dixit ad me. Ecce dedi verba mea in ore tuo. Ecce cōſtitui te hodie ſuper gentes/ et ſuper regna: vt euellas/ et deſtruas/ et diſperdas/ et diſſipes/ et edifices/ et plantes. Joh. Dicit dominus omnipotens. Grad.

1, B Fuit homo miſſus a deo: cui nomē erat iohannes hic venit. ℣. Vt teſtimoniū perhiberet de lumine: et parare domino plebem perfectā. Si dñica fuerit dicitur Alla. ℣. Tu puer propheta altiſſimi vocaberis/ Lu preibis ante dominum parare vias eius. 1, B

❡ Initiū ſancti euāgelij ſcḋm lucā.

Fuit in diebꝰ herodis regis iudee 1, ſacerdos quidam nomine zacharias/ de vice abia: et vxor illius de filiabus aaron: et nomen eius elizabeth. Erant autem iuſti ambo ante deum. incedentes in omnibus mandatis et iuſtificationibus dñi ſine querela. Et non erat illis filius: eo quod eſſet elizabeth ſterilis: et ambo proceſſiſſent in diebus ſuis. Factum eſt autem cū ſacerdotio fungeretur zacharias in ordine vicis ſue ante deum/ ſcḋm conſuetudinem ſacerdotij: ſorte exiit vt incēſum poneret/ ingreſſus in templū dñi. Et omnis multitudo ppli: erat orans foris hora incēſi. Apparuit autem illi angelus domini/ ſtans a dextris altaris incenſi. Et zacharias turbatus eſt videns: et timor irruit ſuper eum. Ait autem ad illū angelus. Ne timeas zacharia: quoniā exaudita eſt deprecatio tua: et vxor tua elizabeth pariet tibi filium: ꝛ vocabis nomen eius iohannē. Et erit gaudiū tibi et exultatio: ꝛ multi in nauitate eiꝰ gaudebunt. Erit enī magnus coram dño: vinum et ſicerā non bibet. Et ſpiritu ſancto replebit adhuc ex vtero matris ſue et multos filiorum iſrael/ conuertet ad dñm deū ipſorum. Et ipſe precedet ante illū in ſpiritu et virtute helye: vt conuertat corda patrum in filios: et incredulos ad prudentiam iuſtorum. Parare domino: plebem perfectam. Offer. Gloria et honore coronaſti eū: et conſtituiſti eū ſuꝑ ps. 8 opera manuū tuarum domine. Secreta.

Da q̄s oīs deꝰ: vt ſicut beatus iohannes baptiſta aſtruxit: agnus ille tuꝰ qui preſentibꝰ myſterijs declaratꝰ eſt: pctā nr̄a ſemꝑ emūdet. Q̄ tecū.

¶ Alia ſecreta de ſancta etheldreda.

Que in hoc altari dñe ꝓpoſita oculis tue maieſtatis offerimus: ſancte etheldrede ꝟginis tue ſupplicationibus queſumus propiciatus aſſume ps.88 Per. Cōio. Magna eſt gloria eius in ſalutari tuo: gloriam ꝛ magnū doctorem impones ſuper eum domine. Poſtcōio.

Beati iohannis baptiſte nos dñe preclara comitetur oratio: ꝛ quē venturū eſſe predixit poſcat nobis fore placatū: dñm nr̄m ieſum xp̄m.

¶ Alia poſtcōio de ſancta etheldreda.

Queſumꝰ oſs deus: vt qđ de mēſa celeſti percepimus: intercedente beata etheldreda virgine tua noſtros ſemper ad te trahat affectus. Per do.

¶ In die ſctī iohānis baptiſte. Offīm

Esa. 49 a De vētre matris mee vocauit me dñs noīe meo: et poſuit os meū vt gladium acutū: ſub tegumēto manus ſue ꝓtexit me: poſuit me ps.91. quaſi ſagittā electā. ps. Bonū eſt cōfiteri dño: ꝛ pſallere noī tuo altiſſime. Oratio

Deus qui preſentē diē honorabilē nobis in beati iohānis natiuitate feciſti: da populis tuis ſpiritualiū gratiā gaudioꝝ/ ꝛ oīm fideliū mentes dirige in viā ſalutis eterne. Per dñm noſtrum. ¶ Lectio eſaie prophete.

psal. 49 a Audite inſule: et attendite populi de longe. Dñs ab vtero vocauit me: de vētre matris mee recordatꝰ eſt noīs mei. Et poſuit os meū quaſi gladiū acutū: in vmbra manus ſue protexit me: ꝛ poſuit me ſicut ſagittā electā In pharetra ſua abſcondit me: ꝛ dixit michi. Seruꝰ meus es tu iſrael: qꝛ in te gloriabor. Et nūc hec dicit dñs/ formās me ex vtero ſeruū ſibi. dedi te in lucē gentiuꝫ: vt ſis ſalus mea vſqꝫ ad extremū terre. Reges videbūt/ ꝛ conſurgēt principes: ꝛ adorabūt dñm deū tuū: ꝛ ſanctū iſrael qui elegit te. Gr. Hiere. Priuſqȝ te formarē in vtero noui te: ꝛ āteqȝ exires de vētre ſanctificaui te. ℣. Miſit do- r. B minꝰ manū ſuā ꝛ tetigit os meū: ꝛ dixit michi. Eccl. Alla. ℣. Inter natos mulierū: non ſurrexit maior iohāne baptiſta. Sequētia

Sancti baptiſte xp̄i preconis. Solēnia celebrātes moribus ipſū ſequamur. Ut ad vitā quā predixit: aſſeclas ſuos perducat. Deuoti te ſanctiſſime hominū amice ieſu xp̄i flagitamꝰ vt gaudia percipiamus. Sequēs ℣. dr in natiuitate eiuſdē tm̄. Apparenſqꝫ zacharie gabriel repromiſit qui tuā celebrarent obſequijs natiuitatem. Sequēs ℣. dr in decollatione eiuſdem tm̄. Maxima que dantur ſanctis in celo qui martyrij tui ꝫgaudemus victorijs in die iſta. Ut per hec feſta eterna gaudia adipiſcamur. Qua ſācti dei ſacris delicijs leti cōgaudent. Tu qui preparas fidelium corda. Ne quid deuiū vel lubricū deus in eis inueniat. Te depoſcimus vt crimina noſtra. Et facinora continua prece ſtudeas abſoluere. Placatus. Ut ipſe ſuos. Sēper miſerere. Fideles. Et māſionē. In eis facere. Dignetur. Ut agni veſtere quem tuo digito. Mūdi mōſtraueras tollere crimina nos velit induere. Ut ipſum mereamur angelis aſſocij. In alba veſte ſequi per portā clariſſimā. Amice chriſti iohannes. Iſte vltimus ℣. dicitur ter/ in vtroqꝫ feſto.

¶ Euangelium ſecundum Lucam.

In illo tēpore. Elizabeth impletū r. F eſt tempus pariendi: ꝛ peperit filium. Et audierūt vicini ꝛ cognati eius quia magnificauit dñs miam ſuaꝫ cū illa: ꝛ cōgratulabātur ei. Et factū eſt in die octauo venerūt circūcidere puerum: et vocabant eum nomine patris ſui zachariā. Et reſpōdēs mater eius dixit. Nequaqȝ: ſed vocabitur iohannes. Et dixerunt ad illam: quia nemo eſt in cogitatione tua/qui vocetur hoc nomine. Innuebāt autem patri eius/ quē vellet vocari eū. Et poſtulās pugillarē: ſcripſit dicēs. Johānes eſt nomen eius. Et mirati ſunt vniuerſi. Apertū eſt aūt illico os eius/et lingua eius: ⁊ loquebatur benedicēs deū. Et factus eſt timoꝛ ſuper oēs vicinos eoꝝ ⁊ ſuper oīa montana iudee/diuulgabātur oīa verba hec. Et poſuerunt oēs qui audierāt in coꝛde ſuo dicentes. Quis putas puer iſte erit? Etenim manus dñi erat cuꝫ illo. Et zacharias pater eius impletus eſt ſpū ſancto: et ꝓphetauit dicens. Bñdictus dñs deꝰ iſrael: quia viſitauit ⁊ fecit redēptionē ħ.91. plebis ſue. Credo. Offer. Juſtus vt palma floꝛebit: ſicut cedꝛꝰ que in libano eſt multiplicabitur. Secreta.

Tua nos dñe mūeribꝰ altaria cumulamꝰ/illius natiuitatē honore debito venerātes ⁊ opē nobis affoꝛe depꝛecātes/qui ſaluatoꝛē mūdi ⁊ cecinit affuturū: ⁊ adeſſe mōſtrauit ꝑſentem: ieſum xp̄m filiū tuū. Qui tecum. Luce 1. Pꝛefatio quoti. Cōio. Tu puer pꝛopheta altiſſimi vocaberis: pꝛeibis enim ante faciē dñi parare vias eius. Poſtcōio.

Sumat eccl'ia tua deꝰ/beati iohannis baptiſte gn̄atione leticiā: per quē ſue regn̄ationis cognouit auctoꝛē dñm noſtrū ieſuꝫ xp̄m filiū tuū. Qui tecū. Per totas octa. dꝛ eadē miſſa de ſancto iohāne: niſi feſtū intercurrat: ⁊ niſi in dñica ſed ſine Sequētia ⁊ Credo. ⁊ niſi miſſa Salus popu. vel miſſa dñicalis ex neceſſitate cātāda fuerit ⁊ qn̄ dꝛ miſſa de feſto loci/ vel de ſācta vgi. maria. ¶ Sctoꝝ Johānis ⁊ pauli martyꝛū. Ad miſſam. Officium.

ħ.33. Multe tribulationes iuſtoꝝ: et de his omnibus liberauit eos dñs: dñs cuſtodit oīa oſſa eoꝝ: vnū ex his nō cōteretur. Ps.

Ibid Benedicam dominum in omni tēpoꝛe: ſemper laus eius in oꝛe meo. Oratio.

Queſumꝰ oīs deus: vt nos geminata leticia hodierne feſtiuitatis excipiat: que de beatoꝝ iohānis ⁊ pauli gloꝛificatione pꝛocedit: quos eadē fides ⁊ paſſio vere fecit eſſe germanos. Per dñm. ¶ Memoꝛia de ſctō iohanne baptiſta. vt̄s. Epl'a. Hi ſunt viri. ħ.132 In cōi. fo. vii. Gr. Ecce q̄ bonū ⁊ q̄ iocūdū: habitare fratres in vnū. ℣. Sicut vnguētū in capite: quod deſcēdit in barbā: Ibid barbā aaron. ℣. Mādauit dñs benedictionē: Eccl. ⁊ vitā vſqꝫ in ſeculū. Alla. ℣. Iſti ſunt due oliue ⁊ duo cādelabꝛa lucentia ante dominū: habēt poteſtatē claudere celū nubibꝰ ⁊ aperire poꝛtas eius: qꝛ lingue eoꝝ claues celi facte ſunt. Si dñica fuerit: dꝛ ſequētia. Ecce pulchꝛa canoꝛū. In cōi. fol. vii. Euāgeliū. Attendite a fermento. ħs.5. In cōi. fol. viii. Offer. Gloꝛiabuntur in te omnes qui diligunt nomen tuum: qm̄ tu benedices iuſto: dñe vt ſcuto bone voluntatis tue coꝛonaſti nos. Secreta.

Hoſtias altaribus tuis dñe placationis imponimꝰ potētiaꝫ tuā/ in ſanctoꝝ tuoꝝ iohānis ⁊ pauli paſſionibus honoꝛādo: ⁊ per eos nobis imploꝛādo veniā peccatoꝛū. Per do. Cōio. Sap 13.A. Et ſi coꝛā hoībꝰ toꝛmēta paſſi ſunt deꝰ tētauit eos: tāq̄ aurū in foꝛnace ꝓbauit eos: et quaſi olocauſta accepit illos. Poſtcōio.

Sumptis ſacramētis plebs tua domine q̄s dñe repleta ꝓficiat ⁊ eoꝛū fulta pꝛeſidiis quoꝝ natalicia celebꝛat quod tēpoꝛaliter deuota ſectatur: eternū cōſequi mereatur. Per dominum. ¶ In vigi. apl'oꝝ petri ⁊ pau. Offiū.

Joh. 21.C Dicit dñs petro: cū eſſes iunioꝛ cingebas te: et ambulabas vbi volebas: cuꝫ autē ſenueris. extendes manus tuas ⁊ alius te cinget: et ducet quo tu non vis:

ps.18. hoc autem dixit/ ſignificās quā morte clarificatur⁹ eſſet deum. ps. Celi enarrant gloriam dei: et opera manuū eius annunciat firmamentum. Oratio.

Deus qui nos beatoꝝ apoſtolorū tuoꝝ petri et pauli natalicia glorioſa ꝑuenire cōcedis: tribue q̄s: eoruꝫ nos ſemper et beneficijs preueniri: et orationibus adiuuari. Per dominū.

¶ Memoria de ſancto leone. Oratio

Deus qui beatū leonē pōtificē ſanctoꝝ tuoꝝ meritis coequaſti: concede propicius: vt qui cōmemorationis eius feſta recolimus / vite quoqꝫ eius imitemur exempla. Per dominum.

¶ Memoria de ſancto iohanne baptiſta. Lectio actuum apoſtolorum.

3. A In diebus illis. Petrus et iohannes aſcēdebāt in templū: ad horaꝫ orationis nonā. Et quidā vir qu[illegible] claudus ex vtero matris ſue/ baiulabatur: quē ponebāt quotidie ad portā tēpli que dicitē ſpecioſa: vt peteret elemoſinā ab introeuntibus in tēplū. Is cū vidiſſet petrū ⁊ iohannē incipiētes introire in templū: rogabat vt elemoſinā acciperet. Intuens autē in eū petrus cū iohanne/ dixit. Reſpice in nos At ille intēdebat in eos: ſperās ſe aliquid accepturū ab eis. Petrus autem dixit. Argentū ⁊ aurū nō eſt michi: qđ autem habeo hoc tibi do. In noīe ieſu xp̄i nazareni: ſurge ⁊ ambula. Et apprehēſa eius manu dextera/ alleuauit eum: ⁊ protinus cōſolidate ſunt baſes eius/ ⁊ plante. Et exiliens ſtetit ⁊ ambulabat. Et intrauit cū illis in tēplū/ ambulās ⁊ exiliens/ ⁊ laudās deū. Et vidit eū omnis populus ambulantē ⁊ laudantē deū. Cognoſcebāt autē illū: q̄m ipſe erat qui ad elemoſynam ſedebat ad ſpecioſam portam tēpli. Et repleti ſunt ſtupore et extaſi: in eo quod cōtigerat illi. ps.8. Gr. In omnē terrā exiuit ſonus eoꝝ: ⁊ in fines orbis terre verba eoꝝ. ℣. Celi enarrāt gloriā dei: ⁊ opera manuū ei⁹ annūciat firmamētū. Si dn̄ica fuerit Alla. ℣. Nimis honorati ſunt amici tui deus: nimis cōfortatus eſt principatus eoꝝ. ps.138

¶ Euangeliū Secundū Johannem.

21 D In illo tēpore. Dixit ieſus ſymoni petro. Symon iohānis diligis me plus his? Dicit ei. Etiā dn̄e: tu ſcis q̄ amo te. Dicit ei. Paſce agnos meos. Dicit ei iterū. Symon iohannis diligis me? Ait illi. Etiā dn̄e: tu ſcis quia amo te. Dicit ei. Paſce agnos meos. Dicit ei tertio. Symō iohannis amas me? Cōtriſtatus eſt petrus q̄ dixit ei tertio amas me: ⁊ dixit ei. Dn̄e: tu oīa noſti: tu ſcis quia amo te. Dixit ei: paſce oues meas. Amen amē dico tibi: cū eſſes iunior/ cīgebas te: ⁊ ambulabas vbi volebas. Cū autē ſenueris: extendes man⁹ tuas/ ⁊ ali⁹ te cinget: ⁊ ducet quo tu nō vis. Hoc autē dixit ſignificās qua morte clarificatur⁹ eſſet deū. Off. Michi aūt nimis honorati ſūt amici tui de⁹: nimis confortat⁹ eſt p̄incipat⁹ eoꝝ. ps.138

Secre.

Munera dn̄e tue ꝓpiciationis deferim⁹: q̄ tibi p̄ nr̄is gratia ieiuniis: eoꝝ q̄s deprecatio quoꝝ ſolēnia ꝑuenim⁹ efficiat. Per dn̄m nr̄m.

¶ Alia ſecreta de ſancto leone.

Annue nobis dn̄e vt per interceſſionē beati leonis confeſſoris tui atqꝫ pontificis hec nobis ꝓſit oblatio: quā immolādo toti⁹ mūdi tribuiſti relaxari delicta. P. Cōio. Symon iohānis diligis me plus his: domine tu omnia noſti tu ſcis quia amo te. Joh. 21 C

Poſtcōmunio.

Sumpſimus dn̄e diuina myſteria beatoꝝ apoſtoloꝝ tuoruꝫ petri et pauli deſiderata ſolēnia precurrētes: preſta queſumus: vt eoꝝ ſupplicationibus muniamur: quoꝝ regimur principatu. Per dn̄m noſtrū ieſum xp̄m.

¶ Alia poſtcōio de ſancto leone.

Sumentes dn̄e diuina myſteria/ ſancti leonis confeſſoris tui atqꝫ pontificis: pia nos q̄s interceſſio proſequatur: vt cuius ſolēnia recēſemus optata preſidia ſentiamus. Per dñm.

¶ In die apoſtoꝝ petri ⁊ pauli. Offiũ.

Actu 12. C NUnc ſcio vere/ qꝛ miſit dñs angelũ ſuũ: et eripuit me de manu herodis/ et de omni expectatione plebis iudeoꝝ. ps.
Ibiđ Et petrus ad ſe reuerſus dixit. Oratio

DEus qui hodiernã diẽ apoſtoloꝝ tuoꝝ petri ⁊ pauli martyrio cõſecraſti: da eccleſie tue/ eoꝝ in omnibus ſequi preceptum: per quos religionis ſumpſit exordium. Per dominum.

¶ Lectio actuum apoſtolorum.

12. C. IN diebus illis Miſit herodes rex manus: vt affligeret quoſdã de eccleſia. Occidit autez iacobũ fratrẽ iohãnis gladio. Uidens autẽ quia placeret iudeis: appoſuit apprehẽdere ⁊ petrũ. Erant autem dies azimorũ. Quẽ cum apprehendiſſet / miſit in carcerẽ: tradẽſq; quattuor quaternionibus militũ ad cuſtodiendũ: volẽs poſt paſcha ꝓducere euz populo. Et petrus quidẽ ſeruabat̃ in carcere: oratio autẽ fiebat ſine intermiſſione ab eccleſia ad deuz ꝓ eo. Cũ autẽ ꝓducturus eũ eſſet herodes: in ipſa nocte erat petrus dormiens inter duos milites vinctus cathenis duab⁹: ⁊ cuſtodes ãte hoſtiũ cuſtodiebãt carcerẽ. Et ecce angel⁹ dñi aſtitit: ⁊ lumẽ refulſit in habitaculo carceris. Percuſſoq; latere petri excitauit eũ dicẽs. Surge velociter. Et ceciderunt cathene de manibus eius. Dixit autẽ angelus ad eũ. Precingere: ⁊ calcia te caligas tuas. Et fecit ſic. Et dixit illi. Circũda tibi veſtimẽtũ tuũ/ et ſequere me. Et exiẽs ſequebatur eũ: ⁊ neſciebat qꝛ verũ eſt: qđ fiebat ꝑ angelũ. Exiſtimabat autẽ ſe viſum videre. Trãſeũtes autẽ primã ⁊ ſecũdã cuſtodiã: venerũt ad portã ferreã que ducit ad ciuitatem: que vltro aperta eſt eis. Et exeũtes ꝓceſſerũt vicũ vnũ: ⁊ cõtinuo diſceſſit angelus ab eo. Et petr⁹ ad ſe reuerſus/ dixit. Nũc ſcio vere: qꝛ miſit dñs angelũ ſuũ: et eripuit me de manu herodis: et de omni expectatione plebis iudeoꝝ. Gr. Cõſtitues eos prin- ps 44
cipes ſuper omnẽ terrã: memores erũt nominis tui dñe. ℣. Pro patribus tuis nati ſunt tibi filij: ꝓpterea populi cõfitebũtur tibi. Alla. ℣. Tu es ſymõ bariona: cui ca- mat.
ro ⁊ ſanguis nõ reuelauit verbũ patris: ſed 16 B
ipſe pater qui in celis eſt. Sequentia.

LAude iocũda melos turma perſona. Jungendo verba ſymphonie rithmica. Cõcrepãs inclyta armonia vera celi lumina. Luce qui aurea illuſtrarũt mũdi regna oia. Uernant fortia iam quorum trophea in celi regia. Quorũ merita diſſoluãt crimina hac die fulgida. Nã alter crucis ſupplicio triumphãs: alter enſis iugulo vterq; nitet laurea. Et ſuper ſublimes ſydera inſignes victoria celica prelati ſunt in curia. Hic beate petre qui maxima reſeras claudis verbo celi limina. Sume pius vota fidelia: peccati cũcta diſſoluẽdo vincula. Sacra paule ingere dogmata: illuſtrãs plebis pectora. Et quouſq; det deus perfecta: vltra fermẽtes ſydera. Pulchris qua reſultet muſica virtutũ fidelibus: atq; mellis cõcinna. In qua ſymphonia miſcetur ⁊ illa que vere diateſſeron prima. Cõſtans virtute et iuſtitia. Temperãtia ⁊ prudentia. Quibus ſupera agmina rite decorata: chriſto cantica pſallunt en armonica. Noſtro ſint choro ſocia: illa dẽt lumina quis preconia damus imperlirica. Sublime dicant nũc oia: amen redẽpta. Euãg. Uenit ieſus in partes. Inchoi. fo. ij. Credo. Offerto.
Conſtitues eos principes ſuper omnẽ ter- ps. 38.
ram: memores erunt nominis tui: in omni progenie ⁊ generatione. Secreta.

HOſtias domine quas nomini tuo ſacrandas offerimus apoſtolica

proſequatur oratio; per quā nos ⁊ expiari
tribuas ⁊ defendi. Per dominū.
Prefatio. Et te dñe. Cōio. Tu es petrus/
⁊ ſuper hanc petram edificabo eccleſiam
meam. Poſtcommunio.

QUos celeſti dñe alimēto ſatiaſti:
q̄s apoſtolicis interceſſionibus/
ab omī aduerſitate cuſtodi. Per dñm.

¶ In cōmemo. ſancti pauli. Officiū.

2.thi. 1. C SCio cui credidi
⁊ certus ſuꝫ: q̄r
potēs eſt depoſituꝫ
meū ſeruare in illū
ps 138 diē. ps. Dñe ꝓbaſti
me ⁊ cognouiſti me tu
cognouiſti ſeſſionem meam/ et reſurrectionem
meam. Oratio.

DEus qui multitudinē gētiū beati
pauli apoſtoli tui predicatione
docuiſti: da nobis queſumus/ vt cuius
natalicia colimus/ eius apud te patrocinia
ſentiamus. Per dominum no.

¶ Memoria de ſancto petro. Oratio

DEus qui btō petro apoſtolo tuo/
collatis clauibus regni celeſtis/
animas ligādi atqꝫ ſoluēdi pōtificium
tradidiſti: cōcede ꝓpicius: vt interceſſionis
eius auxilio: a peccatorꝫ noſtrorū
nexibus liberemur. Per dominū.

¶ Memoria de ſancto iohanne baptiſta.
vtſ. Ad galathas.

B FRatres. Notū vobis facio euangeliū
quod euāgelizatū eſt a me:
quia non eſt ſecundū hominem. Neqꝫ
enim ego ab homine accepi illud/ neqꝫ
didici: ſed per reuelationē ieſu chriſti.
Audiſtis enim conuerſationē meā aliquādo
in iudaiſmo: quoniā ſupra modū
perſequebar eccleſiā dei ⁊ expugnabā
illā. Et proficiebā in iudaiſmo ſupra
multos coetaneos meos in genere
meo: abundātius emulator exiſtēs paternarū
mearū traditionū. Cum autē
placuit ei qui me ſegregauit de vtero
matris mee: ⁊ vocauit per gratiā ſuā:
vt reuelaret filiū ſuū in me: vt euāgelizarē
illū in gentibus cōtinuo nō acquieui
carni ⁊ ſanguini: neqꝫ veni hieroſolymam
ad anteceſſores meos apoſtolos:
ſed abij in arabiā: ⁊ iterū reuerſus
ſum damaſcū. Deinde poſt annos
tres: veni hieroſolymā videre petrum
⁊ manſi apud eum diebus quindecim
Aliū autē apoſtolorū vidi neminē: niſi
iacobū fratrē dñi. Que autē ſcribo vobis:
ecce coram deo quia non mentior.
Deinde veni in partes ſyrie ⁊ cilicie.
Erā autē ignotus facie eccleſijs iudee
que erāt in xp̄o ieſu. Tantū autē auditū
habebant: quoniā qui perſequebatnos
aliquādo: nūc euāgelizat fidē/ quā
aliquādo expugnabat. Et in me clarificabāt:
dñm noſtrū ieſum xp̄m. Gr.
Qui operatus eſt petro in apoſtolatū/ operatus Gal.
eſt et michi inter gētes: ⁊ cognouerūt 2. B
gratiā dei que data eſt michi. ℣. Gratia dei
in me vacua non fuit: ſed gratia eius ſemp
in me manet. Alla. ℣. Magnus ſanctus Eccle
paulus vas electionis: vere digne eſt glorificandus. vox.
Sequentia. Solennitas ſancti
pauli. Require ſupra in feſto conuerſionis
eiuſdē. Euāgeliū. Dixit ſymon
petrus ad ieſum. Ecce nos reliquimus
omnia. In cōi. fo. ij. Credo.
Offerto. Michi autem nimis honorifica ps.138
ti ſunt amici tui deus: nimis cōfortatus eſt
principatus eorum. Secreta.

OBlationē tibi dñe votiuā deferimus
deprecātes: vt ad laudē tui
nominis ⁊ apoſtolice reuerētiā dignitatis:
⁊ ad noſtrū ꝑueniat ſanctificata
preſidiū. Per dominū. Alia ſecreta.

ECcleſie tue q̄s dñe preces/ ⁊ munera
beati petri apoſtoli tui commēdet
oratio: ⁊ qđ ꝓ illiꝰ gloria celebramus:
nobis ꝓſit ad veniā. Prefatio.
Et te dñe. Cōio. Amē dico vobis: ꝙ vos mat.
q̄ reliquiſtis oīa ⁊ ſecuti eſtis me: cētuplū accipietis 19. D.
⁊ vitā eternā poſſidebitis. Poſtcōi.

DA q̄s oīs deus/ vt eccl̄ia tua ⁊ ſacramētis
refecta ſalutaribus: et

beati pauli apl̃i tui fulta ſupplicatiõibus: ſic p̄ſentia dona ꝑcipiat: vt capere mereat̃ eterna. P. Alia poſtcõio.

Letificet nos dñe hs mun⁹ oblatũ: vt ſicut in apoſtolo tuo petro te mirabilẽ predicamus: ſic per illum tue ſumamus indulgẽtie largitatem.

¶ In oct. ſcti iohãnis baptiſte. Offm. Oro. Epl̃a. Gr. Alla. Offr. ⁊ Cõio ſicut in prima die dicãtur cũ euãgelio ſequenti. Secundum Lucam.

uida/ mater intacta: ꝓle gl̃ioſa. Cui cōtra maria: hec reddit famla. In me quomodo tua iā fiēt nūcia? Viri noui nullā certe copulā. Ex quo atqꝫ nata ſum incorrupta. Diua miſſus ita: reddit affata. Flatu ſacro plena fies maria. Noua cūcrēs gaudia celo terre nati per exordia. Intra tui uteri clauſtra portās qui gubernat eterna. Dia qui dat tpa pacifica. Sexta die ſequētia.

Aue mūdi ſpes maria/ aue mitis/ pia: aue plena gratia. Aue virgo ſingularis/ que per rubū deſignaris: nō paſſum incēdia. Aue roſa ſpecioſa: aue ieſſe virgula. Cuius fructus noſtri luct⁹: relaxauit vincula. Aue carēs ſimili/ mūdo diu flebili: reparaſti gaudiū. Aue cuius viſcera/ contra mortis federa: ediderūt filiū. Aue virginū lucerna ꝑ quā fulſit lux ſupna: his quos vmbra tenuit. Aue virgo de qua naſci ⁊ de cuius lacte paſci/ rex celoꝝ voluit. Aue gēma: celi luminariū. Aue ſancti ſpūs ſacrariū. O ꝙ̄ mirabilis ⁊ ꝙ̄ laudabilis/ hec eſt ꝟginitas. In qua ꝑ ſpiritū facta paraclytū/ fulſit fecunditas. O ꝙ̄ ſancta ꝙ̄ ſerena: ꝙ̄ benigna ꝙ̄ amena/ eſſe ꝟgo creditur. Per quā ſeruitus finitur: porta celi aperitur/ ⁊ libertas redditur. O caſtitatis liliū/ tuū precare filiū/ qui ſalus eſt humilium. Ne nos ꝓ noſtro vicio/ in flebili iudicio: ſubiiciat ſupplicio. Sed nos tua ſancta prece: mundans a peccati fece. Collocet in lucis domo: amē dicat omnis homo. ¶ Septima die ſequentia.

Hodierne lux diei/ celebris in matris dei: agit memoria. Decātemus in hac die/ ſemꝑ virginis marie: laudes ⁊ preconia. Ois homo oīni hora/ ipſam ora ⁊ implora: ei⁹ patrocinia. Pſalle pſalle niſu toto/ cordis oris voce voto: aue plena grā. Aue dña celoꝝ inexꝑta viri thori: parēs paris neſcia. Fecūdata ſine viro/ genuiſti mō miro genitorē filia. Florēs ortus auſtro flāte/ porta clauſa poſt et ante: via viris inuia. Fuſa celi rore tellus/ fuſum gedeonis vellus: deitatis pluuia. Salue ſplendor firmamēti/ tu caliginoſe mēti: deſuper irradia. Placa mare maris ſtella/ ne inuoluat nos procella: ⁊ tempeſtas obuia. ¶ Tertia die infra octa. aſſūptio. hꝫ miſſa in capitulo de octa. ſancti laurentii. Officium.

Probaſti dñe cor meū ⁊ viſitaſti nocte: igne me examinaſti/ ⁊ nō eſt inuēta in me iniquitas. ps. Exaudi domine iuſtitiam intende deprecationem meam. Oratio. ps. 16 / Ibid

Beati laurentii martyris tui nos faciat dñe paſſio veneranda letātes: ⁊ vt eā ſufficiēter recolamus: efficiat promptiores. Per. Epla. Qui parce ſeminat. vt ſ. in die. Grad. Poſuiſti dñe ſuꝑ caput eius coronā de lapide precioſo. ℣. Deſideriū anime ei⁹ tribuiſti ei: et volūtate labiorum eius nō fraudaſti eum. ps. 20

Ecc. Alla. ℣. Leuita laurentius bonū opus operatus eſt: qui per ſignū crucis cecos illuminauit ⁊ theſauros eccl'ie dedit pauperib⁹. Si vigi. in dñica euen. tunc hac die dꝫ ſequēs Alla. ℣. Leuita laurēti⁹ bonū opus operatus eſt qui per ſignum crucis cecos illuminauit. Secundū Mattheum.

10D In illo tēpore. Dixit ieſus diſcipulis ſuis. Qui amat patrē aut matrē pluſꝙ̄ me: nō eſt me dign⁹. Et qui amat filiū aut filiā ſuꝑ me: non eſt me dign⁹. Et qui nō accipit crucē ſuā ⁊ ſequit̄ me: nō eſt me dignus. Qui inuenit animā ſuā: ꝑdet illā. Et qui ꝑdiderit animā ſuā ꝓpter me: inueniet eam. Qui recipit vos: me recipit. Et q̄ me recipit: recipit eū qui me miſit. Qui recipit ꝓphetā in noīe ꝓphete: mercedē prophete accipiet. Et qui recipit iuſtū in nomine iuſti: mercedē iuſti accipiet. Et quicunqꝫ potū dederit vni ex minimis iſtis/ calicē aque frigide tātū in nomine diſcipuli: amen dico vobis/ non perdet mercedem ſuam. Offert.

ß. 20 In virtute tua dñe letabitur iuſtus/ ⁊ ſuper ſalutare tuum exultabit vehementer: deſideriū anime eius tribuiſti ei. Secreta.

Beati laurētij martyris tui honorabilē paſſionē muneribus domine geminatis exequimur: que licet pprijs ſit memorāda principijs indeſinēter tamē permanet gl'ioſa. Per d.

Ibid Cōio. Poſuiſti dñe in capite eius: coronā de lapide precioſo. Poſtcōio.

Salutare nobis dñe q̄s interceſſio beati laurentij martyris tui preſtet auxiliū: vt celeſtis menſe participatio quā ſumpſimus tribuat eccleſie tue recenſitam leticiam. Per dominū.

¶ Sciendum eſt ꝙ quādocūqꝫ octa. ſancti laurētij in dñica cōtigerint: miſſa de ipſis octa. in illa dñica ī capitulo dr: ⁊ miſſa dñicalis in vigi. ſancti bartholomei in capitulo dicat̄: niſi cū fuerint. xxvj. vel. xxvij. do. a Deus oīm. vſqꝫ ad aduentum domini: tunc enim ibi vna miſſa dominicalis differatur.

¶ Dñica infra oct. aſſump. ad miſſā omia fiant ſicut in prima die more ſimplicis feſti. ix. lect. ita tamen ꝙ Kyrie Glīa in excel. Sequē. Sāct⁹ ⁊ Agn⁹. p ordinē dñr. ¶ Quarta die īfra oct. fiat mēo. de ſcto agapito mar. Oratio

Letetur eccleſia tua deus: beati agapiti martyris tui confiſa ſuffragijs: atqꝫ eius precibus glorioſis/ ⁊ deuota permaneat et ſecura conſiſtat. Per dominum noſtrum. Secreta.

Pro beati agapiti martyris tui paſſione venerāda hoſtias laudis tibi domine immolantes: q̄ſum⁹ vt eius orationibus placeant: pro cuius meritis offeruntur. Per. Poſtcōio.

Preſta queſum⁹ dñe deus noſter/ vt ſacramenti tui virtute percepta: interceſſione beati agapiti martyris tui/ tanto munere digni reddamur. Per dominum noſtrum. ¶ Quinta die infra octauas fiat memo. de ſancto magno martyre Oratio.

Adeſto dñe ſupplicationibus noſtris et intercedēte beato magno martyre tuo: ab hoſtiū nos defende ppiciatus incurſu. Per dñm. Secreta.

Oblatis tibi dñe q̄ſumus fideliū tuorum muneribus intende propicius: ⁊ vt nullius ſit irrita poſtulatio nulli⁹ inane ſit votū: glorioſi martyris tui magni/ deſideratū nobis prebe ſubſidium. Per dñm. Poſtcōio.

Tua ſancta ſumentes q̄s dñe/ vt beati magni martyris tui nos foueant continuata preſidia. Per dñm.

¶ In oct. aſſūp. beate marie: ad miſſā oīa fiāt ſicut in prima die more ſimplicis feſti. ix. lec. ⁊ dr ſup Kyrie. cāt⁹ de Kyrie omps. dr etiam. Spūs ⁊ alme. a trib⁹ clericis de ſuperiori gradu in ſuppelliciis ad gradū chori: et dicāt Sanctus cuꝫ hac additione Bñdictus marie fili⁹. Et fiat mēoria de martyrib⁹ timotheo ⁊ ſimphoriano. Oratio.

Acceſſum tuum nobis dñe placatus intēde: ⁊ intercedētibus beatis martyribus tuis/ timotheo/ ⁊ ſimphoriano: dexteram ſuper nos tue ppiciationis extende. Per dominum.

Et dicitur iſta ſequentia.

Aue preclara maris ſtella in lucē gētiū maria diuinitus orta. Euge cœli porta q̄ nō aperta veritatis lumen ipſum ſolū iuſticie: indutū carne ducis in orbē. Virgo dec⁹ mūdi regia celi: p̄electa vt ſol pulchra lunaris/ vt fulgor agnoſce oēs te diligētes. Te plenā fide virgā alme ſtirpis ieſſe naſciturā priores deſiderauerūt pr̄es ⁊ pphete. Te lignū vite ſacro rorāte pneumate parituram diuini floris amigdalū ſignauit gabriel. Tu agnū regem terre dominatorē moabitici de petra deſerti ad mōtē filie ſyon traduxiſti. Tuqꝫ furentem leuiathā ſerpentem tortuoſumqꝫ ⁊ vectẽ/collidẽs dãnoſuꝫ crimine mũdũ exemiſti. Hinc gentiũ nos reliquie tue ſub cultu memorie Mirum in modũ quẽ res emira propiciationis agnũ regnãtẽ celo eternaliter reuocamꝰ ad arã mactãdũ myſterialiter. Hic mãna verũ iſraelitis. Veris veri abꝛahe filijs. Admirãtibus quõdam moyſi quod typus figurabat: iã nũc abducto velo datur perſpicioꝛa virgo nos illo pane celi dignos effici. Fac igni ſancto patriſqꝫ verbo qđ rubus vt flãmaꝫ tu poꝛtaſti virgo mater facta pecuali pelle diſtincto pede mũdis labijs cordeqꝫ ꝓpinquare. Fac fontẽ dulcẽ quem in deſerto petra premõſtrauit deguſtare quã ſincera fidem: reneſqꝫ ſuccingilotos in mari anguẽ eneũ in cruce ſpeculari. Audi nos nã te filius nihil negãs honoꝛat. Salua nos ieſu ꝓ quibus virgo mater te oꝛat. Da fontẽ vite viſere: da pueros mẽtis oculos in te defigere Chꝛiſtianiſſimi fidẽ operibꝰ redimere beatoqꝫ fine. Ex huius incolatu ſeculi auctoꝛ a te tranſire. Secreta.

ACcepta tibi ſit domiñe ſacrate plebis oꝛatio pro tuoꝛũ honoꝛe ſanctoꝛum: quoꝛum ſe meritis ꝑcepiſſe de tribulatõe cognoſcit auxiliũ. P. Poſtc.

SAcro munere ſatiati q̃s oĩps deus vt interuenientibus ſanctis martyꝛibus tuis timotheo ⁊ ſimphoꝛiano: nos omnes ſanctoꝛum tuoꝛum iubeas aſſiſti collegio. Per dñm noſtrum.

¶ In vigi. ſcti bartholomei apli: q̃re oĩa in cõi vniꝰ apli: ⁊ fiat mẽo. de marty. timotheo ⁊ appollinare/cum oꝛone de cõi. Si hec vigi. in dñica euene. nichil fiat de vigil. preter memoꝛiam.

¶ In die. ſ. bartholomei apli. Officium.

ps 118 MIchi aũt nimis honoꝛati ſũt amici tui deus: nimis cõfoꝛtatus eſt principatus eoꝝ. Ps. Dñe ꝓbaſti me ⁊ cognouiſti me: tu cognouiſti ſeſſionẽ meã ⁊ reſurrectionem meã. Gloꝛia patri. Sicut. Oratio. Ibid

OMnĩps ſempiterne deus/ qui huiꝰ diei venerandã ſanctãqꝫ leticiam in beati bartholomei apli tui feſtiuitate tribuiſti: da eccleſie tue queſumus/ ⁊ amare quod credidit: et pꝛedicare qđ docuit. Per dominum. ¶ Memo. de ſancto audoeno epiſcopo. Oratio.

DEus qui perẽnẽ gloꝛiã ſanctiſſimi ꝯfeſſoꝛis tui atqꝫ põtificis audoeni aĩe cõtuliſti/ tribue q̃ſumus/ eiꝰ nos apud te ita patrocinijs ſubleuari/ vt cũ eo vitã poſſideamꝰ eternã. Per. Epla. Iã nõ eſtis hoſ. In cõi. fo. ij. Gr. In omnẽ terrã exiuit ſonus eoꝝum: ⁊ in fines oꝛbis terre verba eoꝝ. ℣. Celi enarrãt gloꝛiã dei: ⁊ opera manuũ eius annunciat firmamentum. Alla. ℣. Nimis honoꝛati ſunt amici tui deus: nimis cõfoꝛtatus eſt principatꝰ eoꝝ. Sequẽ. Clare ſanctoꝝ. In cõi. fo. ij. Euãge. Facta eſt cõtẽtio. In cõi. fo. iij. ¶ Credo. Offer. Conſtitues eos pꝛincipes ſuper omnem terram: memoꝛes erunt nominis tui: in omni pꝛogenie ⁊ generatione. Secreta.

ps. 18. — ps 138 — ps 44

BEati apli tui bartholomei domine ſolẽnia celebꝛantes tuã clemẽtiã depꝛecamur: vt eius auxilio tua beneficia capiamus in cuius veneratione tibi laudis hoſtias immolamꝰ Per do. ¶ Alia ſecreta de ſancto audoeno.

OBlata q̃s dñe munera fidelis populi meritis btĩſſimi audoeni cõfeſſoꝛis tui atqꝫ põtificis tibi reddantur accepta: vt ab omĩ cõtagione pcti/ eiſdẽ quibꝰ famulamur myſterijs: clemẽter emũdari mereamur. Pꝛefatio. Et te dñe. Cõio. Vos qui ſecuti eſtis me ſedebitis ſuper ſedes duodecim: iudicantes duodecim tribus iſrael dicit dñs. Poſtcõio Mat. 19 D

SVmptis dñe ſalutaribus ſacramẽtis: pro ſolemnitate beati apli tui bartholomei/ ſupplices depꝛecamur vt que pꝛedicauit ⁊ credamus pariter

⁊ sequamur. Per dñm nostrum.

¶ Alia postcōio de sancto audoeno.

MEnse celestis participatiōe vegetati supplices te rogamꝰ ōps deꝰ: vt sicut de beati audoeni ꝑpetua glorificatiōe annua celebritate gaudemus ita ipsiꝰ apud te intercessiōe ab oī mereamur aduersitate defendi. Per do.

¶ Sancti ruphi martyris. Officium

ps. 36 IUstus non conturbabitur/ quia dñs fir-
mat manum eius tota die
miseretur ⁊ cōmodat ⁊ semen
eius in bñdictione erit: in eternū
Ibid cōseruabit. ps. Noli emulari i malignātibꝰ:
neqꝫ zelaueris faciētes iniqtatē. Orō.

ADesto dñe supplicationibus nostris: vt beati ruphi martyris tui
intercessionibus cōfidētes: nec minis
aduersantium/ nec vllo conturbemur
incursu. Per dñz. Epistola. Beatus
Ibid vir qui in sa. In cōi. fo. iiij. Gr. Iustus
non conturbabitur: qr dñs firmat manum
eius. ℣. Tota die miseretur ⁊ cōmodat et
semen eius in benedictione erit. Alla. ℣.
ps. 111 Beatus vir qui timet dñm: in mādatis eiꝰ
cupit nimis. Euangeliū. Nichil opertum.
In cōi. fo. v. Offerto. In virtute
ps. 20 tua dñe letabitur iustus: ⁊ super salutare
tuū exultabit vehementer: desideriū anime
eius tribuisti ei. Secreta.

HOstias tibi domine ob honorem beati ruphi martyris tui offerimus suppliciter deprecantes vt sicut illi prebuisti sacre fidei confessionē sic nobis indulgentiam largiaris ⁊ pacē.
ps. 88 Per. Cōio. Magna est gloria eius in salutari tuo: gloriam ⁊ magnum decorem imponens super eum domine. Postcōio.

CElesti munere satiati quesumus domine deus noster: vt beati ruphi martyris tui meritis vbiqꝫ nos adiuues. Per dominum nostrum.

¶ Sancti Augustini episcopi et doctoris. Officium.

STatuit ei dominus testamētū pa- Eccl.
cis ⁊ principem fecit 25. d
eū: vt sit illi sacerdotij dignitas in eternū.
ps. Misericordias domini: in eternum cantabo. ps. 88
Oratio.

DEus qui beatum augustinum ecclesie tue/ in exponendis scripture sacre mysteriis doctorem catholicū ꝓuidisti: da nobis quesumus/ eiꝰ semper ⁊ doctrinis instrui/ ⁊ oratione fulciri. Per dominū.

¶ Memoria de sancto hermete martyre. Oratio.

DEus qui beatum hermetē martyrem tuum virtute cōstantie in
passione roborasti: ex eius nobis imitatione tribue pro amore tuo prospera
mundi despicere: ⁊ nulla eius aduersa
formidare. Epistola. Dedit dñs. In
cōi. fo. xi. Grad. Domine preuenisti eum ps. 20
in benedictionibus dulcedinis: posuisti in
capite eius coronam de lapide precioso. ℣.
Vitā petijt ⁊ tribuisti ei: longitudinem dierum
in seculū seculi. Alla. ℣. Iustus ger- Esa.
minabit sicut liliū: ⁊ florebit in eternū ante 35.
dñm. Sequentia. Adest nobis dies alma.
In cōi. fol. x. Euangelium. Vos
estis sal terre. In cōi. fol. xij. Credo.
Offertoriū. Veritas mea ⁊ misericordia ps. 88
mea cum ipso: et in nomine meo exaltabitur
cornu eius. Secreta.

SAncti cōfessoris tui atqꝫ pōtificis augustini nobis quesumus dñe pia non desit oratio: que ⁊ munera nostra tibi conciliet: ⁊ tuam nobis indulgentiam semper obtineat. Per dñm.

¶ Alia secreta de sancto hermete.

MUnera nostra q̄sumus domine propiciatus assume: ⁊ vt digne tuis famulemur altaribꝰ: sancti hermetis martyris tui nos intercessione cu-
stodi. P. Cōio. Beatꝰ seruꝰ quē cū vene- mat.
rit dñs inuenerit vigilātē: amen dico vobis 24. d
super oīa bona sua cōstituet eū. Postcōio

SUmentes dñe ſalutaria ſacramēta q̄ſumus vt eiꝰ nos tribuas ſubſequi documenta / cuius celebꝛamus gloꝛioſa ſolennia. Per dominum.

¶ Alia poſtcōio de ſancto hermete.

REpleti dñe benedictione celeſti q̄s clemētiā tuā: vt intercedente beato hermete martyꝛe tuo que humiliter gerimꝰ: ſalubꝛiter ſentiamus. P.

¶ In decollatiōe ſācti iohānis baptiſte: vbi miſſa ī capitu. de ſctā ſabina virgīe / ſtati poſt primā añ tertiā moꝛe ſolito: ⁊ miſſa de ſctō iohāne poſt ſextā.

¶ De ſctā ſabina ꝟgine. Officium.

ps.118 COgnoui dñe qꝛ equitas iudicia tua: ⁊ ī veritate tua humiliaſti me / cōfige timoꝛe tuo carnes meas: a mandatis tuis non me repel-
Ibid las. ps. Beati immaculati in via: qui ambulant in lege domini. Oratio.

BEate ſabine virginis tue ⁊ martyꝛis dñe precibus cōfidētes: q̄s clementiā tuā: vt eius meritis ⁊ precibus ad eterna gaudia peruenire valeamus. Per. Epiſto. Dñe deus meus.
ps 44 et oīa infra. In cōi. fo. xiiii. Gr. Diffuſa eſt gr̄a in labijs tuis: ꝓpterea bñdixit te deꝰ ineternū. ℣. Propter veritatē ⁊ māſuetudinē ⁊ iuſticiam: ⁊ deducet te mirabiliter dextera tua. Alla. ℣. Specie tua ⁊ pulchꝛitudine tua intēde ꝓſpere ꝓcede ⁊ regna. Euāge. Simile eſt regnū celoꝝ theſau. In cōi. fo. xiiii. Offer. Filie regum in honoꝛe aſtitit regina a dextris tuis in veſtitu deaurato circumdata varietate. Secreta.

MUneribus nr̄is dñe te magnificāꝰ oblatis: que nobis et beate ſabine martyꝛis tue patrocinia / ⁊ ſempiterna cōciliēt gaudia. P dñm. Cōio.
ps 118 Principes ꝑſecuti ſunt me gratis: ⁊ a verbis tuis foꝛmidauit coꝛ meū / letaboꝛ ego ſup eloquia tua: ſicut qui inuenit ſpolia multa concupiuit anima mea teſtimonia tua dñe ⁊ dilexit ea vehementer. Poſtcōio.

REdēptionis noſtre myſteria celebꝛātes q̄s dñe deus noſter: vt beate ſabine martyꝛis tue meritis muniamur: ⁊ viſionis tue gloꝛia ineffabili perfruamur. Per dñm noſtrum.

¶ In decollatiōe ſcti iohānis baptiſte

GLoꝛia et honoꝛe coꝛonaſti eum / et conſtituiſti eum ſuper opera manuū tuarum ps. 8.
Ibid ps. Dñe dñs nr̄: q̄ admirabile eſt nomē tuū in vniuerſa terra. Oro.

SAncti iohannis baptiſte ⁊ martyris tui dñe q̄s veneranda feſtiuitas ſalutaris auxilij nobis p̄ſtet augmentum. Per dominum noſtrum.

¶ Nulla fiat memo. de ſancta ſabina virgine: vbi miſſa de ea pꝛius cantata fuerit. ¶ Lectio libri ſapientie. Puer. 10 D

EXpectatio iuſtoꝝ leticia: ſpes autē impioꝝ peribit. Foꝛtitudo ſimplicis via dñi: ⁊ pauoꝛ his qui operātur malū. Iuſtus ineternū nō cōmouebitur: impij autē nō habitabūt ſup terrā. Os iuſti parturit ſapientiā: ⁊ lingua prauoꝝ peribit. Labia iuſti cōſiderant placita: ⁊ os impioꝝ peruerſa. Simplicitas iuſtoꝝ diriget eos: ⁊ ſup- 11 A
plantatio peruerſoꝛum vaſtabit illos. Iuſtitia rectoꝛum liberabit eos: et in inſidijs ſuis capientur iniqui. Iuſtus de anguſtia liberatus eſt: et tradetur impius pꝛo eo. Simulatoꝛ oꝛe decipit amicum ſuum: iuſti autem liberabuntur ſcientia. In bonis iuſtoꝝ exaltabitur ciuitas: ⁊ in perditione impioꝛum erit laudatio. In benedictione iuſtoꝝ: exaltabitur ciuitas. Grad. Poſuiſti do- ps. 20
mine ſup caput eius coꝛonā de lapide precioſo. ℣. Deſideriū aīe eiꝰ tribuiſti ei: ⁊ voluntate labioꝛum eius non fraudaſti eum. Alla. ℣. Miſſo herodes ſpiculatoꝛe pꝛecepit amputari caput iohannis in carcere. Seque. Sācti baptiſte. Require ſupra in nati. eiuſdē. Scdm Marcū.

6. C In illo tp̃e. Miſit herodes rex manum: ⁊ tenuit iohãnẽ ⁊ vinxit eũ in carcerẽ propter herodiadẽ vxorem philippi fratris ſui quia duxerat eam Dicebat eñi iohãnes herodi. Nõ licet tibi habere vxorem fratris tui. Herodias autẽ inſidiabatur illi/ et volebat occidere eũ/ nec poterat. Herodes eñi metuebat iohannẽ: ſciens eum virum iuſtum ⁊ ſanctũ et cuſtodiebat eũ. Et audito eo multa faciebat: et libẽter eũ audiebat. Et cum dies oportunus accidiſſet: herodes natalis ſui cenam fecit principibus et tribunis et primis galilee. Et cum introiſſet filia ipſius herodiadis/et ſaltaſſet et placuiſſet herodi: ſimulq; recumbentibus rex ait puelle. Pete a me qđ vis: et dabo tibi. Et iurauit illi: quia quicquid petieris dabo tibi: licet dimidium regni mei. Que cum exiſſet dixit matri ſue. Quid petam? At illa dixit. Caput iohannis baptiſte. Cũq; introiſſet ſtatim cum feſtinatione ad regem petiuit dicens. Volo vt protinus des michi in diſco caput iohannis baptiſte. Et contriſtatus eſt rex ꝓpter iuſiurandum: et propter ſimul diſcumbentes noluit eam contriſtari: ſed miſſo ſpiculatore precepit afferri caput eius in diſco. Et decollauit eum in carcere: et attulit caput eius in diſco: et dedit illud puelle: et puella dedit matri ſue. Quo audito diſcipuli eius: venerunt et tulerũt corpus eius: et poſuerunt illud in monumento. Offertoriũ.
ꝑ.20 Poſuiſti dñe in capite eius coronam de lapide precioſo: vitam petiit et tribuiſti ei all'a. Secreta.

Munera tibi dñe ꝓ ſancti iohãnis baptiſte ⁊ martyris tui paſſione deferim⁹: q̃ dũ finitur ĩ terris: fact⁹ eſt celeſti ſede ꝑpetuus: q̃s vt ei⁹ obtentu nobis ꝓficiant ad ſalutem. Per dñm.
ꝑ.88 Cõio. Magna eſt gloria eius in ſalutari tuo: gloriam et magnum decorem impones ſuper eum domine. Poſtcõmunio.

Conferat nobis domine q̃s ſancti iohãnis baptiſte vtrũq; ſolennitas: vt et magnifica ſacramenta que ſumpſim⁹: precib⁹ noſtris ſignificata veneremur: et in nobis potius edita gaudeam⁹. Per dñm. ¶ Sanctorum felicis ⁊ adaucti martyrũ. Officium.

Sapiẽtiã ſanctorũ narrãt populi: et laudẽ eorũ nũciat eccleſia nomina autẽ eorũ viuent in ſeculũ ſcl'i. Eccl. 24.
Ps. Exultate iuſti in dño: rectos decet collaudatio. ꝑ.32. Oratio.

Maieſtatẽ tuã dñe ſupplices deprecamur/ vt ſicut nos iugiter ſanctorũ martyrũ tuorũ felicis ⁊ adaucti cõmemoratiõe letificas: ita ſemꝑ ſupplicatione defendas. P dñ. Ep'la. Iuſtorũ aie. In cõi. fo. vi. Gr. Iuſtorũ anime in manu dei ſunt: ⁊ non tanget illos tormentum malicie. Sap. 3. B ℣. Viſi ſunt oculis inſipientium mori: illi autẽ ſunt in pace. All'a. ℣. Iuſti epulentur ⁊ exultent in cõſpectu dei: ⁊ delectentur in leticia. Euãgelium. Attendite a fermento. In cõi. fol viii. Off.
ꝑ.31. Letamini in domino ⁊ exultate iuſti: ⁊ gloriamini omnes recti corde. Secreta.

Hoſtias queſumus domine quas ſolenniter immolamus pro martyrum commemoratione ſanctorũ clementer ſuſcipe: et concede vt eorum interceſſione in quorum honore offeruntur: veniã delictorũ conſequi mereamur. Per dominũ noſtrũ. Cõio.
Quod dico vobis in tenebris dicite in lumine dicit dominus: et quod in aure auditis: ꝑdicate ſuper tecta. mat. 10. f Poſtcõmunio.

Refecti domine ſacris muneribus queſumus: intercedentib⁹ ſanctis martyribus tuis felice ⁊ adaucto in gratiarum ſemper actione maneamus. Per dominũ noſtrũ ieſum. ¶ Sancte cuthburge ꝟginis nõ martyris. Ad miſſam. Officium.

ps. 44. DIlexiſti iuſtitiam
et odiſti iniquitatẽ:
ꝓpterea vnxit
te deus de⁹ tu⁹/oleo
leticie pre conſortibus
Ibid tuis. ps. Eructauit
cor meũ verbum bonum: dico ego opera
mea regi. Gloria pri. Oratio.

DEus qui eximie caſtitatis priuilegio
famulã tuam cuthburgam
multipliciter decoraſti: da nobis famulis
tuis eius promerente interceſſione
vtriuſqꝫ vite ꝓſperitatẽ: vt ſicut ei⁹ feſtiuitas
nobiſcũ agitur in terris: ita ꝑ
ei⁹ interuentũ noſtri memoria apud te
ſemꝑ habeatur in celis. Per do. Ep̄la
Qui gloriatur. In cõi fol. xiiii. Gr.
psal. 44. Dilexiſti iuſtitiam ⁊ odiſti iniquitatem. ℣.
Propterea vnxit te de⁹ de⁹ tu⁹ oleo leticie.
2 cor. 11. A Alla. ℣. Emulor enim vos dei emulatione
deſpondi vos vni viro virginẽ caſtam
exhibere chriſto. Euangeliũ. Simile eſt
regnũ celorum decẽ virginib⁹. In cõi.
fol. xv. Offer. Offerentur regi virgines poſt
psal. 44. eam: ꝓxime ei⁹ offerẽtur tibi. Secreta.

ALtaria tua domine myſticis muneribus
cumulamus/maieſtatẽ
tuam ſuppliciter deprecantes: vt ipſi⁹
adiuuantibus meritis/carere mereamur
cunctis contagijs. Per do. Cõio.
Diffuſa eſt gratia in labijs tuis: propterea
Ibid benedixit te deus in eternum. Poſtcõio.

CEleſtib⁹ ſacramẽtis refecti maieſtatẽ
tuã altarib⁹ tuis dñe deprecamur
inclinati: vt que in ſolennitate
beate cuthburge letanter percepim⁹ auxilio
ei⁹ interceſſionis: nobis ꝑficiant
ad vtriuſqꝫ profectum ſalutis. Per.

¶ Sancti egidij abbatis. Officium.

ps. 36 OS iuſti meditabitur
ſapientiã: et lingua
eius loquetur iudiciũ: lex
dei eius in corde ipſi⁹. ps.
Noli emulari in malignantibus: neqꝫ zelaueris
facientes iniquitatem. Oratio.

DEus qui hodierna die beatũ egidium
cõfeſſorem tuũ atqꝫ abbatem
aulã regni celeſtis penetrare feciſti:
tribue queſumus: vt cuius deuote
gloriamur meritis: ei⁹ nos ſentiamus
confoueri ſuffragijs. Per dominum.

¶ Mẽoria de ſancto priſco mar. Ora.

OMnipotens ſempiterne de⁹/ fortitudo
certantiũ: et martyrũ palma:
ſolennitatẽ hodierne diei propici⁹
intuere: ⁊ eccleſiã tuam continua fac
celebritate letari: vt interceſſione beati
priſci martyris tui/ omniũ in te credentiũ
vota perficias. Per. Epiſtola.
Iuſtus cor ſuũ. In cõmuni fo. xij. Gr.
ps. 36 Os iuſti meditabitur ſapientiã: et lingua
eius loquetur iudicium. ℣. Lex dei eius in
corde ipſius/⁊ non ſupplantabũtur greſſus
eius. Alla. ℣. Poſuiſti adiutoriũ ſup potẽtẽ:
⁊ exaltaui electũ de plebe mea. Sequẽ.
Adeſt nobis. In cõi fol. x. Euãgelium
Nemo accendit. In cõi fol. xij. Offer.
ps. 20 Deſideriũ aĩe eius tribuiſti ei: et voluntate
labiorũ eius nõ fraudaſti eũ: poſuiſti in capite
ei⁹ coronã de lapide precioſo. Secr.

MUnerib⁹ noſtris dñe q̄s ſancti
egidij ꝯfeſſoris tui atqꝫ abbatis
interceſſione gratiã tue placationis infunde:
vtqꝫ collata nobis remedia tuearis:
⁊ ꝓpici⁹ cõferẽda largiaris. P do.

¶ Alia ſecreta de ſancto priſco.

ALtaribus tuis dñe munera ꝓ cõmemoratiõe
ſcti priſci martyris
tui gratãter offerimus ꝑcãtes: vt ipſo
intercedẽte hec eadẽ nobis ad celeſtia
promerẽda ꝓficiant. Per dñm. Cõio.
mat. 24. D Fidelis ſeruus ⁊ prudens quem conſtituit
dominus ſuper familiam ſuã: vt det illis in
tempore tritici menſuram. Poſtcõmunio.

PRotege domine populum tuũ de
tua miſericordia confidentem: et
quos celeſtibus refeciſti myſterijs: bti
egidij cõfeſſoris tui atqꝫ abbatis interceſſione
tuis muneribus aſſequendis
effice promptiores. Per dñm noſtrũ.

¶ Alia poſtcōmunio de ſancto priſco.

Refectam domine ſacre participationis myſterio tuere queſumus plebē tuam: vt beati priſci martyris tui ſolennia recolentem: celeſtis gratie largitate proſequere: vt viſibilibus adiuta ſolaciis ad inuiſibilia bona promptius incitetur. Per dominū.

¶ Trāſlatio ſcti cuthberti epi. Offm.

Eccl. 24 D Statuit ei dn̄s teſtamentū pacis: et pricipem fecit eū: vt ſit illi ſacerdotij dignitas ineternū. ꝓ.88 p̄s. Miſericordias domini: ineternum cantabo. Oratio.

Preſta nobis q̄s omp̄s et miſericors de⁹: vt qui bti cuthberti confeſſoris tui atqꝫ pōtificis trāſlationis diē veneramur: per ipſi⁹ ſuffragia pietatis tue ſemp bn̄ficia ꝯſequamur. P. Epla. Ecce ſacerdos. In cōi fo. x. Gr.

pſal. 109. Iurauit dn̄s ꝛ nō penitebit eū: tu es ſacerdos ineternum ſecūdū ordinē melchiſedech. ℣. Dixit domin⁹ domino meo: ſede a dextris meis. Eſa. 35. Alla. ℣. Iuſtus germinabit ſicut lilium et florebit ineternum ante dn̄m. Si fiant ix. lect. dicitur ſequētia de cōi folio. x. Euangelium. Homo quidam peregre. In cōmuni fo. xi. Offr. ꝓ.88 Veritas mea et mīa mea cum ipſo: et in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

Hec munera queſumus domine bti cuthberti confeſſoris tui atqꝫ pontificis interceſſione ſctifica: ꝛ nos famulos tuos a peccatorū omniū maculis clementer mūda. Per dominū. Cōio. Beat⁹ ſeru⁹ quē cū venerit dn̄s/ Mat. 24 D inuenerit vigilantē: amen dico vobis: ſuper omnia bona ſua conſtituet eū. Poſtcōio.

Ut hec cōmunio nos dn̄e tibi dignos efficiat: beat⁹ cuthbert⁹ cōfeſſor tuus: ꝛ pōtifex cuius tranſlationis diē veneramur ſuffragio q̄ſumus pie interceſſionis obtineat. Per dn̄m.

¶ Sancti bertini abbatis. Officium

Os iuſti meditabitur ſapientiā/ et lingua ei⁹ loquetur iudiciū lex dei ei⁹ in corde ipſi⁹. ꝓ.36 p̄s. Noli emulari ī malignātib⁹: neqꝫ zelaueris faciētes iniquitatē. Ibid. Oro.

Omnipotens ſempiterne deus qui mirabiliter fulges in electis tuis quos te habitatore glorificare voluiſti: da nobis queſum⁹ beati bertini cōfeſſoris tui atqꝫ abbatis ita digne ſolēnia venerari: vt eius ſuffragantibus meritis templum tuum mereamur fieri. Per dn̄ꝫ. Epiſtola. Iuſtus cor ſuū. In cōi fo. xij. Grad. Os iuſti meditabitur ſapientiam: et lingua eius loquetur iudicium. ꝓ.36 ℣⁹. Lex dei eius in corde ipſius et nō ſupplantabuntur greſſus eius. Alla. ℣. Amauit eū dn̄s et ornauit eū: ſtola glīe induit eū. Euangeliū. Nemo accendit. In cōi fo. xij. Offr. Deſiderium anime ꝓ.20 eius tribuiſti ei dn̄e: et voluntate labiorum eius nō fraudaſti eū: poſuiſti in capite eius coronam de lapide precioſo. Secreta.

Gratia ſpirit⁹ ſancti domine queſumus hec munera noſtra aſſumat et intercedente beato bertino confeſſore tuo atqꝫ abbate vitam noſtram irreprehenſibilem cuſtodiat: et nos ad celeſtia regna perducat. Per dominū. in vnitate eiuſdem. Cōmunio. Fidelis Mat. 24 D ſeruus et prudens quem conſtituit domin⁹ ſuper familiam ſuam: vt det illis in tēpore tritici menſuram. Poſtcōmunio.

Tribuant nobis queſumus domine continuum tua ſancta ſubſidium: quo beati bertini confeſſoris tui atqꝫ abbatis precibus nos ab omnibus ſemper tueātur aduerſis. Per dominum noſtrum ieſum chriſtū filiū tuum. Qui tecum viuit et regnat.

¶ In natiuitate beate Marie virginis. Ad miſſam. Officium.

Ecck, GAudeamus oēs in dño diē feſtū celebꝛantes ſub honoꝛe marie ꝟginis: de cuius natiuitate gaudent angeli ⁊
pſal, collaudāt filiū dei. ℣. Eructauit coꝛ meū
44. verbū bonū: dico ego opa mea regi. Oro.

SUpplicationem ſeruoꝛū tuoꝛum deus miſeratoꝛ exaudi: vt qui in natiuitate dei genitricis ⁊ virginis cōgregamur: eius interceſſionibus a te de inſtantib⁹ periculis eruamur. Per eundem. ¶ Lectio libꝛi ſapientie.

Ecck, EGo quaſi vitis fructificaui ſua-
24. c uitatē odoꝛis: ⁊ floꝛes mei fruct⁹ honoꝛis ⁊ honeſtatis. Ego mater pulchꝛe dilectionis ⁊ timoꝛis: ⁊ magnitudinis et ſancte ſpei. In me grā oīs vie et veritatis: in me oīs ſpes vite ⁊ virtutis. Trāſite ad me oēs qui cōcupiſcitis me: ⁊ a generationib⁹ meis īplemini. Spirit⁹ eni me⁹ ſuper mel dulcis: et hereditas mea ſuper mel et fauum. Memoꝛia mea: in generatione ſeculoꝛū. Qui edunt me adhuc eſurient: ⁊ q̄ bibūt me adhuc ſitient. Qui audit me non confundetur: et qui operantur in me/ nō peccabunt. Qui elucidant me: vitam eternam habebunt. ¶ Alia epiſtola per octa. Lectio libꝛi ſapientie.

4. a O Q̄ pulchꝛa eſt caſta generatio cū claritate. Immoꝛtalis eſt eni memoꝛia illius: quoniā apud deū nota eſt et apud homines. Cū preſens eſt imitantur illā: ⁊ deſiderāt eā cū ſe eduxerit: ⁊ in perpetuū coꝛonata triūphat/ icoinquinatoꝛū certaminū pꝛemiū vincens. Multigena enim impioꝛū multitudo nō erit vtilis: et ſpuria vitulamina nō dabūt radices altas: nec ſtabile firmamentū collocabunt. Et ſi in ramis in tēpoꝛe germinauerint infirmiter poſita/ a vento cōmouebuntur: et a nimietate ventoꝛum eradicabuntur. Confringentur enim rami inconſummati: ⁊ fructus illoꝛū inutiles ⁊ acerbi ad māducandū/ et ad nichilū apti. Ex iniquis eni oēs filii q̄ naſcuntur: teſtes ſūt nequitie aduerſus parētes ī interrogatione ſua. Iuſtus autem ſi moꝛte pꝛeoccupatus fuerit: ī refrigerio erit. ¶ Et legātur he due pꝛedicte epiſtole alternis vicib⁹ ꝑ oct. videlicet vna die Ego quaſi vitis. Et altera die O q̄ pulchꝛa. Ita tamē ꝙ in die dñica infra oct. et in octa. die dicitur Ego quaſi. Gr.

Audi filia ⁊ vide: ⁊ inclina aurē tuā: qꝛ con- ps.
cupiuit rex ſpeciē tuā. ℣. Specie tua et pul- 44.
chꝛitudine tua: intende pſpere pꝛocede ⁊ regna. Alla. ℣. Natiuitas glorioſe ꝟginis Eccl,
marie ex ſemine abꝛahe oꝛta de tribu iuda: clara ex ſtirpe dauid. Sequens Alla. ℣. Per te dei genitrix. dicitur quotidie per octa. niſi in dñica et in octa. die: tūc enī dicitur Alleluya. ſicut in pꝛima die. Alla. ℣. Per te dei genitrix nobis eſt vi- Eccl,
ta perdita data que de celo ſuſcepiſti pꝛolē/ et mundo genuiſti ſaluatoꝛem. Sequētia.

ALle celeſte necnō ⁊ perenne luia. Dic paraphoniſta cū mera ſymphonia. Tuba ⁊ canoꝛa palinodia canta. Nā oīs vſya hanc xp̄i genitricē die iſta. Cōgaudet exoꝛtā: ꝑ quā ſibi ſublatā capit vitam. Dauitica ſtirpe ſata dauidis ad ſceptra eſt regēda pꝛole fecundata. Nec grauidata viſcera ſunt tamē per vlla patris mēbꝛa: ſed ex fide ſola. Ab arce ſumma angel⁹ aſtat maria inquit alma aue plena. Gratia ſacra et benedicta feminas inter omnes paritura. Regē qui dira moꝛtis vincula. Dānauit mira cū potentia. Suum plaſma ſoluens ſponte ſua atqꝫ beatā donans vitam. Fit mox puella verbis credula. Et puerpera ſtupet et caſta. Natū geſtans ſpecioſum foꝛma regētem cuncta oꝛbis regna. Hec eſt virga non irrigata: ſed dei gratia floꝛigera. Hec eſt ſola cūctoꝛum hera: materna obſcurās piacula. Velut roſa decoꝛās ſpineta ſic quod ledat nil habet maria. Virgo eua quod cōtulit prima chriſti ſpōſa effugat maria. O virgo ſola mater caſta: noſtra crimina. Soluens da regna quis beata regnant agmina. Potens enim cuncta/ vt mundi regina et iura. Cum nato omnia decernis in ſecla et vltra/ ſubnixa es in gloria. Cherubin electa ſeraphiqꝫ clara agmina. Nam iuxta filium poſita ſedes in dextera virtus lampas et ſophia. Natiuitas vnde gaudia / nobis hodie affert ānua. Et reſonat camenis aula in laude tua virgo maria. Gaudet per climata orbis eccleſia dicens alleluya. Quod ⁊ palatia celi clamant dindima vſqꝫ dantia preconia. ¶ Initiū ſancti euangelij Secundum Mattheum.

1. A Liber generationis ieſu xp̄i filij dauid: filij abraham. Abrahā autē/ genuit iſaac. Iſaac autē/ genuit iacob. Jacob autē/genuit iudam et fratres ei⁹. Judas autē/genuit phares et zaram de thamar. Phares autē genuit eſrom. Eſrom aūt/genuit arā. Aram autē/genuit aminadab. Aminadab autē/genuit naaſon. Naaſon aūt genuit ſalmon. Salmon autē/genuit booz de raab. Booz autem / genuit obeth ex ruth. Obeth autē/genuit ieſſe Jeſſe autem/genuit dauid regem. Dauid autem rex: genuit ſalomonem: ex ea que fuit vrie. Salomon autem/genuit roboam. Roboam autem/genuit abiam. Abia autem/genuit aſam. Aſa autem/genuit ioſaphat. Joſaphat autem/genuit ioram. Joram autem/ genuit oziam. Ozias autem/genuit ioatham. Joatham autem/ genuit achaz. Achaz autem/genuit ezechiam. Ezechias autem/ genuit manaſſen. Manaſſes autem/genuit amon. Amon autem/genuit ioſiam. Joſias autem/genuit iechoniam et fratres ei⁹ in tranſmigratione babylonis. Et poſt tranſmigrationē babylonis: iechonias genuit ſalathiel. Salathiel autē/genuit zorobabel. zorobabel aūt/gēuit abiud. Abiud aūt/genuit eliachim. Eliachim autē/genuit azor. Azor autē/genuit ſadoch. Sadoch autem/ genuit achim. Achim autē/genuit eliud. Eliud autē genuit eleazar Eleazar autem/genuit mathan. Mathan autē/genuit iacob. Jacob aūt/ genuit ioſeph virū marie. De qua nat⁹ eſt ieſus: q̄ vocat̄ chriſt⁹. Credo. quotidie per oct. et in octa. legatur Euangelium Sc̄dm Lucam.

In illo tempore. Loquente ieſu ad turbas: extollens vocem quedam mulier de turba/dixit illi. Beat⁹ venter qui te portauit: et vbera que ſuxiſti. At ille dixit. Quinimo. Beati qui audiunt verbum dei: et cuſtodiunt illud. 11. D Offertoriū. Diffuſa eſt gratia in labiis tuis: propterea benedixit te de⁹ in eternum: et in ſeculum ſeculi. pſal. 44. Secreta.

Unigeniti tui nobis dn̄e ſuccurrat humanitas: vt qui natus de virgine integritatem matris non minuit: ſed ſacrauit in natiuitatis ei⁹ ſolēnijs a nr̄is nos piaculis exuēs oblationē nr̄az ſibimet faciat eſſe acceptā ieſus chriſtus dn̄s noſter. Qui tecum. Prefatio. Et te in natiuitate. Hec prefatio dicit̄ quotidie per octa. ⁊ in octa. quādo de ſancta maria dr̄ miſſa. Cōio. Uera fides geniti purgauit crimina mūdi et tibi ỽginitas inuiolata manet. Eccl. Poſtcōio.

Sumpſimus dn̄e celebritatis annue votiua ſacramēta preſta q̄s: vt intercedēte btā maria ſēp virgine: et tēporalis nobis vite remedia ꝓbeāt et eterne. R. Quotidie p octa. dr̄ eadē miſſa cum eiſdem ſequētijs que infra octa. aſſumptionis ſuo ordine pretitulate ſunt: ſed ſine Credo. niſi in exaltatione ſancte crucis: tamen in dn̄ica infra octa. ⁊ in oct. ſi dn̄ica fuerit dicit̄ Credo. Secunda die fiat memoria de ſancto gorgonio martyre. Oratio.

Sanctus gorgonius martyr tuus domine ſua nos queſumus interceſſione letificet: et pia faciat ſolemnitate gaudere. Per dñm nr̃m. Secreta.

Grata tibi ſit domine queſumus noſtre ſeruitutis oblatio: quam familie tue pia defert deuotio: pro qua ſanctus martyr tuus gorgonius interueniat. Per dominũ. Poſtcõmunio.

Familiam tuam queſumus domine deus ſuauitas illa contingat et vegetet: quã in martyre tuo gorgonio xp̃i tui bono iugiter odore paſcat. Per eundẽ. ¶ Quarta die mẽoria de marty. protho/et iacintho. Oratio.

Beatorum martyrum tuorũ prothi/et iacincti nos queſum⁹ dñe foueat precioſa confeſſio: ⁊ pia iugiter interceſſio tueatur. Per. Secreta.

Pro ſanctorum martyrũ tuorum prothi ⁊ iacincti veneratiõe tibi dñe munera que debemus exſoluim⁹/ preſta queſum⁹: vt remediũ nobis ꝑpe tue ſalutis operentur. ꝑ do. Poſtcõio.

Ut percepta nos dñe tua ſancta purificet: beatoꝝ martyrũ tuoꝝ ꝓthi/⁊ iacincti q̃s implore oratio. ꝑ do.

¶ Dñica infra octa. natiuit. btẽ Marie cũ extra feſtũ exaltationis ſcẽ crucis euenerit ad miſſam oĩa fiant ſicut in primo die more ſimplicis feſti. ix. lc. ita tamen ꝙ Kyrie. Gloria in excelſis. Sanctus. et Agnus. per ordinem dicuntur: et legatur euangelium. Loquente ieſu. ¶ In exaltatione ſancte crucis. Ad miſſam. Officium

Gal. 6.D Nos aũt gloriari oportet i cruce dñi noſtri ieſu chriſti: in quo eſt ſalus vita et reſurrectio noſtra per quã ſaluati et liberati ſumus. ps. Deus miſereatur noſtri et benedicat nobis: illuminet vultum ſuũ ſuper nos ⁊ miſereatur noſtri. pſal. 66.

Kyrie lux et origo. cũ ſuis ꝟſib⁹. orõ.

Deus qui vnigeniti filij tui domini noſtri ieſu chriſti precioſo ſanguine humanũ gen⁹ redimere dignatus es: concede ꝓpicius/ vt qui ad adorandam viuificam crucem aduenerint/ a peccatorũ ſuorum nexibus liberentur. Per eundẽ. ¶ Memoria de martyribus cornelio et cypriano. Oratio.

Preſta q̃s oĩpotens deus: vt ſicut popul⁹ chriſtian⁹ ad ſanctorũ ſacerdotũ tuoꝝ cornelij ⁊ cypriani temporalẽ concurrit ſolẽnitatẽ: ita ꝑfruat eterna: ⁊ qđ votis celebrat cõprehẽdat effectu. P. ¶ Memoria de natiuitate btẽ Marie orõ. Supplicationẽ. vtſ. Epiſtola. Cõfido de vobis. In cõi. fo. iiij. Grad. Chriſtus fact⁹ eſt ꝓ nobis obediens vſq; ad mortẽ: mortẽ autẽ crucis. ℣. Phi. 2.B Propter quod et de⁹ exaltauit illũ ⁊ dedit illi nomẽ qđ eſt ſuꝑ omne nomẽ. Alla. ℣. Dulce lignum dulces clauos dulcia ferens pondera: que ſola fuiſti digna ſuſtinere regem celorum et dominum. Eccle laus. Sequẽtia.

Laudes crucis attollamus/nos q̃ crucis exultamus: ſpeciali gl'ia. Dulce melos pulſet celos/dulce lignũ dulci dignũ: credimus melodia. Voce vita non diſcordet/cum vox vitam nõ remordet: dulcis eſt ſimphonia. Serui crucis crucem laudent/qui per crucem ſibi gaudent/ vite dari munera. Dicant oẽs et dicant ſinguli/aue ſal⁹ totius populi: arbor ſalutifera. O q̃ felix ⁊ preclara/ fuit hec ſalutis ara: rubens agni ſanguine. Agni ſine macula/qui mundauit ſecula/ab antiquo crimine. Hec eſt ſcala peccatorũ/ per quã chriſtus rex celorum: ad ſe traxit oĩa. Forma cuius hoc oſtẽdit/que terrarũ cõprehendit: quattuor confinia. Non ſunt noua ſacramẽta/nec recenter eſt inuẽta: crucis hec religio. Ipſa dulces aquas fecit/ꝑ hanc ſilex aquas fecit: moyſi officio. Nulla ſalus eſt in domo/niſi cruce munit homo: ſuperliminaria. Neqʒ ſenſit gladium / nec amiſit filiū: quiſquis egit talia. Ligna legens in ſarepta / ſpem ſalutis eſt adepta: pauper muliercula. Sine lignis fidei / nec lechitus olei: valet nec farinula. In ſcripturis ſub figuris / iſta latent ſed iā patent: crucis bñficia. Reges credūt / hoſtes credunt: ſola cruce chriſto duce: hoſtis fugant milia. Iſta ſuos fortiores ſemp facit et victores / morbos ſanat et languores: deprimit demonia. Dat captiuis libertatē / vite cōfert nouitatē: ad antiquā dignitatē / crux reduxit oīa. O crux lignū triumphale / mūdi ꝟa ſalus vale: inter ligna nullū tale / fronde flore germine. Medicina chriſtiana / ſalua ſanos egros ſana: qđ nō valet vis hūana / fit in tuo nomine. Inſiſtētes crucis laudi / cōſecrator crucis audi: atqʒ ſeruos tue crucis / poſt hanc vitā vere lucis: tranſfer ad palacia. Quos tormento vis ſeruire / fac tormenta non ſentire: ſed cum dies erit ire / nobis confer et largire: ſempiterna gaudia. Scdm Johānem.

12,A In illo tēpore. Dixit ieſus turbis iudeorū. Nunc iudiciū eſt mundi. Nunc princeps huius mūdi eijcietur foras. Et ego ſi exaltatꝰ fuero a terra: oīa traham ad meipſum. Hoc autem dicebat ſignificās qua morte eſſet moriturus. Reſpondit ei turba. Nos audiuimus ex lege quia chriſtus manet in eternū. Et quomodo tu dicis: oportet exaltari filiū hominis? Et quis eſt iſte filius hominis? Dixit ergo eis ieſus. Adhuc modicū lumē in vobis eſt. Ambulate dum lucem habetis: vt nō tenebre vos comprehendant. Et qui ambulat in tenebris: neſcit quo vadat. Dum lucem habetis / credite ī lucem: vt filij lucis ſitis. ¶ Credo. Offr̄. Protege dñe plebē tuā per ſignum ſancte crucis ab omnibꝰ inſidijs inimicorū oīm: vt tibi gratā exhibeamus ſeruitutē: et acceptabile tibi fiat ſacrificium noſtrum. Secreta.

Eccle oro.

Deuotas in hoc feſto dñe humilitatis noſtre preces ⁊ hoſtias mie tue precedat auxiliū: et ſalutē quē per euā in paradiſo ligni clauſerat temerata preſumptio: ligni rurſum fides aperiat. p. ¶ Alia ſecreta đ martyribꝰ.

Preſta nobis omnipotens deꝰ: vt noſtre humilitatis oblatio: ⁊ pro tuorum tibi placeat honore ſanctorū / et nos corpore pariter et mente purificet. P. Prefatio. Qui ſalutē. Cōio. Per lignū ſerui facti ſumꝰ ⁊ p ſanctā crucē liberati ſumꝰ: fructus arboris ſeduxit nos filius dei redemit nos alleluya. Poſtcōio.

Eccle oro.

Ieſu chriſti dñi noſtri corpore ſaginati: ⁊ ſanguine per quē crucis eſt ſanctificatū vexillum: queſumus dñe deus noſter: vt ſicut hanc adorare meruimus: ita perennitatis eius gl'ia ſalutari potiamur affectu. Per eundē. ¶ Alia poſtcōmunio de martyribus.

Paſce nos qs dñe tuorum gaudijs vbiqʒ ſanctorum: qa noſtre ſalutis augmēta ſunt / quotiēs illis honos impēditur: in qbꝰ tu mirabilis pdicaris. P.

¶ In octa. natiuit. btē marie ad miſſā oīa fiant ſicut ī prima die more ſimplicis feſti. ix. lc. et dr ſup Kyrie. cantꝰ de Kyrie ops. dr etiā Spiritus et alme. a tribꝰ clericis de ſuperiori gradu in ſuperpellicijs ad gradū chori. Sequentia. Aue preclara. Euāgel. Loquēte ieſu. et dr Sanctꝰ. cū hac additione Bñdictus marie filius. Cetera oīa ſicut in prima die. Eodem die fiat memoria de ſancto nichomede martyre. Oratio.

Adeſto dñe populo tuo / vt bti nichomedis martyris tui merita pclara ſuſcipiēs: ad impetrādā miam tuā ſēp eiꝰ patrocinijs ſubleuet. p. Secr.

Suſcipe domine munera propicius oblata: que maieſtati tue beati nichomedis martyris tui commendet oratio. Per. Poſtcōmunio.

Purificent nos qs dñe ſacramēta que ſumpſimus: et intercedente beato nichomede martyre tuo: a cunctis nos efficiant vitijs abſolutos. P.

¶ Scte edithe ꝟginis nō mar. Offm.

psal. 44. DIlexiſti iuſtitiam et odiſti iniquitatē: ꝓpterea vnxit te deus de⁹ tu⁹/oleo leticie pre conſortibus tuis.

Ibis ps. Eructauit cor meū verbum bonum: dico ego opera mea regi. Gloria pri. Oratio.

DEus qui fidelibus tuis caſtitatis exempla prebuiſti: dum de virgine filiū tuū dnm̄ noſtrū naſci voluiſti: ſancte edithe virginis tue ꝑcib⁹ nobis mētis ⁊ corporis tribue puritatē: ꝑ quā a te nobis ꝓmiſſam ꝑcipiam⁹ felicitatē. Per eūdem. ¶ Memoria de marty. eufemia/lucia/et geminiano. Oratio.

PReſta queſumus dn̄e precib⁹ noſtris cum exultatione prouectū: vt quorū diem paſſionis annua deuotione recolimus: etiā fidei conſtantiā ſubſequamur. Per dominū. Epiſtola Qui gloriatur. In cōi. fo. xiiij. Grad.

psal. 44. Dilexiſti iuſtitiam ⁊ odiſti iniquitatem. ꝟ. Propterea vnxit te de⁹ de⁹ tu⁹ oleo leticie.

Alla. ꝟ. 2 cor. 11. A Emulor enim vos dei emulatione deſpondi vos vni viro virginē caſtam exhibere chriſto. Sequētia. Virginis venerāde. In cōi fol. xv. Euāg. Simile eſt regnū celorum decē virginib⁹. In cōi fol. xv. Offer.

ps. 44. Offerētur regi ꝟgines poſt eam: ꝓxime ei⁹ offerētur tibi. Secreta.

SVper hanc oblationē noſtrā queſumus dn̄e/benedictio tua deſcēdat: ⁊ vt ipſi tibi hoſtia placabilis efficiamur: ſācta editha apud te obtineat. Per d. ¶ Alia ſecreta de martyribus.

MVnera populi tui dn̄e ꝓpiciatus intēde: et ſanctorū martyrū tuorū eufemie/lucine/⁊ geminiani: quorū nobis tribuis ſolēnitatē celebrare: fac gaudere ſuffragijs. Per dnm̄. Cōio.

Ibis Diffuſa eſt gratia in labijs tuis: propterea benedixit te deus in eternum. Poſtcōio.

SPiritualis menſe domine participatio nobis mentis et corporis fiat ſaluatio: et ſancte edithe virginis tue tibi nos cōmēdet ſupplicatio. P do. ¶ Alia poſtcōmunio de martyribus.

SVmptis dn̄e diuinis myſterijs/ exaudi q̄s preces noſtras ⁊ ſctōrū martyrū tuorū eufemie/lucine/⁊ geminiani: quorū ſolēniter celebram⁹ victoriā: cōtinuis foueamur auxilijs. Per.

¶ Scti lamberti epi ⁊ marty. Offm.

Dan. 3. D SAcerdotes dei benedicite dominū: ſancti ⁊ humiles corde laudate deum. Ps.

Ibis Benedicite omnia opera dn̄i dn̄o: laudate ⁊ ſuperexaltate eum in ſecula. Gloria patri. Oratio.

SAncti lamberti martyris tui atq; pontificis dn̄e nos tibi q̄s cōmendet oratio: ⁊ ſicut hunc diem eius glorioſo decorat paſſio: ita nos ipſi⁹ ſemꝑ muniamur ſuffragio. Per dn̄z. Epla. Omnis pontifex. In cōmūi fo. v. Gr.

ps. 88 Inueni dauid ſeruū meū: oleo ſancto vnxi eum: manus enī mea auxiliabitur ei ⁊ brachium meum cōfortabit eum. ꝟ. Nichil ꝓficiet inimicus in eo: ⁊ filius iniquitatis nō nocebit eū. Alla. ꝟ. Elegit te dn̄s ſibi in ſacerdotē magnū in populo ſuo. Euāgel. Circuibat ieſus. In cōi fol. v. Offer.

ps. 20 In veritate tua dn̄e letabitur iuſtus: et ſuper ſalutare tuū exultabit vehementer: deſideriū anime eius tribuiſti ei. Secreta.

HOſtias tibi dn̄e pro commemoratione ſancti lāberti martyris tui atq; pontificis offerimus obſecrantes vt tua nobis ſua interceſſione multiplicet bñficia: quē a tui corporis vnitate nulla tētatio ſeparauit. Qui viuis.

Ibis Cōmunio. Poſuiſti dn̄e ſuper caput eius coronam de lapide precioſo. Poſtcōio.

PErcepto dn̄e tui corporis et ſanguinis ſacramento: cōcede nobis queſum⁹. ſupplicante beato lamberto martyre tuo atq; pōtifice ita muniri:

vt ⁊ tẽporalibus releuemur cõmodis/ ⁊ abũdemus eternis. Qui viuis ⁊ regnas cũ deo pa. ¶ In vigi. ſancti mathei apoſtoli ⁊ euãgeliſte. Officium.

ps. 51. EGo autẽ ſicut oliua fructificaui ĩ domo dñi: ſperaui in mia dei mei: et expectabo nomẽ tuũ qm̃ bonũ eſt ante cõ- Ibid ſpectũ ſanctoꝝ tuoꝝ. p̃s. Quid gloriaris in malicia: q̃ potẽs es in iniq̃tate. Oro.

DA queſumus omĩps deus: vt beati mathei apoſtoli tui et euãgeliſte quã preuenimus veneranda ſolennitas: ⁊ deuotionẽ nobis augeat ⁊ ſalutẽ. Per do. Epla. Beat⁹ homo qui ps. 91 inue. In cõi. fo. j. Gr. Juſtus vt palma florebit: ⁊ ſicut cedrus libani multiplicabit in domo dñi. ℣. Ad annũciãdũ mane miſericordiã tuã: ⁊ veritatẽ tuã per noctẽ. Si Eccl. dñica fuerit dicet. Alla. ℣. Per man⁹ autẽ apoſtolorũ fiebãt ſigna ⁊ ꝓdigia multa in plebe. ¶ Secundum Lucam.

5. F IN illo tẽpore. Vidit ieſus publicanũ nomine leui ſedentẽ ad theloneũ: ⁊ ait illi. Sequere me. Et relictis omnibus/ſurgens ſecutus eſt eũ. Et fecit ei cõuiuiũ magnũ leui in domo ſua: ⁊ erat turba multa publicanorũ/ ⁊ aliorũ qui cũ illis erant diſcumbentes. Et murmurabant phariſei et ſcribe eoꝝ/dicẽtes ad diſcipulos eius. Quare cũ publicanis ⁊ peccatoribus mãducatis ⁊ bibitis? Et reſpõdẽs ieſus dixit ad illos. Nõ egẽt qui ſani ſũt medico: ſed qui male habẽt. Non veni vocare iuſtos: ſed peccatores ad peni- ps. 8. tentiam. Offer. Gloria et honore coronaſti eum: et conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum domine. Secreta.

REſpice q̃ſum⁹ oĩps ⁊ miſericors deus munera que ꝓ veneratione beati matthei aplĩ tui et euãgeliſte tue offerim⁹ maieſtati: ⁊ preſta/vt cui⁹ ſolẽnia his ſacrificijs preuenimus: ei⁹ ſuffragãtib⁹ meritis que tibi ſunt placita/digno affectu ac deuotis mẽtibus exequamur. Per dñm noſtrũ ieſum. Cõio. Magna eſt gloria eius in ſalutari ps. 20 tuo: gloriam ⁊ magnum decorem impones ſuper eum domine. Poſtcõmunio.

PReſta queſumus omnipotẽs deus: vt diuino munere ſatiati: intercedẽte beato mattheo apoſtolo tuo ⁊ euangeliſta: cuius ſolennia preuenimus: ſacris ſemper ⁊ myſterijs renouemur ⁊ moribus. Per dominum.

¶ Si vero hec vigilia in aliqua feria quattuor temporum contigerit: tunc de vigilia nichil fiat niſi tantũ memoria ad miſſam de ieiunio.

¶ In die ſcti matthei aplĩ. Officium.

MIchi aũt ni- ps. 138 mis honorati ſunt amici tui deus: nimis cõfortatus eſt principatus eorũ. p̃s. Dñe Ibid ꝓbaſti me ⁊ cognouiſti me: tu cognouiſti ſeſſionẽ meã ⁊ reſurrectionẽ meã. Gloria patri. Sicut. Oratio.

BEati matthei apoſtoli tui ⁊ euãgeliſte domine precibus adiuuemur: vt quod poſſibilitas noſtra non obtinet: eius nobis interceſſione donetur. Per dñm. ¶ Memoria de ſancto laudo epiſcopo ⁊ confeſſore. Oratio.

PReſta queſum⁹ oĩps deus: vt qui beati laudi cõfeſſoris tui atq3 põtificis ſolennia colimus: eius interceſſione eternã beatitudinem conſequamur. Epiſto. Similitudo vultus. In cõi. fo. iij. Gr. Os iuſti meditabitur ſa- ps. 36 pientiam: ⁊ lingua eius loquetur iudicium ℣. Lex dei eius in corde ipſius et non ſupplantabũtur greſſus eius. Alla. ℣. Primus ad ſyon dicet ecce adſum: ⁊ hieruſalem euangeliſtam dabo. Sequentia. Laus deuota. In communi. fo. iij.

¶ Secundum Mattheum.

9 a In illo tpe. Cū tranſiret ieſus: vidit hoīem ſedētē in thelonco mattheum nomine: ⁊ ait illi. Sequere me. Et ſurgens: ſecutus eſt eū. Et factū eſt diſcūbēte eo in domo: ecce multi publicani ⁊ peccatores veniētes diſcūbebant cum ieſu ⁊ diſcipulis eius. Et videntes phariſei dicebāt diſcipulis eius Quare cū publicanis ⁊ peccatoribus mādūcat magiſter veſter? At ieſus audiens ait. Non eſt opus valētibus medicus: ſed male habentibus. Euntes autē: diſcite quid eſt miſericordiā volo ⁊ nō ſacrificiū. Non enim veni vocare iuſtos: ſꝫ peccatores. Credo. Offer.

ps.20 Poſuiſti domine in capite eius: coronam de lapide precioſo: vitam petijt a te et tribuiſti ei alleluya. Secreta.

Supplicationibus beati matthei apoſtoli tui ⁊ euangeliſte queſumus domine eccleſie tue commēdetur oblatio: cuius magnificis predicationibus eruditur. Per dominum no.

Alia ſecreta de ſancto laudo.

Sicut beatum laudum confeſſorē tuum atqꝫ pōtificem dñe ad eternā gloriā trāſtuliſti: ſic ipſius meritis ꝗſumus ad ſalutē noſtrā hanc preſentem ſanctifica hoſtiam. Prefatio. Et te dñe. Nō vt in hac ꝑfatiōe. Per beatos euāgeliſtas. ſed Per beatos apoſtolos. Cōio. ps. 88 Magna eſt gloria eius i ſalutari tuo: gloriam ⁊ magnum decorem impones ſuper eum domine. Poſtcōio.

Sumpſimꝰ dñe venerabile ſacramētū beati matthei apl'i tui ⁊ euāgeliſte feſtiuitate letantes: ꝗs/vt ſuis ꝑcibus glo'ſis: ⁊ credendū nobis iugiter poſtulet ⁊ ſequēdū beatus euāgeliſta quod predicauit ⁊ docuit. P dñm.

Alia poſtcōio de ſancto laudo.

Refecti menſe celeſtis collatione ꝗs dñe deus noſter: vt intercesſione beati laudi cōfeſſoris tui atqꝫ pōtificis cuiꝰ veneramur ſolennia: ab omni nos ſemper aduerſitate defendas. P.

¶ Sācti mauricij ſocioꝝqꝫ eiꝰ. Offm.

Intret in conſpectu tuo dñe gemitus cōpeditoꝝ: reddē vicinis nr̄is ſeptuplū in ſinu eoꝝ: vindica ſanguinem ſanctorū tuorum qui effuſus eſt. ps.78 Ps. Deus venerunt gentes in hereditatem tuam: polluerunt templū ſanctum tuum: poſuerūt hieruſalem in pomorum cuſtodiam. Ibid Oratio.

Annue queſumus oīs deus: vt nos ſanctoꝝ martyꝝ tuoꝝ mauricij/exuperij/cādidi/victoris/innocētij/ ⁊ vitalis/ ſocioꝝqꝫ corūdē letificet feſtiua ſolennitas: vt quoꝝ ſuffragijs innitimur: natalicijs gloriemur. Per dñm. Epiſtola. Sācti per fidē. In cōi fo. vj. Gr. Exo. 15. a. Glorioſus deus in ſanctis: mirabilis in maieſtate faciēs ꝓdigia. ℣. Dextera tua dñe glorificata eſt in virtute: dextera manus tua confregit inimicum. pſal. 117. Alla. ℣. Te martyrum candidatus: laudat exercitus dñe. Eccl. Sequentia. Ecce pulchra. In cōi. fol. vij. Euangelium. Deſcendēs ieſus de mō. In cōi. fo. viij. Offer. Letamini in domino ⁊ exultate iuſti: ⁊ gloriamini omnes recti corde. ps. 31. Secreta.

Preſentes hoſtias dñe ꝗs merita glorioſa martyꝝ thebeoꝝ tibi reddāt acceptas ꝑ quoꝝ tibi precioſa ſanguine ſunt dicate. Per dñm no. Cōio. Iuſtoꝝ aīe in manu dei ſūt: ⁊ nō tāget illos tormētū malicie: viſi ſūt oc'lis inſipiētū mori: illi autem ſunt in pace. Sap 3. a Poſtcōio.

Sumptis dñe celeſtibꝰ ſacramētis ꝗs: vt intercesſiōe ſanctoꝝ martyrū tuoꝝ thebeoꝝ cōſequi mereamur veniā delictoꝝ. Per dñm. ¶ Sancte tecle virginis non marty. Officium.

ps 118 Loquebar de teſtimonijs tuis in cōſpectu regum ⁊ non cōfundebar: et meditabar in mandatis tuis/que dilexi nimis. Ibid Ps. Beati immacu

lati in via: q̄ ambulãt in lege dñi. Oratio.
OMnipotens ſempiterne deꝰ: auctor virtutis
⁊ amator virginitatis: da nobis
q̄ſumus ſancte tecle virginis tue
placitis tibi meritis commendari: cuius
vita merito caſtitatis tibi complacuit.
Per dñm noſtrum. Epla. Qui
ps 44 gloriatur. In cõi. fo. xliiij. Gr. Dilexiſti
iuſticiam ⁊ odiſti iniquitatem. ℣. Propterea
vnxit te deus deus tuus oleo leticie
2. cor Alla. ℣. Emulor enim vos dei emulatione:
11. A deſpondi vos vni viro virginem caſtam
exhibere xp̄o. Euange. Simile eſt
regnũ celoꝝ decẽ. In cõi. fo. xv. Offer.
ps 44 Offerentur regi virgines poſt eam: proxime
eius offerentur tibi. Secreta.

OFferimus tibi dñe preces ⁊ munera
in honore ſancte tecle virginis
tue gaudentes: preſta queſumus/ vt ⁊
cõuenienter hec agere: ⁊ remediũ ſempiternũ
valeamus acquirere. P dñm.
mat. Cõio. Simile eſt regnum celorum homini
25. E. negociatori: querẽti bonas margaritas:
inuenta vna precioſa margarita: dedit omnia
ſua ⁊ cõparauit eam. Poſtcõio.

PRoſint nobis dñe queſumꝰ ſumpta
myſteria pariterq; nos intercedẽte
beata virgine tua tecla: ⁊ a peccatis
eruant: ⁊ preſidijs tue propiciationis
attollant. Per dñm noſtrum.

¶ Firmini epi ⁊ marty. Officium.

Dan. 3. SAcerdotes
dei bñdicite dñm: ſancti
Ibid ⁊ hũiles corde laudate deũ. ps. Bñdicite
oĩa opa dñi dño: laudate
⁊ ſuperexaltate eũ in ſecla. Oratio.

DEus qui ſanctã nobis huius diei
letitiã pro cõmemoratione beati
firmini martyris tui/ atq; põtificis feciſti:
adeſto familie tue precibus/ et da
vt cuius hodie feſta celebramus: eius
meritis ⁊ itercesſionibus adiuuemur.
pſal. Per dñm. Epiſto. Omnis pontifex.
109. In cõi. fo. v. Gr. Iurauit dñs ⁊ nõ penitebit
eũ: tu es ſacerdos in eternũ: ſecundum
ordinẽ melchiſedech. ℣. Dixit dominꝰ domino
meo: ſede a dextris meis. Alla. ℣.
Inueni dauid ſeruũ meũ: oleo ſancto meo ps. 88
vnxi eum. Euange. Circuibat ieſus.
In cõi. fo. v. Offer. Inueni dauid ſeruũ
meũ: ⁊ in oleo ſancto vnxi eũ: manus enim
mea auxiliabitur ei: et brachium meũ confortabit
eum. Secreta.

INtende propicius q̄s dñe oblata
tibi hec munera: ⁊ depcatione beati
firmini martyris tui atq; pontificis
in cuius ea commemoratione deferimus/
noſipſos eadẽq; ſanctifica. P d.
Cõio. Dñe quinq; talenta tradidiſti michi/ mat.
ecce alia q̄nq; ſuplucratꝰ ſũ: euge ſerue 25. D
fidelis/ q2 i pauca fuiſti fidelis: ſupra multa
te cõſtituã: itra i gaudiũ dñi tui. Poſtcõio

SUmpſimus domie in ſancti martyris
tui atq; põtificis firmini ſolẽnitate
celeſtia ſacramenta: cuius ſuffragijs
queſumus largiaris: vt quod
temporaliter gerimꝰ eternis gaudijs
conſequamur. Per dominum noſtrũ
ieſum xp̄m filium tuum. Qui tecum.

¶ Sancti cypriani epiſcopi/ ⁊ iuſtine
virginis martyrum. Officium.

SAlus aũt iuſtorũ ps. 36
a dño: et protector
eoꝝ eſt in tẽpore
tribulatiõis. ps. Noli emulari in malignãtibus: Ibid
neq; zelaueris facientes
iniquitatem. Oratio de cõi. fo. vi
vel dicatur ſequens Oratio.

BEatorum martyrum tuorum cypriani
⁊ iuſtine nos dñe foueant
continuata preſidia: quia non deſinis
propicius intueri: quos talibus auxilijs
concesſeris adiuuari. Per dominũm
noſt. Epiſtola. Iuſti autem. In
cõi. fo. vi. Gr. Vindica dñe ſanguinem ps. 88
ſanctoꝝ tuoꝝ: qui effuſus eſt. ℣. Poſuerũt
mortalia ſeruorũ tuorũ eſcas volatilibus
celi: carnes ſanctorũ tuorum beſtijs terre.

Alla. ℣. Juſti epulentur ⁊ exultent in cõſpectu dei: ⁊ delectentur in leticia. Euangelium. Cum perſequentur. In cõi. fo. viii. Offer. Exultabũt ſancti in gl'ia ⁊ letabuntur in cubilibus ſuis: exultationes dei in faucibus eorum. Secreta.
ſal. 49.

Sanctoꝝ martyrũ tuoꝝ cypriani ⁊ iuſtine tibi grata cõfeſſio: ⁊ munera noſtra cõmẽdet: ⁊ tuã nobis indulgẽtiã ſemper imploret. Per dominum noſtrum. Cõio. Multitudo languentiũ et qui vexabantur a ſpiritibus immundis veniebant ad eum: quia virtus de illo exibat et ſanabat omnes. Poſtcõmunio.

Preſta queſumus omnipotẽs deus: vt ſctõꝝ martyꝝ tuoꝝ cypriani ⁊ iuſtine deprecatiõibus ſacramẽta que ſumpſimus: ad tue nobis pficiãt placationis augmentũ. Per dominũ.

¶ Coſme ⁊ damiani marty. Officiũ.

Eccli 44. c
Sapiẽtiã ſanctoꝝ narrãt populi: et laudẽ eoꝝ nũciat eccleſia nomina autẽ eoꝝ viuent in ſeculũ ſcli. Ps. Exultate iuſti in dño: rectos decet collaudatio. Oratio.
ps. 32.

Magnificet te dñe ſanctorum martyrum tuorum coſme ⁊ damiani beata ſolennitas: qua et illis gloriam ſempiternam: et opem nobis ineffabili prouidentia cõtuliſti. Per dominũ. Epiſto. Benedictus deus. In cõi. fo. iiii. Gr. Clamauerunt iuſti ⁊ dñs exaudiuit eos ⁊ ex omnibus tribulationibus eorũ liberauit eos. ℣. Juxta eſt dñs his qui tribulato ſunt corde et humiles ſpiritu ſaluabit. Alla. ℣. Vox exultationis et ſalutis in tabernaculis iuſtorum: ⁊ deducet illos in via mirabili. Euangelium. Eleuatis ieſus oculis. In cõmuni. fo. vii. Offerto. Gloriabuntur in te oẽs qui diligunt nomen tuum: quoniam tu domine benedices iuſto: dñe vt ſcuto bone voluntatis tue coronaſti nos. Secreta.
Job
ps. 5

In tuorũ dñe precioſa morte iuſtorum ſacrificium illud offerimus: de quo martyrium ſumpſit omne principium: quod queſumus vt propiciatiõis tue nobis munus obtineat. Per dñm. Cõio. Poſuerunt mortalia ſeruoꝝ tuorum domine/ eſcas volatilibus celi: carnes ſanctorum tuorum beſtiis terre: ſecundũ magnitudinem brachij tui: poſſide filios mortificatorum. Poſtcõmunio.
ps. 78

Sit nobis dñe libatio ſacramenti tui certa ſaluatio: que cũ beatorũ martyrũ tuoꝝ coſme ⁊ damiani meritis imploratur. Per dñm noſtrum.

¶ Michaelis archangeli. Officium.

Dan 3.
Benedicite dominũ omnes angeli eius potentes virtute qui facitis verbũ eius: ad audiendam vocẽ ſermonũ eius. Ps. Benedic anima mea dño: ⁊ omnia que intra me ſunt nomini ſancto ei⁹. Kyrie rex ſplendens. cũ ſuis verſibus. Oratio.
pſal. 102.

Deus qui miro ordine angelorũ miniſteria hominũqz diſpenſas: cõcede propicius: vt a quibus tibi miniſtrãtibus in celo ſemper aſſiſtitur: ab his in terra vita noſtra muniatur. Per dominum. ¶ Lectio libri apocalipſis beati iohannis apoſtoli.

1. a
In dieb⁹ illis. Significauit ieſus que oportet fieri cito loquẽs p angelũ ſuũ ſeruo ſuo iohãni qui teſtimoniũ phibuit verbo dei: ⁊ teſtimoniũ ieſu xpi in his quecũqz vidit. Beat⁹ qui audit et qui legit verba prophetie huius: ⁊ ſeruat ea que in ea ſcripta ſunt. Tẽpus enim ppe eſt. Johannes ſeptẽ eccleſijs que ſunt i aſya. gratia vobis ⁊ pax ab eo qui eſt: ⁊ qui erat: ⁊ qui venturus eſt. Et a ſeptẽ ſpiritibus qui in cõſpectu throni ei⁹ ſunt: ⁊ a ieſu xpo/ q̃ eſt teſtis fidelis: primogenit⁹ mortuorũ: ⁊ princeps regũ terre. Qui dilexit

nos: et lauit nos a peccatis noſtris: in
Dañ ſanguine ſuo. Gr. Benedicite dominū
3. omnes angeli eius: po..tes virtute qui fa
citis verbū eius. ℣. B...dic anima mea
domino: ⁊ oīa interiora mea nomen ſan-
pſal. ctū eius. Alla. ℣. In cōſpectu angelorū
102. pſallā tibi dñe deus meus. Sequentia.

AD celebres rex celice laudes cuncta. Pangat nūc canora caterua ſimphonia. Odas atq; ſoluat cōcio tibi noſtra. Cū iā renouātur michaelis inclyta valde feſta. Per quē letabūda perornatur machina mundi tota. Nouies diſtincta: pneumatū ſunt agmina per te facta. Sed cū vis facis hec flammea per angelicas officinas. Inter primeua ſunt hec nā creata tua cū ſimus nos vltima factura: ſed imago tua. Theologa cathegoriſent ſymbola nobis hec ter tripartita: per priuata officia. Plebs angelica phalāx ⁊ archāgelica principans turma virtus vranica ac poteſtas almiphona. Dominantia numina diuinaq; ſub ſellia cherubin etherea ac ſeraphin ignicoma. Vos o michael celi ſatrapa gabrieleq; vera dās verbi nūcia. Atq; raphael vite vernulla cōferte nos inter paradiſicolas. Per quos patris cūcta cōplētur mandata que dat. Eiuſdem ſophia: cōpar quoq; pneuma vna pmanēs in vſya. Cui eſt; adminiſtrātia deo millia milliū ſacra. Vices per bis quinas bis atq; quingenta dena. Centena millena aſſiſtūt in aula ad quā rex ouē centeſimā. Verbigenā drachmāq; decimam veſtra duxit ſuper algamatha. Vos p ethera nos per rura dena. Pars electa armonie vota demus iperlirica cythara. Vt poſt bella michaelis inclita Nr̄a deo ſint accepta aureā circa arā thimiamata. Quo in celeſti iā gloria. Cōdecātemus alla. Sc̄dm Mattheū.

18.B IN illo tempore. Acceſſerūt diſcipuli ad ieſum: dicētes. Quis putas maior eſt in regno celorū? Et aduocans ieſus paruulū: ſtatuit eū in medio eorū/ ⁊ dixit. Amen dico vobis: niſi cōuerſi fueritis ⁊ efficiamini ſicut paruuli: non intrabitis in regnū celorum. Quicunq; ergo humiliauerit ſe ſicut paruulus iſte: hic maior eſt i regno celorū. Et qui ſuſceperit vnū paruulū talē in nomine meo/ me ſuſcepit. Qui autē ſcandalizauerit vnū de puſillis iſtis qui in me credūt: expedit ei vt ſuſpēdatur mola aſinaria in collo eius/ ⁊ demergatur in profundum maris. Ve mūdo ab ſcādalis. Neceſſe eſt enī vt veniant ſcandala. Verūtamen: ve homini illi per quem ſcandalū venit. Si autē manus tua vel pes tuus ſcandalizat te: abſcinde eum/ ⁊ proiice abs te. Bonū eſt tibi ad vitā ingredi debilem aut claudū: q̄ duas manus vel duos pedes habentē mitti in ignē eternū. Et ſi oculus tuus ſcandalizat te/ erue eum ⁊ proiice abs te. Bonū eſt tibi cū vno oculo in vitā intrare: q̄ duos oculos habentem mitti in gehennā ignis. Videte ne contemnatis vnum ex his puſillis. Dico enim vobis: q2 angeli eorum in celis ſemper vident faciem patris mei qui in celis eſt. Credo.

Offr. Stetit angelus iuxta arā templi habēs thuribulū aureum in manu ſua ⁊ data ſunt ei incenſa multa: ⁊ aſcēdit fumus aromatū in conſpectu dei alla. Secreta.

MVnus populi tui q̄s dñe dignā-
ter aſſume: qđ tibi nō noſtris me-
ritis: ſed ſancti archāgeli tui michae-
lis oīmq; beatorū ſpirituū deprecatio
ne ſit gratum. Per do. Prefatio quo-
tidiana. Chic. Benedicite omnes angeli Dañ
domini domino: hymnum dicite ⁊ ſuperex- 3.
altate eum in ſecula. Poſtcōmunio.

BEati archāgeli tui michaelis interuētione ſuffulti/ ſupplices te dñe deprecamur: vt qđ honore pſequimur: contingamus ⁊ mente. Per do.

C Sancti Hieronymi preſbyteri et doctoris. Ad miſſam. Officium.

Dañ 3. SAcerdotes
dei benedicite dñm:
ſancti ⁊ humiles corde
laudate deum. ℣s.
Ibidẽ Bñdicite oĩa opera dñi
dño: laudate ⁊ ſuperexaltate
eum in ſecula. Oratio.

Deus qui nobis per beatum hieronymum
confeſſorem ſacerdotemqꝫ
tuum ſcripture ſancte veritatẽ
⁊ myſtica ſacramenta reuelare dignatus
es: cõcede queſumus: vt cuius natalicia
colimus/ eius ſemper ⁊ erudiamur
doctrinis/ ⁊ meritis adiuuemur.
Per dominum. Epiſtola Dedit dñs.
pſal. 109. In cõl. fol. xj. Grad. Jurauit dñs et nõ
penitebit eũ: tu es ſacerdos ineternum ſecũdũ
ordinẽ melchiſedech. Alla. ℣. Poſui
adiutorium ſuper potentem: ⁊ exaltaui electum
de plebe mea. Sequẽtia. Adeſt nobis
dies. In cõl. fol. x. Euangelium
Vos eſtis ſal terre. In cõmuni. fo. xj
Credo. dicitur Offertorio. Inueni dauid
p̃s. 88 ſeruũ meũ: et in oleo ſancto vnxi eũ: man⁹
enim mea auxiliabitur ei: ⁊ brachium meũ
confortabit eum. Secreta.

Clementia tua domine queſumus
munera noſtra dignanter reſpiciat
et beati hieronymi confeſſoris et
ſacerdotis tui deprecatione per hec eadem
nos placatus mirifica. Per dñm.
mat. Cõio Domine quinqꝫ talenta tradidiſti
25. b michi ecce alia quinqꝫ ſuperlucratus ſum:
euge ſerue fidelis: qꝛ in pauca fuiſti fidelis:
ſupra multa te conſtituam: intra in gaudium
domini tui. Poſtcommunio.

Preſta domine queſumus: vt ecclesiam
tuã beatus ſacerdos hieronymus
et fidei doctrinis erudiat: et
eruditam diuinis myſteriis dignam
pia interceſſione efficiat. Per dominũ
noſtrum ieſum chriſtum filium tuum
Qui tecum viuit ⁊ regnat in vnitate.
℃ Sanctorũ remigij/ germani/ vedaſti/
⁊ bauonis epiſcoporum. Officium

SAcerdotes p̃s. 131
eius induant ſalutari
et ſancti ei⁹ exultatione
exultabũt. ℣s.
Memento dñe dauid: et Ibidẽ
omnis manſuetudinis
eius. Gloria patri. Sicut erat. Oratio.

Exaudi queſumus domine populum
tuũ cũ ſanctorum cõfeſſorũ tuorũ
remigij/ germani/ vedaſti/ et bauonis
epiſcoporum tibi patrocinio ſupplicatem:
vt ⁊ temporalis vite nos tribuas
pace gaudere: ⁊ eternum reperire ſubſidium.
Per dominum. ℃ Memoria
de ſancto meloro martyre. Oratio.

Adeſto domine ſupplicationibus
noſtris: ⁊ interceſſione beati melori
martyris tui perpetuam nobis miſericordiam
benignus impende. Per.
Epła. Plures facti ſunt. In cõl. fol.
xiij. Gr. Sacerdotes eius induant ſalutare: Ibidẽ
et ſancti eius exultatione exultabunt.
℣ Illuc producã cornu dauid: paraui lucernã
xp̃o meo. Alla. ℣. Fulgebunt iuſti:
et tanq̃ ſcintille in arundineto diſcurrẽt
in eternum. Nulla dicitur ſequentia licet.
ix. lec. habeãtur. Euãge. Sint lũbi.
In cõl. fo. xiij. Offer. Exultabũt ſancti pſal.
in glõa: letabũtur in cubilibus ſuis: exultationes 149.
dei in faucibus eorum. Secreta.

Preces noſtras q̃s dñe ⁊ tuorum reſpice
oblationes fidelium/ vt tibi
grate ſint in tuorũ feſtiuitate ſanctorum
et nobis conferant tue propiciationis
auxilium. Per dominum noſtrum.
Alia ſecreta de ſancto meloro.

Preſentia munera dñe q̃s ſerena
pietate intuere: vt ſancti ſpũs perfundant
bñdictiõe/ quaten⁹ validi⁹ in
nr̃is cordib⁹ dilectionẽ infũdãt: p quã
ſanct⁹ melorus martyr tuus oĩa corporis
tormẽta deuicit. Per dñm no. In
vnitate eiuſdem. Cõio. Ego vos elegi Joh.
de mũdo/ vt eatis ⁊ fructum afferatis ⁊ fructus 15 a
veſter maneat. Poſtcõio.

REpleti ſacramẽto reparationis humane feſtiuitate ſanctorũ cõfeſſorum tuorũ remigij / germani / vedaſti / ⁊ bauonis: queſumus domĩe deus noſter: vt ſicut mũera nobis dignaris prebere celeſtia / ſic per eadem tribuas nos donis inherere celeſtibus. Per dominum noſtrum ieſum xp̃m.

Alia poſtcõio de ſancto meloro. Oratio

QUos refeciſti dñe celeſti miſterio ab omĩbus queſumus propiciatus abſolue delictis: vt intercedente beato meloro martyre tuo: diuino munere purificatis mẽtibus perfruamur Per dominũ noſtrũ ieſum. ¶ Sancti leodegarij ep̃i ⁊ martyris. Officium.

Dan. 3. SAcerdotes dei bñdicite dñm: ſancti ⁊ hũiles corde laudate deũ. Ibid ps. Bñdicite oĩa opa dñi dño: laudate ⁊ ſuperexaltate eum in ſecula. Oratio.

DEus qui hodierna die beatũ leodegariũ martyrem tuũ atq; pontificem gloria et honore coronaſti: tribue nobis propicius: vt qui gloriã nõ meremur: indulgentiam ipſo interueniente conſequamur. Per dominum noſtrum ieſum. Ad timotheum.

2.2 b CAriſſime. Memor eſto ieſuz xp̃m reſurrexiſſe a mortuis ex ſemine dauid ſecũdũ euãgeliũ meũ: in quo laboro vſq; ad vincula quaſi male operãs: ſed verbũ dei nõ eſt alligatũ. Ideo oĩa ſuſtineo ꝓpter electos: vt ⁊ ipſi ſalutẽ conſequãtur: que eſt in xp̃o ieſu cuz 3. C gloria celeſti. Tu autem aſſecutus es meã doctrinã: inſtitutionem / propoſitum / fidem / longanimitatẽ / dilectionẽ patientiã / ꝑſecutiones / paſſiones / qualia michi facta ſunt antiochie: yconio / lyſtris quales perſecutiones ſuſtinui ⁊ ex his oĩbus me eripuit dñs. Et oẽs qui pie volũt viuere in chriſto ieſu perſecutionem patientur. ps. 88 Gr. Inueni dauid ſeruum meum: oleo ſancto vnxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei: ⁊ brachium meum confortabit eum. ℣. Nichil ꝓficiet inimicus in eo: ⁊ filius iniquitatis nõ nocebit eum. Alla. ℣. Elegit te dñs ſibi in ſacerdotem magnũ in populo ſuo. Euãgeliũ. Qui vos audit. In cõi. fol. iiij. Offer. Veritas mea et mĩa mea cũ ipſo: et in noĩe meo exaltabitur cornu eius. Secr. ps. 88

PReſta q̃s dñe vt beati leodegarij martyris tui atq; põtificis ſuffragio / tua in nobis munera tuearis: pro cuius honoranda cõfeſſione hoſtias tibi laudis offerimus. Per dominum.

Cõio. Beatus ſeruus quẽ cũ venerit dñs inuenerit vigilãtem: amen dico vobis ſuper oĩa bona ſua cõſtituet eũ. mat. 24. D Poſtcõio.

REfecti participatione muneris ſacri q̃ſumus dñe deus noſter: vt intercedẽte beato leodegario martyre tuo atq; põtifice: cui⁹ exequimur cultũ / ſentiamus effectũ. Per dñm.

¶ Sãcte fidis ꝟginis ⁊ mar. Officiũ.

ps 118 LOquebar de teſtimonijs tuis ĩ cõſpectu regũ ⁊ nõ confundebar / et meditabar in mãdatis tuis que dilexi nimis. ps. Beati immaculati in via: qui ambulant in lege domini. Ibid Oratio.

DEus qui preſentẽ diẽ beate fidis virginis tue martyrio facis eſſe ſolẽnẽ: preſta eccleſie tue / vt cui⁹ meritis gl̃iatur: ei⁹ ꝓcibus adiuuetur. Per

Epl̃a. Dñe deus. In cõi. fo. xiij. Gr. ps 44 Specie tua ⁊ pulchritudĩe tua: intẽde ꝓſpere ꝓcede ⁊ regna. ℣. Propter veritatẽ ⁊ mãſuetudinẽ ⁊ iuſticiam: ⁊ deducet te mirabiliter dextera tua. Alla. ℣. Hec eſt virgo ſapiens quam dominus vigilantem inuenit. Eccl. Euangelium. Simile eſt regnum celorum theſauro. In cõmuni. fol. xiiij. Offer. Offerẽtur regi ꝟgines poſt eam: ꝓxime eius offerentur tibi. ps 44 Secreta.

SUſcipe domine preces et hoſtias meritis beate fidis virginis ac martyris tibi dicatas: et concede: vt nobis eius ſint ſupplicatione ſalutares: cuius ſunt veneratione ſolennes. Per
mt. 25 F dñm noſtrū. Cōio. Simile eſt regnum celorū homini negociatori querenti bonas margaritas: inuēta vna p̄cioſa margarita dedit oīa ſua et cōparauit eā. Poſtcōio.

SAcri altaris participatione refecti tuā dñe miſericordiā ſuppliciter exoram⁹: vt qui hec in beate fidis virginis et martyris tue veneratione percepimus: eius nos cōfoueri ſuffragijs ſentiamus. Per dominū noſtrū ieſum chriſtum filium tuum. Qui.

¶ Sanctorum marci/marcelli/⁊ apulei martyrum. Officium.

p.36 SAlus autem iuſtorum a domino: ⁊ protector eorū eſt in tēpore tribulationis.
Ibid ps. Noli emulari i malignātibus: neq; zelaueris facientes iniquitatem. Oratio.

SAnctorum martyrū tuoꝝ marci/marcelli/⁊ apulei nos dñe queſumus beata merita proſequātur/et tuo ſemper faciāt amore feruētes. P dñm Epla. Sācti per fidem. In cōi. fo. vj.
Sap 3. A Gr. Iuſtorū anime i manu dei ſunt: ⁊ nō tāget illos tormentū malicie. ℣. Viſi ſunt oculis inſipiētiū mori: illi aūt ſunt in pace.
p 67 Alla. ℣. Mirabilis dñs noſter in ſanctis ſuis. Euangeliū. Cum audieritis
psal. 149. In cōi. fo. viij. Offer. Exultabunt ſancti in gloria letabuntur in cubilibus ſuis: exultationes dei in faucibus eorum. Secreta

MAieſtatē tuā nobis dñe q̄s hec hoſtia immolāda reddat placatam tuoꝝ digna poſtulatione ſanctorū: in quoꝝ cōmemoratiōe defert. P d. Cōio
Sap 3. A Iuſtoꝝ aīe in manu dei ſunt: ⁊ nō tāget illos tormētū malicie: viſi ſunt oclis inſipiētiū mori: illi autē ſunt in pace. Poſtcōio.

SAcramentis q̄ſumus dñe muniamur acceptis: et ſanctorum martyrum tuorum marci/marcelli/⁊ apulei meritis: contra irruētes nequicias armis celeſtibus protegamur. Per dominum noſtrum. ¶ Sancti dionyſij ſociorūq; eius martyrum. Officium.

p.78 INtret in conſpectu tuo dñe gemitus cōpeditorū: redde vicinis nr̄is ſeptuplum in ſinu eorum vindica ſanguinē ſanctorū tuorū qui effuſus eſt.
Ibid ps. Deus venerunt gentes in hereditatē tuā polluerūt tēplū ſanctū tuū: poſuerūt hieruſalē i pomoꝝ cuſtodiā. Or.

DEus qui hodierna die beatū dionyſiū virtute conſtātie in paſſione roboraſti: quiq; illi ad predicanduꝫ gētibus gloriā tuam ruſticū ⁊ eleutheriū ſociare dignatus es: tribue nobis queſumus: ex eoꝝ imitatione pro amore tuo proſpera mūdi deſpicere: ⁊ nulla eius aduerſa formidare. Per dñm. Lectio actuum apoſtolorum.

17 D PAulus cum athenis ſylam et timotheuꝫ expectaret/incitabatur ſpiritus eius in ipſo: videns idolatrie deditā ciuitatē. Diſputabat ergo in ſynagoga cū iudeis ⁊ idola colētibus: et in foro per omnes dies ad eos qui audierāt. Quidā autem epicurei ⁊ ſtoici philoſophi ⁊ dionyſius diſſerebant cū eo: ⁊ quidam dicebant. Quid vult ſeminator verborum hic diſſerere? Alij vero dicebāt nouorū demonioꝝ videtur annūciator eſſe: quia ieſuꝫ ⁊ reſurrectionē annūciabat eis. Et apprehēſum eū ad ariopagū duxerūt dicentes Poſſumus ſcire que eſt hec noua (que a te dicit̄) doctrina? Noua enim quedā infers auribus noſtris: volum⁹ enim ſcire quidnam velint hec eſſe. Athenienſes autem oēs ⁊ aduene hoſpites: cū dionyſio ad nichil aliud vacabāt: niſi aut diſcere: aut aliquid audire noui.

Stans autem paulus in medio ariopagi:
ait. Viri athenienſes: per omnia
quaſi ſuperſticioſos vos video. Preteriens
enim et videns ſimulachra veſtra:
inueni et aram in qua ſcriptum
erat. Ignoto deo. Et quis eſt ille incognitus
deus? Quod ergo ignorantes
colitis: hoc ergo annuncio vobis. Deꝰ
qui fecit mundum et omnia que in eo
ſunt: hic celi ⁊ terre cum ſit dominus/
non in manufactis templis habitat:
nec manibus humanis colitur indigens
aliquo: cum ipſe det omnibus vitam
et inſpirationem et omnia. Fecitqꝫ
ex vno omne genus hominum inhabitare
ſuper vniuerſam faciem terre:
diffiniens ſtatuta tempora/ et terminos
habitationes eorum querere deū:
ſi morte attrectent eum: aut inueniāt
q̃uis non longe ſit ab vnoquoqꝫ noſtrum.
In ipſo enim viuimus et mouemur
et ſumus: ſicut quidam veſtrorū
poetarum dixerunt. Ipſius enim et
creatura et genus ſumꝰ. Genus ergo
cum ſimus dei: non debemus eſtimare
auro/ aut argento/ aut lapidi ſculpture
artis: et cogitationis hominum
diuinum eſſe ſimile. Et tempora quidam
huius ignorantie deſpiciens deꝰ
nunc annūciat hominibus: vt omnes
vbiqꝫ penitentiam agant: eo ꝙ ſtatuit
diem: in qua iudicaturus eſt orbem in
equitate: in viro in quo ſtatuit fidem
prebens omnibus ſuſcitans eū a mortuis.
Cum audiſſent autem reſurrectionem
mortuorum: quidam irridebant:
quidā vero dixerunt. Audiemus
te de hoc iterum. Sic paulus exiuit de
medio eorum. Quidam vero viri adherentes
ei/ crediderunt: in quibus et
dionyſius ariopagita credidit: in dominū
Exo. ieſum chriſtum. Gr. Glorioſus
15. A deus in ſanctis mirabilis in maieſtate faciens
psal. prodigia. V. Dextera tua dñe glorificata
117. eſt in virtute: dextera manus tua cōfregit
ps 67 inimicum. Alla. V. Iuſti epulētur
et exultent in conſpectu dei: ⁊ delectētur i leticia.
Sequentia. Ecce pulchra. In cōi
fo. vij. Euangelium. Deſcendens ieſus
de mōte. In cōmuni fo. viij. Offer.
Letamini in domino et exultate iuſti: ⁊ gloriamini ps. 31.
omnes recti corde. Secreta.

Offerendorum tibi munerū deus
auctor et dator: preſta queſumus:
vt hoc ſacrificium ſingulare qđ ſanctis
tuis in paſſione contulit caritatē:
nobis tribuat deuotionis preſidium.
Per dñm. Communio. Multitudo languentium
et qui vexabantur a ſpiritibus imundis
veniebant ad eum: quia virtus de
illo exibat et ſanabat omnes. Poſtcōio.

Sumpſimus dñe votiua myſteria
deprecantes clementiam tuā: vt
eorū nobis fiant deprecatione ſalutaria:
quorum paſſionis celebramꝰ glorioſa
ſolennia. Per. ¶ Sancti gereonis
ſociorūqꝫ eius martyrū. Officium

Iuſti epulentur ps 67
⁊ exultent in cōſpectu
dei ⁊ delecten
tur i leticia. Ps. Exur- Ibid
gat deus et diſſipentur
inimici eius: ⁊ fugiant
qui oderunt eum a facie eius. Oratio.

Preſta q̃s dñe: vt ſicut ſanctorum
martyrū tuorū gereōis/ victoris/
caſſij/ florētij ſociorūqꝫ eorū nos natalicia
celebranda nō deſerūt: ita iugiter
ſuffragijs comitētur. Per dñm. Epla.
Sancti per fidem. In cōi fol. vj. Gr.
Iuſtorū aīe in manu dei ſunt: et nō tanget Sap
illos tormentū malicie. V. Viſi ſunt oculis 3. A
inſipientiū mori: illi autē ſunt i pace. Alla.
V. Reddet deꝰ mercedē laborū ſanctorum
ſuorū ⁊ deducet eos in via mirabili. Euāgelium.
Cū audieritis. In cōi. fol. viij
Offer. Mirabilis deꝰ in ſanctis ſuis: deus psal.
iſrael ipſe dabit virtutē et fortitudinē plebis 67.
ſue benedictus deus alla. Secreta.

Munera plebis tue dñe queſumꝰ
beatorum martyrū tuorū gereo

nis/vict.ãis/caſſij/florentij/ſocioꝝq́ʒ corū fiant tibi grata ſuffragijs: vt quorum triumphi tuo nomini proferuntur: ipſorum digna perficiantur ⁊ me-
Sap 3. A ritis. Per dominū. Communio. Juſtorum anime in manu dei ſunt: ⁊ nõ tãget illos tormẽtū malicie. viſi ſunt oculis inſipientiū mori: illi autẽ ſunt i pace. Poſtcõio.

Adeſto domine populo tuo cū ſanctorum tuorum gereonis/ victoris/caſſij/ florentij ſocioꝝq́ʒ corū patrocinio ſupplicanti: vt quod propria fiducia non preſumit: ſuffragantium meritis conſequatur. Per dñm nrm.

¶ Sancti nicaſij ſocioꝝq́ʒ eius martyrum. Ad miſſam. Officium.

ps.131 Sacerdotes eius induant ſalutare: et ſancti eius exultatione exultabũt. ps
Ibid Memento dñe dauid: et omnis manſuetudinis eius. Gloria patri. Sicut erat. Or.

Deus qui ſanctã nobis huius diei ſolẽnitatẽ in honore ſanctorum martyrū tuoꝝ nicaſij/quirini ⁊ ſcuuiculi cõſecraſti: adeſto familie tue precibus et dona: vt quorū feſta celebramꝰ eorum meritis ⁊ auxilio ſubleuemur. Per dñm. Epiſtola. Rememoramini.
ps.131 In cõi fol. vi. Gr. Sacerdotes eius induant ſalutare: ⁊ ſancti eius exultatione exultabunt. ℣. Illuc producam cornu dauid:
Sap 3 A paraui lucernam chriſto meo. Alleluya. ℣. Fulgebunt iuſti et tanquã ſcintille in arundineto diſcurrent in eternum. Euangelium. Cum perſequentur vos. In cõ-
pſal. 149 muni fo. viij. Offer. Exultabunt ſancti in gloria: letabuntur in cubilibus ſuis: exultationes dei in faucibus eorum. Secreta.

Preces dñe tuorū reſpice oblationeſq́ʒ fidelium: vt et tibi grate ſint pro tuorū honore ſanctoꝝ nicaſij/quirini/et ſcuuiculi: et nobis cõferant tue
Joh. 15 B propiciationis auxiliū. Per do. Cõio. Ego vos elegi de mũdo/vt eatis ⁊ fructum afferatis ⁊ fructꝰ veſter maneat. Poſtcõio.

Sanctorum martyrum tuorum domine nicaſij/quirini/ et ſcuuiculi interceſſione placatꝰ: preſta queſumꝰ/ vt que temporali celebramus actione: perpetua ſaluatione capiamus. Per.

¶ Trãſlatio ſancti Edwardi regis et confeſſoris. Ad miſſam. Officium

Gaudeamus Eccl. oẽs in dño diẽ feſtū celebrantes ſub honore edwardi cõfeſſoris: de cuiꝰ trãſlatiõe gaudẽt angeli ⁊ collaudãt filiū dei. ps. Exultate iuſti in ps.32 dño: rectos decet collaudatio. Oratio.

Deus qui beatū regẽ edwardum cõfeſſorem tuum eternitatis gloria coronaſti: fac nos queſumus ita eū venerari in terris: vt cum eo regnare poſſimus in celis. Per. Epiſtola. Juſtus cor ſuū. In communi fo. xij. Grad.
Domine preueniſti eum in benedictionibꝰ ps. 2 dulcedinis: poſuiſti in capite eius coronam de lapide precioſo. ℣. Uitam petijt ⁊ tribuiſti ei: longitudinem dierum in ſeculū ſeculi. Alla. ℣. Juſtus germinabit ſicut liliū: ⁊ Ecc. florebit in eternū ante dñm. Sequentia. 35. Adeſt nobis. In cõi fo. x. Euangelium. Nemo accendit. In cõi fo. xij. Credo. Offertorium. Poſuiſti domine in capite ps.20 eius coronam de lapide precioſo: vitam petijt et tribuiſti ei alla. Secreta.

Sacris altaribꝰ aſſiſtẽtes nos dñe queſumꝰ ſpũs ſancti luce pfunde vt qđ tibi i honore bti regis edwardi deuote offerimꝰ nobis ipſo interueniẽte fiat remediū ſalutare. p d. in vni. eiuſđ. Cõio. Magna eſt gloria eius in ſalutari ps.20 tuo: gloriam et magnum decorem impones ſuper eum domine. Poſtcõmunio.

Uitalis alimonie cõuiuio ſaginati ꝗs dñe deus noſter: vt beati regis edwardi cõfeſſoris tui ſuffragantibus meritis: celeſtis conuiuij mereamur eſſe participes. ꝑ dñm. ¶ Vel dicuntur ad miſſam de ſctō edWardo in tranſlatione eiuſdē he tres orationes.

OMnipotens ſempiterne deus: qui beatum regem edWardū ſanctorum collegio ſociaſti: concede propiciꝰ vt qui glorioſe tranſlationis eius recolimus inſignia: ipſius apud te ſentiamus patrocinia. Per dñm. Secreta

QUos beati regis edWardi trāſlatio ſancta letificat/ tua nos domine gratia reddat letiores: et tribuat in hoc ſacrificio preſentie tue dulcedinem toto corde ſentire. Qui viuis et regnas cum deo patre. Poſtcōmunio

VT nobis ſalutem conferant ſacramenta que ſumpſimus beatiſſimus rex edWardus confeſſor tuꝰ domine pro nobis interceſſor exiſtat: de cuius veneranda tranſlatione tribuis nos annua deuotiōe letari. Per.

¶ Sancti calixti pape ⁊ martyr. Offiñ

Dan. 3. F — SAcerdotes dei benedicite dominū: ſancti ⁊ humiles corde laudate deum. ps.

Jdis — Benedicite omnia opera dñi dño: laudate ⁊ ſuperexaltate eum in ſecula. Gloria patri. Oratio

DEus qui nos conſpicis ex noſtra infirmitate deficere: ad amorem tuū nos miſericorditer ꝑ ſancti calixti martyris atqꝫ pōtificiꝫ exēpla reſtaura. P. Epla Doctrinis va. i cōi fo. v. Gr.

ps.88 Inueni dauid ſeruū meū: oleo ſancto vnxi eum: manus enī mea auxiliabitur ei ⁊ brachium meum cōfortabit eum. ℣. Nichil ꝓficiet inimicus in eo: ⁊ filius iniquitatis nō nocebit eū. Alla. ℣. Elegit te dñs ſibi in ſacerdotē magnū in ppl'o ſuo. Euāg Vigilate qꝛ neſci. i cōi. fo. xi. Eod Offer. Veritas mea et mīa mea cum ipſo: et in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

MIſtica nobis domine proſit oblatio: que per ſancti calixti meritū nos et a reatibus noſtris expediat/ et perpetua ſaluatione confirmet. Per.

Cōio. Beatꝰ ſeruꝰ quē cū venerit dñs/ inuenerit vigilantē: amen dico vobis: ſuper omnia bona ſua conſtituet eū. mat. 24 D Poſtcōio

PReſta domine queſumus: vt cuius paſſionis memoriā ſacramenti participatione recolimus: fidem proficiendo ſectemur. P. ¶ Scti Wlfrāni epiſcopi et confeſſoris. Officium.

STatuit ei dominus teſtamētū pacis ⁊ principem fecit eū: vt ſit illi ſacerdotij dignitas in eternū. Eccli 25. D ps. Miſericordias domini: in eternum cantabo. ps.88 Oratio.

DA queſumus omnipotens deus: vt beati Wlfrāni confeſſoris tui atqꝫ pontificis veneranda ſolēnitas: ⁊ deuotionē nobis augeat ⁊ ſalutē. Per.

Epiſtola. Ecce ſacerdos. In cōi fol. x.

Grad. Dñe preueniſti eum in benedictionibus dulcedinis: poſuiſti in capite eiꝰ coronam de lapide precioſo. ps.20 ℣. Vitam petiit et tribuiſti ei: longitudinem dierum in ſeculū ſeculi. Alleluia. ℣. Iuſtus germinabit ſicut lilium et florebit in eternum ante dñm. Esa. 35. Sequētia Adeſt nobis. de cōi fo. x. vel Alma cohors. de cōi fo. x. Euangeliū. Homo quidam peregre. In cōi fol. xi. Offertoriū Veritas mea et miſericordia mea cum ipſo: et in nomine meo exaltabitur cornu eius. psal. 88. Secreta.

REſpice queſumus munera populi tui in ſancti Wlfranni confeſſoris tui atqꝫ pōtificis honore oblata: ⁊ tue teſtificatio veritatis nobis ꝓficiat ad ſalutem. Per dominū. Cōio. Beatus ſeruus quē cū venerit dñs inuenerit vigilantem: amen dico vobis: ſuper omnia bona ſua conſtituet eum. Mat. 24 D Poſtcōio.

QUos tuis dñe reficis ſacramētis ſancti Wlfranni confeſſoris tui atqꝫ pontificis/ attolle benignus ſuffragijs/ vt nr̄e redēptionis effectum/ ⁊ myſterijs capiamus et moribus. Per.

¶ Sancti michaelis in monte tumba Ad miſſam. Officium.

psal. 102. Benedicite dominum omnes angeli eius potentes virtute: qui facitis verbum eius: ad audiendam vocem ſermonū Ibid eius. ps. Benedic aīa mea dño et oīa que intra me ſunt nomini ſctō eiꝰ. Kyrie rex ſplēdens. Et dr̄ abſqꝫ verſibus. Oro.

Deus qui miro ordine angelorum miniſteria hominūqꝫ diſpenſas: concede propicius: vt a quibus tibi miniſtrantibus in celo ſemper aſſiſtitur: ab his in terra vita noſtra muniatur. Per dn̄m nr̄m ieſum. ¶ Lectio libri apocalipſis beati iohannis apoſtoli.

12. b Factum eſt prelium magnum in celo: michael et angeli eiꝰ preliabantur cum drachone. Et dracho pugnabat/et angeli eius: et non preualuerunt: neqꝫ locus inuentus eſt eorū amplius in celo. Et proiectus eſt draco ille magnus ſerpens antiquus qui vocatur diabolus et ſathanas: qui ſeducit vniuerſum orbem: et proiectus eſt in terrā et angeli eius cū illo miſſi ſunt. Et audiui vocem magnā in celo dicentem. Nunc facta eſt ſalus et virtus ꝛ regnū dei noſtri: ꝛ poteſtas chriſti eius: quia proiectꝰ eſt accuſator fratrum noſtrorū qui accuſabat illos āte conſpectum dei noſtri die ac nocte. Et ipſi vicerunt illum ꝓpter ſanguinem agni: et propter verbū teſtimonij ſui: et non dilexerūt animas ſuas vſqꝫ ad mortē. Propterea letamini celi: et qui habitatis i eis. Gr. Benedicite dominū psal. 102. omnes angeli eius potentes virtute: qui facitis verbū eius. ℣. Benedic aīa mea dño/ Ibid et omnia interiora mea nomē ſanctū eius. Alla. ℣. Concuſſum eſt mare et cōtremuit Eccl. terra vbi archangelꝰ michael deſcēdebat de celo. Non dr̄ ſeque. Euāg. Acceſſerunt diſcipuli. vrō baſio feſto ¶ Credo. Offer. Stetit angelus iuxta aram templi: habens thuribulum aureum in manu ſua/et data ſunt ei incēſa multa et aſcendit fumus aromatum in conſpectu dei alla. Secreta.

Munus populi tui qs dñe dignāter aſſume: qđ tibi non noſtris meritis: ſed ſancti archangeli tui michaelis oīmqꝫ beatoꝝ ſpirituū deprecatione ſit gratū. p d. Prefatio quoti. Dan. 3. Cōio. Bn̄dicite oēs āgeli dn̄i dño: hymnū dicite ꝛ ſuperexaltate eū i ſecula. Poſtcōio.

Beati archāgeli tui michaelis interuentione ſuffulti ſupplices te dñe deprecamur: vt quos honore proſequimur/cōtingamus ꝛ mente. Per.

¶ Sancte etheldrede virginis non martyris ad miſſam. Officium.

psal. 44. Dilexiſti iuſticiam et odiſti iniquitatē: ꝓpterea vnxit te deus deꝰ tuꝰ/oleo leticie pre conſortibus tuis. Ibid ps. Eructauit cor meū verbum bonum: dico ego opera mea regi. Gloria pri. Oratio.

Omnipotens ſempiterne deꝰ: auctor ꝟtutis et amator ꝟginitatis: da nobis qs ſctē etheldrede ꝟginis tue placitis tibi meritis ꝯmēdari cuiꝰ vita merito caſtitatis tibi ꝯplacuit. p. Epla. Qui gliat̄. In cōi vo. xiiij. Gr. Dilexiſti iuſtitiam ꝛ odiſti iniquitatē. ps. 44. ℣. Propterea vnxit te deꝰ deꝰ tuꝰ oleo leticie. Alla. ℣. Diffuſa eſt grā i labiis tuis: ꝓpterea bn̄dixit te deꝰ in eternū. Sequentia. Virginis venerāde. Euāg. Simile eſt regnū celorū decem. In cōi ſol. xv. Offer. Ibid Offerentur regi virgines poſt eam: proxime eiꝰ offerentur tibi. Secreta.

Offerimꝰ tibi dñe preces ꝛ munera in honore ſctē etheldrede virgīs tue gaudētes: preſta qs: vt ꝛ ꝯuenienter hec agere ꝛ remediū ſempiternū valeamꝰ acquirere. p. Com. Cōio. Diffuſa eſt grā i labijs tuis: ꝓpterea bn̄dixit te deꝰ in eternū. Poſtcōio.

PRoſint nobis domine queſum⁹ ſumpta myſteria pariterq; nos intercedente beata virgine tua etheldreda: et a peccatis exuant: et preſidijs tue propiciationis attollant. Per dñz.

¶ Sancti luce euangeliſte. Officium

ps.3. OS iuſti meditabitur ſapiẽtiam et lingua eius loquetur iudicium lex dei eius in corde ipſius. ps. Ibid Noli emulari in malignantibus: neq; zelaueris facientes iniquitatem. Gloria patri. Oratio.

INteruenīat ꝓ nobis domine queſumus ſanctus lucas euãgeliſta/ qui crucis mortificationem iugiter in ſuo corpore ꝓ tui nominis honore portauit. Per dominū noſtrū ieſum xp̄m.

¶ Memoria de ſancto iuſto. Oratio.

DEus qui beato iuſto talem fortitudinē tribuiſti: vt in puerili corpuſculo glorioſum pro tuo amore ſubiret martyrium: concede propicius: vt ipſius intercedentibus meritis: ab omnibus nos abſolue peccatis. Per do. Epiſtola. Similitudo vultus. In cõi. fo.iij. ps.36 Grad. Os iuſti meditabitur ſapientiam: et lingua eius loquetur iudicium. ℣. Lex dei eius in corde ipſius: et non ſupplantabuntur greſſus eius. Alleluya. ℣. Primus ad ſyon dicet ecce adſum: et hieruſalem euangeliſtam dabo. Sequentia. Laus deuota. In cõmuni fo.iij. Euangeliū. Deſignauit dominus. In cõi. fol.iij. ps.20 Credo. Offertoriū. Poſuiſti domine in capite eius coronam de lapide precioſo: vitam petiit et tribuiſti ei alla. Secreta.

DOnis celeſtibus da nobis queſumus domine libera mente ſeruire: vt munera que deferimus interueniente beato luca euangeliſta: et medicinam nobis operentur et gloriã. Per.

¶ Alia ſecreta de ſancto iuſto.

SIcut diuine potentie gloriam munera pro beati iuſti martyrio oblata teſtantur: ſic nobis effectū domine queſumus tue ſaluationis impẽdãt. Per. Prefatio. Et te domine. Nõ dicitur in hac prefatione. Per beatos euangeliſtas. ſed per beatos apoſtolos. Communio. Magna eſt gloria eius in ſalutari ps.20 tuo: gloriam et magnum decorem impones ſuper eum domine. Poſtcõmunio.

PReſta queſum⁹ omnipotens de⁹: vt id quod de ſancto altari tuo ꝑcepimus: precib⁹ beati euangeliſte tui luce ſaluificet animas noſtras: per qḋ ſemper tuti eſſe poſſimus. Per dñm.

¶ Alia poſtcõmunio de ſancto iuſto.

REfecti dñe bñdictione celeſti q̄s: vt per interceſſionem beati iuſti martyris tui medicina ſacramenti: et corporibus noſtris proſit et mẽtibus. Per dñm. ¶ Sancte fredeſwide virginis non martyris. Officium.

DIlexiſti iuſti psal. 44. tiam et odiſti iniquitatẽ: propterea vnxit te deus de⁹ tu⁹ oleo leticie pre conſortib⁹ tuis. ps. Ibid Eructauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi. Gloria patri. Sicut erat. Oratio.

OMnipotens ſempiterne deus: auctor virtutis et amator virginitatis: da nobis queſumus ſancte fredeſwide virginis tue placitis tibi meritis cõmendari: cuius vita merito caſtitatis tibi complacuit. Per. Epiſtola. Qui gloriatur. In cõi fo.xiiij. Grad. Dilexiſti iuſtitiam et odiſti iniquitatem. ℣. ps. 44. Propterea vnxit te deus: deus tuus oleo leticie. Alleluya. ℣. Diffuſa eſt gratia in labiis tuis: propterea benedixit te deus in eternum. Sequentia. Virginis venerande. Euangelium. Simile eſt regnum celorum decē. In cõmuni fo.xv. Offer. Ibid Offerentur regi virgines poſt eam: proxime eius offerentur tibi. Secreta.

Offerimus tibi domine preces et munera in honorē ſancte Fredeſwide virginis tue gaudentes: preſta queſumus: vt et conuenienter hec agere/et remedium ſempiternum valeamus acquirere. Per dn̄m nr̄m. Cōio.

psal. 44. Diffuſa eſt grā in labijs tuis: ꝓpterea bn̄dixit te deus ineternum. Poſtcōmunio.

Proſint nobis domine hęc ſumpta myſteria: pariterqꝫ nos intercedente beata virgine tua Fredeſwida: et a peccatis eruant/et preſidijs tue ꝓpiciationis attollant. Per dominum.

¶ Sanctarum vndecim milium virginum martyrum. Officium.

ps. 44. Vultum tuū deprecabunt᷑ omnes diuites plebis: adducentur regi virgines poſt eā: proxime eius adducentur tibi in

Ibid leticia ꝛ exultatiōe. ps Eructauit cor meū verbū bonū dico ego opera mea regi. Or.

Deus qui ſanctam nobis huius diei ſolennitatē pro beatarū virginum martyrumqꝫ tuarum glorioſa paſſione feciſti: adeſto familie tue precibus et da: vt quarum hodie feſta celebramus: meritis ꝛ interceſſionib⁹ adiuuemur. Per dominū noſtrū. Epla. O ꝙ̄ pulchra. In cōmuni. fo. xv. Gr.

psal. 149 Exultabunt ſancti in gloria: letabuntur in cubilibus ſuis. ℣. Cantate domino canticū nouum: laus eius in eccleſia ſanctorum.

psal. 44. Alla. ℣. Adducentur regi virgines poſt eā: proxime eius adducentur tibi in leticia. Euangeliū. Simile eſt regnum celorum decem. In cōmuni fol. xv. Offr. Offerentur regi virgines poſt eā: proxime eius offerentur tibi. Secreta.

Preſentia munera queſumus domine ita ſerena pietate intuere: vt ſancti ſpiritus perfundantur benedictione/vt in noſtris cordibus eā dilectionem auidius capiamus: per quam ſancte virgines martyreſqꝫ tue/omnia corporis tormenta deuicerunt. Per d. Cōio.

mat. 25 a Quinqꝫ prudentes virgines acceperunt oleū in vaſis ſuis cū lāpadib⁹: media aūt nocte clamor factus eſt: ecce ſponſus venit: exite obuiam chriſto dn̄o. Poſtcōio.

Sumpſimus domine ſanctarū virginum martyrumqꝫ tuarū ſolennitate celeſtia ſacramenta: quarū ſuffragijs queſumus largiaris/ vt qđ temporaliter gerimus: eternis gaudijs cōſequamur. Per dn̄m. ¶ Sancti romani epī et confeſſoris. Officium.

Eccl. 25. a Statuit ei dn̄s teſtamentū pacis: et principem fecit eū: vt ſit illi ſacerdotij dignitas ineternū. ps. 81 ps. Miſericordias domini: ineternum cantabo. Oratio.

Deus cui beatus romanus pontifex ita ſanctitatis gratia decoratus complacuit/ vt tuorum cōſortium in celis promereretur ſanctorum: da eccleſie tue queſumus eius interuentu perpetuam cōſequi leticiam: cuius depoſitionis diē gratulando celebrat ſolennem. Per dominū nr̄m. Epiſtola. Iuſtū deduxit. In ꝯmuni fo. x. Grad.

Eccl. 24. Ecce ſacerdos magnus: qui in diebus ſuis placuit deo. ℣. Non eſt inuentus ſimilis: illi qui conſeruaret legē excelſi. Alleluya ℣. Inueni dauid ſeruum meū: oleo ſancto meo vnxi eū. Euāg. Vigilate qꝛ neſci. In cōi fo. xi. Offr.

ps. 88 Veritas mea ꝛ miſericordia mea cum ipſo: et in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

Sacrificiū deuotionis noſtre queſumus omnipotens de⁹ clementer reſpice: ꝛ interceſſione beati romani confeſſoris tui atqꝫ pontificis: p hoc nobis ſalutem mentis et corporis benignus impende. Per dominū. Cōio.

mat. 24 b Fidelis ſeruus ꝛ prudens quem conſtituit dominus ſuper familiam ſuā: vt det illis in tempoꝛe tritici menſuram. Poſtcōmunio.

Concede queſumus domine deꝰ noſter: vt myſteria ſctã que ſumpſimus/intercedēte beato romano cōfeſſoꝛe tuo atqꝫ pontifice: ⁊ gratiã nobis deuotionis obtineant et effectum beate perennitatis acquirant. Per.

¶ Sanctoꝛum criſpini et criſpiniani martyꝛum. Ad miſſam. Officium.

ꝑ.36 Salus autez iuſtoꝝ a dño: ⁊ protectoꝛ eoꝝ eſt in tēpoꝛe tribulationis. Ibid ps. Noli emulari in malignantibus: neqꝫ zelaueris faciētes iniquitatem. Gloꝛia patri. Oratio.

ꝑ.81 Deus qui ſanctis martyꝛibꝰ tuis criſpino et criſpiniano coꝛonam martyꝛij preſtitiſti: cōcede queſumꝰ vt eoꝝ interceſſione veniam conſequamur delictoꝝ: ⁊ eterna gaudia beatoꝝ. Per dñm. ¶ Memoꝛia de tranſlatione ſancti Johannis de Beuerlaco epiſcopi et confeſſoris. Oratio

Deus qui hunc diē ſanctiſſimi iohannis cōfeſſoris tui atqꝫ pontificis tranſlatione decoꝛaſti: fac nos q̄s eius meritis et precibus in ſanctoꝛum tuoꝛum ſocietate transferri. Per dñz.

Epła. Spectaculū facti. In cōi fo. vii.

ꝑ.132 Grad. Ecce q̄ bonū et q̄ iocundum: habitare fratres in vnū. ℣. ꝑ.88 Sicut vnguentū in capite qđ deſcendit in barbã: barbã aaron.

ꝑ.67 Alla. ℣. Juſti epulentur et exultent in cōſpectu dei: ⁊ delectētur in leticia. Seq̄ntia Ecce pulchꝛa. In cōmuni fo. vii. Euãgeliū. Ecce ego mitto. In cōmuni fol. ii. ꝑ.5. Offer. Gloꝛiabuntur in te oēs qui diligunt nomen tuum: quoniam tu domine benedices iuſto: dñe vt ſcuto bone voluntatis tue coꝛonaſti nos. Secreta.

Concede queſumus omnipotens deus: vt his muneribus/que pro ſanctoꝝ martyꝝ tuoꝝ criſpini ⁊ criſpiniani honoꝛe deferimus: ⁊ te placemus exhibitis: et nos viuificemur acceptis. Per dominū noſtrū ieſū xp̄m.

¶ Alia ſecreta de ſancto iohanne.

Reſpice queſumus domine ꝓpicius/ad humilitatis noſtre ſimplicem ſeruitutem: ⁊ intercedente beato iohanne confeſſoꝛe tuo atqꝫ pōtifice cuius tranſlationē celebꝛamꝰ: hoſtias quas in honoꝛe eius ſacris altaribus immolamus benignus aſſume. Per dominū. Cōio. Et ſi coꝛam hominibus Sap 3. A toꝛmenta paſſi ſunt: deus tentauit eos: tãq̄ aurum in foꝛnace pꝛobauit eos: ⁊ quaſi olocauſta accepit illos. Poſtcōmunio.

Sanctoꝛum martyꝛū tuoꝝ criſpini et criſpiniani queſumꝰ domine precibus adiuuemur: ⁊ eoꝛum ſolēnia ſacris myſterijs celebꝛantes/fac nos nomini ſemꝑ eſſe deuotos. Per dñm.

¶ Alia poſtcōio de ſancto iohanne.

Preſta nobis domine queſumus beati iohannis cōfeſſoris tui atqꝫ pontificis meritis et precibꝰ adiuuari/ vt qđ preſentibus celebꝛamus officijs eius ſuffragio ꝑpetue ſaluationis gaudijs aſſequamur. Per d. ¶ In vigilia apoſtoloꝝ ſymonis ⁊ iude. Officium

Intret in conſpectu tuo dñe gemitus cōpeditoꝝ: redde vicinis noſtris ſeptuplum in ſinu eoꝛum: vindica ſanguinē ſanctoꝛum tuoꝝ qui effuſus eſt. ꝑ 78 ps. Deꝰ venerunt gentes in hereditatē tuam: polluerunt templū ſanctum tuū poſuerunt hieruſalem in pomoꝛum cuſtodiam. Ibid Oratio.

Concede queſumus omnipotens deus: vt ſicut apoſtoloꝛum tuoꝝ ſymonis et iude gloꝛioſa natalicia preuenimus: ſic ad tua beneficia promerenda maieſtatem tuam pro nobis ipſi preueniant. Per dñm nr̄m. Epiſtola. Juſtoꝛum anime. In cōi fol. vi. Gr.

Uindica domine ſanguinem ſanctorū tuorum
qui effuſus eſt. ℣. Poſuerunt mortalia
ſeruorum tuorum eſcas volatilibus celi:
carnes ſanctorum tuorum beſtijs terre.
Si hec vigilia ī dñica euenerit, Alla.
℣. Sancti tui domine florebunt ſicut liliū:
et ſicut odor balſami erunt ante te. Euangelium.
Ego ſum vitis vos palmites.
pſal. In cōi fo. xi. Offer. Exultabunt ſancti in
149 gloria: letabuntur in cubilibus ſuis: exultationes
dei in faucibus eorum. Secreta.

Accepta tibi ſit queſumus domine
noſtre deuotionis oblatio: et
ad apoſtolicam puriores nos faciat peruenire
feſtiuitatem. Per dominū no.
Sap. Prefatio quotidiana. Cōmunio. Iuſtorum
3. A anime in manu dei ſunt: ⁊ nō tāget illos
tormētū malicie. viſi ſunt oculis inſipientiū
mori: illi autē ſunt ī pace. Poſtcōio.

Queſumus domine ſalutarib⁹ repleti
myſterijs: vt quorum ieiunando
ſolennia preuenimus: eorū orationibus
adiuuemur. Per dñm nr̄m.

¶ In die apoſtolorum ſymonis/et iude.
Ad miſſam. Officium.

pſ. Michi autem
136. nimis honorati ſunt
amici tui de⁹: nimis
confortatus eſt principatus
eorum. Pſ.
Ibid Domine probaſti me
et cognouiſti me: tu cognouiſti ſeſſionē meam
et reſurrectionem meā. Gloria. Oro.

Deus qui nos per beatos apoſtolos
tuos ſymonem et iudam/ad
agnitionem tui nominis venire tribuiſti:
da nobis eorum gloriam ſempiternam/
et proficiendo celebrare: et celebrando
proficere. Per dñm nr̄m ieſū
chriſtū filiū tuū. Qui. Ad Romanos.

8. F Fratres. Scimus quoniam diligentibus
deum omnia cooperantur
in bonum: his qui ſecundum propoſitum
vocati ſunt ſancti. Nā quos
preſciuit et predeſtinauit conformes
fieri imaginis filij ſui: vt ſit ipſe primogenitus
in multis fratrib⁹. Quos
autem predeſtinauit/hos et vocauit.
Et quos vocauit: hos et iuſtificauit.
Quos autem iuſtificauit: illos et magnificauit.
Quid ergo dicem⁹ ad hec?
Si deus pro nobis: quis contra nos?
Qui etiam proprio filio ſuo non pepercit:
ſed pro nobis omnib⁹ tradidit
illum. Quomodo non etiam cum illo
omnia nobis donauit? Quis accuſabit
aduerſus electos dei? Deus qui iuſtificat.
Quis eſt qui condēnet? Chriſtus
ieſus qui mortuus eſt/ immo qui
et reſurrexit/ qui eſt ad dexteram dei:
qui etiam interpellat pro nobis Quis
ergo nos ſeparabit a charitate chriſti?
Tribulatio/an anguſtia/ an perſecutio/
an fames/an nuditas/ an periculū
an gladius? Sicut ſcriptum eſt. Qui
propter te mortificamur tota die: eſtimati
ſumus ſicut oues occiſiōis. Sed
in his omnibus ſuperam⁹: propter eū
qui dilexit nos. Cert⁹ ſum enim: quia
neqꝫ mors/neqꝫ vita/neqꝫ angeli/neqꝫ
principatus/neqꝫ poteſtates/neqꝫ virtutes/
neqꝫ inſtātia/neqꝫ futura/ neqꝫ
fortitudo/neqꝫ altitudo/ neqꝫ profundum
/ neqꝫ creatura alia: poterit nos
ſeparare a caritate dei. Que eſt ī chriſto
ieſu: domino noſtro. Gr. Nimis honorati pſ. 138
ſunt amici tui deus: nimis confortatus
eſt principatus eorum. ℣. Dinumerabo
eos: et ſuper arenam multiplicabuntur.
Alleluya. ℣. Non vos me elegiſtis: ſed
ego vos elegi: ⁊ poſui vos vt eatis et fructum
afferatis: et fructus veſter maneat.
Sequētia. ⁊ Euāge. Hec mādo vobis
In cōmuni fo. xi. Credo. Offer. In omnem pſ. 18
terram exiuit ſonus eorum: et in fines
orbis terre verba eorum. Secreta.

Gloriam domine ſanctorum apoſtolorum
ſymonis et iude perpetuam
venerantes: queſumus/ vt eandem
ſacris myſterijs expiati: dignius
celebremus. Per dominū noſtrū ieſū.

mat. 19 D Prefatio. Et te dñe. Cōio. Vos qui ſecuti eſtis me: ſedebitis ſup ſedes iudicantes duodecim trib⁹ iſrael: dicit dñs. Poſtcōio.

Sanctificato diuino myſterio queſumus omīps deus: vt pro nobis eoꝝ nō deſit oratio: quoꝝ nos donaſti patrocinio gubernari. Per dñm no.

¶ In vigilia omniū ſanctoꝝ. Officiū.

ps. 33. Timete dñm oēs ſancti eius: qm̄ nichil deeſt timētib⁹ eū: diuites eguerūt ꝛ eſurierūt inquirentes autē dñm nō deficiēt omni bono. Ibid ps Benedicā dñm in omni tpe: ſemp laus eius in ore meo. Oratio.

Domine deus noſter: multiplica ſuper nos gratiā tuā et ſanctorū tuorum/ quorum preuenimus glorioſa ſolennia: tribue ſubſequi ſancta pfeſſione leticiam. Per dñm noſtrum. Nulla fiat memoria. ¶ Lectio libri apocalipſis beati iohannis apoſtoli.

5. B In diebus illis. Ecce ego iohānes vidi in medio throni et quattuor animaliū: et in medio ſeniorum agnū ſtantem tāq̄ occiſum habentē cornua ſeptem ꝛ oculos ſeptem qui ſunt ſeptē ſpiritus dei miſſi in omnē terram. Et venit et accepit de dextera ſedentis in throno librum. Et cum aperuiſſet librū: quattuor animalia: ꝛ viginti quattuor ſeniores ceciderūt corā agno habentes ſinguli cytharas ꝛ phialas aureas plenas odoramētorum: que ſunt orationes ſanctoꝝ. Et cantabāt canticum nouū dicētes. dignus es domine deus noſter accipere librum: ꝛ aperire ſignacula eius/ qm̄ occiſus es: et redemiſti nos deo in ſanguine tuo ex omni tribu/ et lingua/ et populo/ et natione. Et feciſti nos deo noſtro regnum ꝛ ſacerdotes: ꝛ regnabūt ſuper terrā. Et vidi/ ꝛ audiui vocem angeloꝝ multoꝝ in circuitu throni ꝛ animaliū ꝛ ſeniorum: ꝛ erat numerus eorum milia milium voce magna dicentium. Dignus eſt agnus qui occiſus eſt accipere virtutem: ꝛ diuinitatem/ ꝛ ſapientiam/ et fortitudinem/ ꝛ honorem/ ꝛ gloriam/ ꝛ benedictionē: in ſecula ſeculoꝝ amen.

Gr. Exultabunt ſancti in gloria: letabuntur in cubilibus ſuis. psal. 149. ℣. Cantate domino canticum nouum: laus eius in eccleſia ſanctorum. Si hec vigilia in dñica euenerit hr̄ miſſa de vigil. in capitulo cū hoc Alla. ℣. Mirabilis dñs noſter in ſanctis ſuis. ps 77 Et tunc ad magnā miſſam q̄ erit de dñica fiat mēoria de ſancto quītino cū hac oratione Deus qui eccleſiam. cū Secreta ꝛ poſtcōio. Quere poſt iſtd officiū. ¶ Secundum Johannem.

17 B In illo tpe. Reſpiciēs ieſ⁹ in diſcipulos ſuos: dixit. Pater ſācte: ſerua eos in noīe tuo quos dediſti michi: vt ſint vnū ſicut ꝛ nos. Cū eſſem cum eis: ego ſeruabā eos ī noīe tuo. Quos dediſti michi ego cuſtodiui/ ꝛ nemo ex eis periit niſi fili⁹ pditiōis: vt ſcriptura impleat̄. Nūc aūt ad te venio: ꝛ hec loquor in mūdo: vt habeāt gaudiū meum impletū in ſemetipſis. Ego dedi eis ſermonē tuū: ꝛ mūdus eos odio habuit: q2 nō ſūt de mūdo ſicut et ego nō ſum de mūdo. Non rogo vt tollas eos de mūdo: ſed vt ſerues eos a malo. De mūdo nō ſunt: ſicut ꝛ ego non ſum de mūdo. Sāctifica eos ī veritate: ſermo tuus veritas eſt. Sicut tu me miſiſti ī mūdū: ꝛ ego miſi eos in mūdū. Et pro eis ego ſanctifico meipſū: vt ſint ꝛ ipſi ſanctificati in veritate. Nō p his autē rogo tantū: ſed ꝛ p eis qui credituri ſunt p verbū illoꝝ in me: vt oēs vnum ſint: ſicut tu pater in me/ ꝛ ego in te: vt ꝛ ipſi in nobis vnū ſint: vt credat mūdus q2 tu me miſiſti. Et ego claritatē quā dediſti michi dedi eis: vt ſint vnū ſicut ꝛ nos vnū ſum⁹. Ego in eis ꝛ tu in me/ vt ſint conſummati in vnū. Et cognoſcat mundus q2 tu me miſiſti/ et

dilexiſti eos ſicut ⁊ me dilexiſti. Pater quos dediſti michi: volo vt vbi ego ſū/ ⁊ illi ſint mecū: vt videāt claritatē meam quā dediſti michi: qꝛ dilexiſti me ante mūdi cōſtitutionē. Pater iuſte mūdus te nō cognouit: ego autē te cognoui. Et hi cognouerūt qꝛ tu me miſiſti: ⁊ notū feci eis nomen tuum et notum faciam: vt dilectio qua dilexiſti me in ꝑ. 31. ipſis ſit: ⁊ ego in eis. Offerto. Letamini in domino et exultate iuſti: ⁊ gloꝛiamini omnes recti coꝛde. Secreta.

Altare tuum domine muneribus cumulam⁹ oblatis: da queſum⁹/ vt ad ſalutem noſtrā omniū ſanctoꝛū tuoꝝ precatione pꝛoficiant: quoꝝ ſolennia ventura precurrimus. Per do.

sa formis tunc diuisa gestu sed equa-
lia. Pēnis decorata terris eleuata cū
uotis cuncta. Facie serena oculoꝝ ple-
na ibi dei nuncia. In his possunt cer-
ni anuli quaterni quibus archa vehi-
tur. Quorū dogma sanū per samari-
tanū circumquaqꝫ seritur. Tali quasi
plaustro mulier ab austro salomonē
adijt. In hac ceu quadriga agnus est
auriga pro nobis obijt. Istis in his bi-
nis caput est ⁊ finis xp̄s cōplens oīa.
Horū documentis hoꝝ instrumentis
florens stat ecclesia. Hoꝝ nos precatu
mortis a reatu soluat xp̄i gratia. Ho-
rū ut doctrina virtus nos diuina du-
cat ad celestia. Sc̄dm Lucam.

10.A IN illo tēpore. Designauit dn̄s ⁊
alios septuaginta duos: et misit
illos binos ante faciē suā in oēm ciui-
tatē ⁊ locū quo erat ipse venturus. Et
dicebat illis. Messis quidem multa:
operarij autē pauci. Rogate ergo dn̄m
messis: ut mittat operarios in messem
suā. Ite. Ecce ego mitto vos sicut a-
gnos inter lupos. Nolite ergo porta-
re sacculum: neqꝫ peram/ neqꝫ calcia-
mēta: ⁊ neminem p viā salutaueritis.
In quacūqꝫ domū intraueritis/ prim
dicite. Pax huic domui. Et si ibi fue-
rit filiꝰ pacis/ requiescet sup illū pax
vr̄a. Sin autē/ ad vos reuertet̄. In ea
dē autē domo manete/ edētes ⁊ biben-
tes q̄ apud illos sunt. Dignꝰ est enim
operariꝰ mercede sua. Credo. ¶ In tē-
pore pasch. Euāg. Ego sum vitis ve-
ra. fo. j. Offer. Posuisti dn̄e i capite eiꝰ
ps. 20 coronā de lapide precioso: vitā petijt a te ⁊
tribuisti ei alla. Et finiat̄ cū alla. quociēs
q̄ fit extra septuagesimā. Secreta.
DOnis celestibus da nobis que-
sumus dn̄e libera mente seruire:
ut munera que deferimꝰ: interueniē-
te beato N. euāgelista: ⁊ medicinā no- ps. 63
bis operentur/ ⁊ veniā. p. Prefa. Et te
dn̄e. Nō dr̄ in hac p̄fa. Per vtōs euā-
gelistas. sed Per vtōs aplos. Cōio. Ibid
Magna ē glia eiꝰ i salutari tuo: gliaꝫ ⁊ ma- ps. 20
gnū decorē īpones sup eū dn̄e. Postcōio.
PResta q̄s oīps deꝰ: ut id quod de
sancto altari pcepimꝰ: p̄cibꝰ bea-
ti euāgeliste tui N. saluificet animas
nr̄as per qđ semp tuti esse possumus.
Per. ¶ In natali vnius mar. Offi.

IUstus ut ps. 91
palma florebit
sicut cedrꝰ liba-
ni multiplicabi-
tur: plātatꝰ i do-
mo dn̄i in atrijs
domꝰ dei nr̄i. ps.
Bonum est confiteri dn̄o: ⁊ psallere nomi- Ibid
ni tuo altissime. Aliud officium.
IUstus nō cōturbabi- ps. 36
tur q2 dn̄s firmat ma-
nū eiꝰ tota die misere-
tur ⁊ cōmodat: ⁊ semē
eiꝰ in bn̄dictiōe erit i
eternū cōseruabit̄. ps.
Noli emulari i malignātibus: neqꝫ zelaue- ps. 36
ris facientes iniquitatem. Aliud officium.
GLoria et honore coronasti ps. 8.
eū: ⁊ cōstituisti eū sup opa
manuū tuaꝝ. ps. Dn̄e dn̄s
nr̄: q̄ admirabile est nomē tu- Ibid
ū i vniuersa t̄ra. Aliud offi.
IN virtute tua dn̄e letabit̄ iustꝰ: ⁊ ps. 20
sup salutare tuū exultabit vehe-
mēter: desideriū aīe eiꝰ tribuisti ei. ps.
Quoniam preuenisti eum in benedictioni- Ibid
bus dulcedinis: posuisti in capite eius coro-
nam de lapide precioso. Aliud officium.
LEtabit̄ iustus in dn̄o ⁊ spe- ps. 63
rabit i eo: ⁊ laudabunt̄ oēs
recti corde. In tp̄e paschali
alla alla. ps. Exaudi deus Ibid
orationē meā cū depcor te.

moꝛe inimici eripe animã meã. Aliud off.

ꝑ. 63 Protexiſti me de⁹ a cõuentu malignãtiũ alleluia: a multitudine operãtiũ iniquitatẽ: alla alla. Ibid ꝑ. Exaudi de⁹ orõnẽ meã cũ deprecoꝛ: a timoꝛe inimici eripe aiaʒ meã. Oꝛo

Adeſto dñe ſupplicationibus noſtris: ⁊ interceſſiõe beati N. martyꝛis tui/ perpetuã nobis miſericoꝛdiam benignus impende. Per dñm.

¶ Lectio libꝛi ſapiẽtie. Eccleſiaſtici.

14 D Beatus vir qui in ſapiẽtia moꝛabit: ⁊ q in iuſticia meditabit: ⁊ in ſenſu cogitabit circũſpectionẽ dei. Cibabit illũ pane vite ⁊ itellect⁹: ⁊ aqua ſapiẽtie ſalutaris potabit illũ. Et firmabit in illos nõ flectet: ⁊ cõtinebit illũ/ ⁊ nõ cõfundet: et exaltabit illũ apd primos ſuos. Et noĩe eterno hereditabit illũ dñs deus noſter. Ad epheſi.

1. A Fratres. Bñdict⁹ de⁹ ⁊ pater dñi nr̃i ieſu xp̃i: q bñdixit nos in omni bñdictiõe ſpũali in celeſtib⁹ in xp̃o: ſicut elegit nos in ipſo ante mũdi cõſtitutionẽ: vt eſſem⁹ ſcti ⁊ imaculati i cõſpectu ei⁹ i charitate. Qui pdeſtinauit nos i adoptionẽ filioꝝ: p ieſũ xp̃m i ipſuʒ/ ſcd̃ʒ ppoſitũ volũtatis ſue i laudẽ glie gr̃e ſue: in qua gratificauit nos i dilecto filio ſuo. In quo habem⁹ redẽptionẽ p ſanguinẽ ei⁹ remiſſionẽ pctõꝝ: ſcd̃m diuitias gr̃e ſue/ q ſupabũdauit in nobis. Per ieſum xp̃m dñm.

¶ Lectio libꝛi ſapiẽtie. Eccleſiaſtici.

31. B Beat⁹ vir q inuẽtus eſt ſine macula: ⁊ q poſt aurũ nõ abiit nec ſperauit in theſauris pecunie. Quis eſt hic ⁊ laudabim⁹ eũ? Fecit eni mirabilia i vita ſua. Qui pbatus eſt in illo: et perfectus inuẽtus eſt: ⁊ erit illi gloria eterna. Qui potuit tranſgredi et non eſt tranſgreſſus: ⁊ facere mala et non fecit. Ideo ſtabilita ſunt bona illi⁹ in dño: ⁊ elemoſinas illi⁹ enarrabit oĩs eccl'ia ſanctoꝝ. Ad tymotheum.

Chariſſime. Teſtificoꝛ corã deo ⁊ ieſu xp̃o: qui iudicaturus eſt viuos ⁊ mortuos: ⁊ p aduẽtũ ipſi⁹ ⁊ regnũ ei⁹. 24 A Pꝛedica vbũ: iſta opoꝛtune ĩpoꝛtune. Argue/ obſecra/ increpa in omi patiẽtia ⁊ doctrina. Erit eni tẽpus cũ ſanã doctrinã nõ ſuſtinebũt: ſed ad ſua deſideria coaceruabũt ſibi magiſtros pruriẽtes aurib⁹. Et a veritate quidẽ auditũ auertẽt/ ad fabulas aũt cõuertẽtur. Tu vo vigila/ in oĩb⁹ laboꝛa/ opus fac euãgeliſte: miniſteriũ tuũ imple: ſobꝛi⁹ eſto. Ego eni iã delibor: ⁊ tẽp⁹ mee reſolutiõis inſtat. Bonũ certamen certaui: curſum cõſummaui: fidẽ ſeruaui. De reliquo repoſita eſt michi coꝛona iuſtitie/ quam reddet michi dñs in illa die iuſtus iudex. Non ſolũ autem michi: ſed ⁊ his qui diligunt aduentũ eius. Ad tymotheum.

Chariſſime. Nemo militãs deo implicat ſe negocijs ſecularibus vt ei placeat cui ſe pꝛobauit. 22. A Nam et qui certat in agone non coꝛonabitur: niſi legittime certauerit. Laboꝛantẽ agricolam: opoꝛtet pꝛimum de fructibus pcipere. Intellige que dico: dabit eniʒ tibi dñs in oĩbus intellectum. Memoꝛ eſto igitur/ ieſum xp̃m reſurrexiſſe a moꝛtuis ex ſemine dauid: ſecũduʒ euangeliũ meũ/ in quo laboꝛo vſqʒ ad vincula: quaſi male operans: ſed verbũ dei non eſt aligatum. Ideo oĩa ſuſtineo pꝑter electos vt ⁊ ipſi ſalutem cõſequãtur: que eſt in xp̃o ieſu cũ gloria celeſti. Ad galathas.

5. B Fratres. Confido in vobis in dño: q nichil aliud ſapietis. Qui autẽ cõturbat vos: poꝛtabit iudiciũ/ qcunqʒ eſt ille. Ego aũt fratres ſi circuncilionẽ adhuc pdico: quid adhuc perſecutionem patioꝛ? Ergo euacuatũ eſt ſcandalũ crucis. Utinam et abſcindãtur qui vos cõturbãt. Quicũqʒ ei volũt placere i carne: hi cogũt vos circũcidi: tantũ vt crucis xp̃i perſe-

cutionē nō patiant̄. Neq̧ enī qui circumcidunt̄ legē custodiunt: ſed volūt
vos circūcidi: vt in carne vr̄a glorient̄
Michi aūt abſit gloriari/niſi in cruce
dn̄i nr̄i ieſu xp̄i. Per quē michi mundus crucifixus eſt: ⁊ ego mundo. Gr.
p̄.20. Poſuiſti dn̄e ſup caput eius: coronā de lapide p̄cioſo. ℣. Deſideriū aīe eius tribuiſti
ei: ⁊ volūtate labiorū eius nō fraudaſti eū.
p̄.111 Gr. Beat⁹ vir q̄ timet dn̄m: in mandatis
eius cupit nimis. ℣. Potens in terra erit ſemen eius: gn̄atio rectoꝝ benedicetur. Gr.
p̄.36. Juſtus nō ꝯturbabit: q̄z dn̄s firmat manū
ei⁹. ℣. Tota die miſeret̄ ⁊ cōmodat: ⁊ ſemen
p̄.91. ei⁹ in bn̄dictiōe erit. Gr. Juſtus vt palma
florebit: ſicut cedrus libani multiplicabit in
domo dn̄i. ℣. Ad annūciandū mane miām
p̄.20. tuā: ⁊ veritatē tuā p noctē. Alla. ℣. Poſuiſti dn̄e ſup caput ei⁹: coronā de lapide p̄cio-
p̄.63. ſo. Alla. ℣. Letabit iuſtus in dn̄o ⁊ ſperabit in eo: ⁊ laudabuntur omnes recti corde.
Alla. ℣. Beat⁹ vir q̄ ſuffert tentationem: q̄m cū pbat⁹ fuerit/accipiet coronam vite.
p̄.111 Alla. ℣. Beat⁹ vir q̄ timet dn̄m: in man-
p̄s.8. datis ei⁹ cupit nimis. Alla. ℣. Gloria et
honore coronaſti eū dn̄e: ⁊ cōſtituiſti eū ſup
p̄.36 opa manuū tuaꝝ. Alla. ℣. Juſtus nō cōturbabit q̄z dn̄s firmat manū ei⁹. Seq̄n.

ORganicis canam⁹ modulis nunc nr̄a ſolēnia. Omnigenis dn̄o vocibus reddētes odas debitas. Qui in ſuis ſanctis mirabilis nimis multiplici virtutū flore eoſdē decorat ac mirifice adornat. Nā ⁊ in ipſis quaſi in quibuſdā muſicis inſtrumētis digito proprio fides agitat fides virtutū ſonora. Has numeroſe percurrens ſingulas. Permiſcet ſingulis dyateſſeron mellifluā melodiā. Quā generat virtutū mater illa. Que aliis decēter ꝯpoſita reddit ſuauē ſimphoniā. Qua ſine cūcta. Fiunt diſſona. Necnon ⁊ friuola. Qua cū oia. Fiūt cōſona. Necnō vtilia. Quia iuſti bene. Morati rite. Petentes excelſa poli ſydera. Alacres decantāt noua cātica in cythara tetacta. Quorum agentes feſta conſortia mereamur in celeſti patria. Tractus.

DEſideriū anime ei⁹ tribuiſti ei: ⁊ vo- p̄.20.
luntate labiorū eius nō fraudaſti eū.
℣. Quoniā p̄ueniſti eū in benedictionē dulcedinis. ℣. Poſuiſti ſup caput ei⁹ coro-
nā de lapide p̄cioſo. Scd̄m Johannē. 12 D

IN illo tp̄e. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Amen amen dico vobis: niſi granum frumēti cadens in terrā mortuū fuerit: multū fructum affert. Qui amat animā ſuā: perdet eā. Et q̄ odit animā ſuā in hoc mundo: in vitā eternā cuſtodit eā. Si quis michi miniſtrat me ſequatur. Et vbi ſum ego: illic ⁊ miniſter me⁹ erit Si quis mihi miniſtrauerit: honorificabit eū pater me⁹: qui eſt in celis. ¶ Scd̄m Lucam



IN il- 10 L
lo tp̄e Dixit Jeſus diſcipulis ſuis Qui vos audit: me audit. Et qui vos ſpnit: me ſpernit. Qui aūt me ſpnit: ſpernit eū qui me miſit. Reuerſi ſunt autem ſeptuagintaduo cum gaudio: dicentes. Dn̄e: etiam demonia ſubijciuntur nobis in noīe tuo. Et ait illis. Videbā ſathanā/ſicut fulgur de celo cadentē. Ecce dedi vobis poteſtatem calcandi ſupra ſerpentes ⁊ ſcorpiones: ⁊ ſupra omnē virtutē inimici et nichil vobis nocebit. Verūtamen in hoc nolite gaudere: quia ſp̄us vobis ſubijciuntur. Gaudete autē: q̄z nomina vr̄a ſcripta ſunt in celis. ¶ Secundū Mattheū.

IN illo tp̄e. Dixit Jeſus diſcipu- 16 D
lis ſuis. Si quis vult poſt me ve-

nire: abneget ſemetipſũ: et tollat crucem ſuã/ ⁊ ſequat᷑ me. Qui eñ voluerit aĩam ſuã ſaluã facere: perdet eam. Qui aũt perdiderit animã ſuã ꝓpter me: inueniet eã. Quid eñ prodeſt homini ſi vniuerſum mundũ lucret᷑: aĩe vero ſue detrimentũ patiat᷑. Aut quã dabit homo cõmutationem ꝓ aĩa ſua? Fili⁹ eñ hoĩs/ ventur⁹ eſt in glĩa patris ſui cũ angelis ſuis: ⁊ tunc reddet vnicuiqꝫ ſcd̃m opera eius. Amen dico vobis: ſunt quidã de hic ſtãtib⁹: q̃ non guſtabũt mortẽ: donec videãt filiũ hominis: veniẽtẽ ĩ regno ſuo. Scd̃z lucã.

10 D In illo tpe. Dixit ieſus diſcipulis ſuis. Si quis venit ad me: et non odit patrẽ ſuũ/ et matrem/ et vxorem/ ⁊ filios/ ⁊ fratres/ ⁊ ſorores: adhuc aũt et aĩam ſuã nõ poteſt meus eſſe diſcipulus. Et q̃ nõ baiulat crucẽ ſuã ⁊ venit poſt me: nõ poteſt me⁹ eſſe diſcipulus. Quis enim ex vobis volens turrim edificare: nõne pri⁹ ſedens ꝯputat ſumptus q̃ neceſſarii ſũt: ſi habeat ad perficiendũ: ne poſtea q̃ poſuerit fundamentũ/ ⁊ nõ potuerit perficere: oẽs q̃ viderint/ incipiãt illudere ei/ dicẽtes q꞉ hic homo cepit edificare ⁊ nõ potuit conſummare? Aut q̃s rex itur⁹ cõmittere bellũ aduerſus alium regẽ: nõne prius ſedẽs cogitat/ ſi poſſit cũ decem milib⁹ occurrere ei: q̃ cũ viginti milib⁹ venit ad ſe? Alioquin: adhuc illo lõge agente: legationẽ mittens/ rogat ea q̃ pacis ſunt. Sic ergo omnis ex vobis/ q̃ nõ renũciat oĩb⁹ q̃ poſſidet nõ poteſt me⁹ eſſe diſcipulus. Scd̃m Mattheũ.

14 F In illo tpe. Dixit ieſus diſcipulis ſuis. Nichil opertũ qd̃ nõ reueletur: et ocultum qd̃ nõ ſciatur. Quod dico vobis ĩ tenebris: dicite ĩ lumine: et qd̃ in aure auditis: predicate ſuper tecta. Et nolite timere eos q̃ occidunt corpus: aĩam autẽ nõ poſſunt occidere. Sed potius eũ timete: qui poteſt et aĩam et corpus ꝑdere ĩ gehẽnã. Nõne duo paſſeres aſſe veneunt: et vnus ex illis nõ cadet ſuper terram ſine patre veſtro? Veſtri autem capilli capitis: oẽs numerati ſunt. Nolite ergo timere: multis paſſeribus meliores eſtis vos. Omnis ergo qui cõfitebitur me coram hominibus: cõfitebor et ego eũ coram patre meo: qui eſt in celis.

¶ In tpe paſc. Euãg. Ego ſum vitis
vera. vis. fo. i. Offer. In virtute tua dñe p. 20
letabitur iuſtus: ⁊ ſup ſalutare tuũ exultabit
vehemẽter: deſideriũ aĩe ei⁹ tribuiſti ei.
¶ In tpe paſchali. Allã allã. Offer.
Poſuiſti dñe in capite ei⁹ coronã de lapide Cõõ.
precioſo vitã petiit a te/ et tribuiſti ei allã.
Et finiatur cũ allã: quãdocũqꝫ dicit:
niſi infra ſeptuageſimã. Offer. Iuſt⁹ p. 91
vt palma florebit: ſicut cedrus que in libano
eſt: multiplicabitur. In tpe paſchali.
Allã. Offer. Confitebũtur celi mirabilia p. 88
tua domine: et veritatem tuã in eccleſia ſanctorum
alleluya allã. Offer. Gloria et honore ps. 8
coronaſti eum: et conſtituiſti eum ſup
opera manuum tuarũ domine. Secreta.

Preſentia munera dñe q̃s ſerena
pietate intuere: vt ſancti ſpirit⁹
perfundãtur benedictione: quatenus
illã validius in nr̃is cordib⁹ dilectionẽ
infundant: p quã ſctũs N. martyr
tu⁹ omnia corporis tormenta deuicit.
Per dñm. In vnitate eiuſdem. Cõio.
Qui vult venire poſt me/ abneget ſemetipſum: mat.
⁊ tollat crucẽ ſuã ⁊ ſequat᷑ me. Cõio. 16. D
Qui michi miniſtrat me ſequat᷑: ⁊ vbi ego Joh.
ſum illic ⁊ miniſter me⁹ erit. Cõio. Poſuiſti 12. D
dñe ĩ capite ei⁹: coronã de lapide p̃cioſo. p. 20
In tpe paſcha. Allã all. Cõio. Letabit p. 63
iuſt⁹ in dño ⁊ ſꝑabit ĩ eo: ⁊ laudabũtur oẽs
recti corde. In tpe paſc. Allã all. Cõio.
Ego ſũ vitis vẽa ⁊ vos palmites: q̃ manet ĩ Joh.
me ⁊ ego ĩ eo: hic fert fructũ multũ allã allã 15. A
Cõio. Magna eſt glĩa ei⁹ in ſalutari tuo: p. 20
gloriã ⁊ magnũ decorẽ impones ſup eũ dñe.

Poſtcõ.

Quos refeciſti dñe celeſti
myſterio ab oĩb⁹ q̃s ꝓpiciatus
abſolue delictis: et intercedente beato

N. martyre tuo: diuino munere purificatis
mentibus perfruamur. Per.
¶ In natali vnius mar. et pōti. Offi.

ps. 8 GLoria et honore
coronaſti eum et
cōſtituiſti eū ſup opera
manuū tuarū. ps.
Ydis Dñe dñs nr̄: q̄ admirabile
eſt nomen tuū ī vniuerſa terra. Orō.

DEus qui ſanctam nobis huius
diei leticiam/ pro commemoratione
beati martyris tui N. atq; pontificis
feciſti/ adeſto familie tue precibus/
et da: vt cuius hodie feſta celebramus:
eius meritis et interceſſionibus
adiuuemur. Per. ¶ Ad Hebreos.

5, a FRatres. Omnis pontifex ex hominibus
aſſumpt⁹ pro hominibus
conſtituitur in his que ſunt ad
deum: vt offerat dona et ſacrificia pro
peccatis. Qui cōdolere poſſit his qui
ignorant ⁊ errant: quoniam et ipſe circundatus
eſt infirmitate. Et ꝓpterea
debet quēadmodum et pro populo:
ita etiam et pro ſemetipſo offerre pro
peccatis. Nec quiſq̄ ſumit ſibi honorem:
ſed qui vocatur a deo tāq̄ aaron/
quemadmodum ſcriptum eſt. Tu es
ſacerdos ineternum: ſecundum ordinem
melchiſedech. ¶ Ad Hebreos.

13, b FRatres. Doctrinis variis ⁊ peregrinis
nolite abduci. Optimum
eſt enim gratia ſtabilire cor: non eſcis
que non profuerunt ambulantib⁹ in
eis. Habemus altare: de quo edere nō
habet poteſtatem: qui tabernaculo deſeruiunt.
Quorum enim animalium
infertur ſanguis pro peccato ī ſancta
per pontificem: horū corpora cremant̄
extra caſtra. Propter qđ et ieſus vt ſāctificaret
ꝑ ſuū ſanguinē pplm̄: extra
portā paſſus eſt. Exeamus igit̄ ad eū
extra caſtra: improperiū eius portātes.
Non enī habem⁹ hic manētē ciuitatē:
ſed futurā inquirim⁹. Per ipſum ergo
offeram⁹ hoſtiā laudis ſemꝑ deo/ id eſt
fructū labiorꝝ cōfitentiū nomini eius.
Beneficientie aūt ⁊ cōmunionis nolite
obliuiſci. Talib⁹ enī hoſtiis ꝓmeret̄
de⁹. Gr. Poſuiſti dñe ſup caput ei⁹ coronā ps. 20
de lapide precioſo. ℣. Deſideriū aīe ei⁹ Eod
tribuiſti ei: ⁊ volūtate labiorū ei⁹ nō fraudaſti
eū. Alla. ℣. Poſuiſti dñe ſup caput Eod
ei⁹ coronā de lapide precioſo. Sequētia.
Organicis. vt̄s. fo. iiii. Tr. Deſideriū
anime. vt̄s. fo. eodē. Scd̄m mattheum

IN illo tēpore. Circuibat ieſus ciuitates 9. et
oēs et caſtella: docens in 10, d
ſynagogis eorꝝ: et predicans euāgeliū
regni: ⁊ curās oēm languorē: ⁊ omnē
infirmitatē. Uidens autē turbas: miſertus
eſt eis: q2 erant vexati ⁊ iacētes
ſicut oues nō habētes paſtorē. Tunc
dixit diſcipulis ſuis. Meſſis quidem
multa operarii aūt pauci. Rogate ergo
dn̄m meſſis: vt mittat operarios in meſſem
ſuā. Euntes autē ꝑdicate dicentes
quia appropinquabit regnū celorum.
Infirmos curate/ mortuos ſuſcitate:
leproſos mundate: demones eiicite.
Gratis accepiſtis: gratis date. Ecce
ego mitto vos ſicut oues in medio luporū.
Eſtote ergo prudētes ſicut ſerpentes:
et ſimplices ſicut columbe.
¶ Sequens euangel. dicitur in feſt.
cuiuſlibet ponti. exultantis ſiue martyris/
ſiue confeſſoris. Scd̄m Lucam



IN illo 19, c
tēpore. Dixit
ieſ⁹ diſcipulis
ſuis parabolam
hanc.
Hō quidā
nobilis abiit
in regionē
longinquā
accipere ſibi
regnum ⁊

reuerti. Vocatis aũt decẽ ſeruis ſuis: dedit illis decem mnas: ⁊ ait ad illos. Negociamini dũ venio. Ciues aũt eiꝰ oderãt illũ: ⁊ miſerunt legationẽ poſt illũ: dicẽtes. Nolumꝰ hũc regnare ſup nos. Et factũ eſt vt rediret accepto regno: ⁊ iuſſit vocari ſeruos q̃bꝰ dederat pecuniã/ vt ſciret quãtũ quiſqꝫ negociatꝰ eſſet. Venit aũt primus dicens. Dñe mna tua/ decẽ mnas acquiſiuit. Et ait illi. Euge ſerue bone ⁊ fidelis: qꝛ in modico fuiſti fidelis: eris poteſtatẽ habens ſup decẽ ciuitates. Et alter venit dicẽs. Dñe/ mna tua fecit quiqꝫ mnas Et huic ait. Et tu eſto ſup q̃nqꝫ ciuitates. Et alter venit dicẽs. Dñe: ecce mna tua quã habui repoſitã in ſudario. Timui enĩ te: quia hõ auſterus es: tollis qđ nõ poſuiſti/ ⁊ metis qđ nõ ſeminaſti. Et dixit ei. De ore tuo te iudico: ſerue nequã. Sciebas quia ego hõ auſterꝰ ſum: tollens qđ nõ poſui/ ⁊ metens qđ nõ ſeminaui. Et quare nõ dediſti pecuniã meã ad menſam: vt et ego veniens cũ vſuris vtiqꝫ exegiſſem illã. Et aſtãtibꝰ dixit. Auferte ab illo mnã: ⁊ date illi qui decẽ mnas habet. Et dixerũt ei. Dñe habeo decẽ mnas. Dico autẽ vobis: qꝛ oĩ habenti dabit̃/ et abundabit. Ab eo autẽ qui non habet: et qđ habet/ auferetur ab eo. Veruntamẽ inimicos meos: illos qui nolunt me regnare ſup ſe: adducite huc: et interficite ante me. Et his dictis/ precedebat aſcendens hieroſolymam.

ꝑ.20 ¶ In tpe paſchali. Euãgel. Ego ſum vitis. vt̃s.fo.j. Offr̃. Poſuiſti domine in capite eius coronam de lapide precioſo: vitã petiit a te et tribuiſti ei alla. In.lxx. non addatur. Alleluya. Secreta.

Intende propicius queſumꝰ dñe oblata tibi hec munera: ⁊ deprecatione beati N. martyris tui atqꝫ pontificis/ in cuius ea cõmemoratione deferimus: noſipſos eadẽqꝫ ſanctifica.

ꝑ.20 Per. Cõio. Poſuiſti domine ĩ capite eiꝰ coronam de lapide precioſo. Poſtcõio.

Sumpſimus dñe in ſctĩ martyris tui atqꝫ põtificis N. ſolẽnitate celeſtia ſacramẽta: cuius ſuffragijs q̃s largiaris: vt qđ tẽporaliter gerimus/ eternis gaudijs conſequamur. Per.

¶ In natali plurimoꝝ marty. Offĩ.

Intret in cõſpectu tuo dñe gemitꝰ cõpeditorũ: redde vicinis nr̃is ſeptuplũ ĩ ſinu eoꝝ: vindica ſanguinẽ ſanctorũ tuorũ qui effuſus eſt. ꝑ.78 In tpe paſchali. Alla alla. p̄s. Deus venerunt gentes in hereditatem tuam: polluerunt templum ſanctum tuum/ poſuerunt hieruſalem in pomorum cuſtodiam. Eod. Aliud Officium.

Timete dñm oẽs ſcĩ eiꝰ/ qm̃ nichil deeſt timentibus eũ: diuites eguerũt ⁊ eſurierũt: inquirẽtes aũt dñm/ nõ deficient oĩ bono. ꝑ.13. p̄s. Benedicã dñm ĩ oĩ tẽpore: ſemp laus eius in ore meo. Ibid. Aliud.

Iuſti epulent̃ ⁊ exultẽt ĩ cõſpectu dei: ⁊ delectent̃ ĩ leticia. p̄s. Exurgat deꝰ ⁊ diſſipent̃ inimici eius: ⁊ fugiant q̃ oderunt eum a facie eius. ꝑ.s. 67. Aliud officiũ.

Sapientiam ſanctorũ narrãt ppl̃i/ et laudẽ eorũ nũciat eccleſia: noĩa aũt eoꝝ viuẽt in ſclm ſcl̃i. Eccl. 44. C In tpe paſchali. Alla alla. p̄s. Exultate iuſti in domino: rectos decet collaudatio. Aliud officiũ

Salus autem iuſtorũ a dño: et protector eorũ eſt in tpe tribulationis. ꝑ.36 p̄s. Noli emulari in malignantibus: neqꝫ ʒelaueris facientes iniquitatem. Aliud.

pſal. 144 Ibid Sancti tui domine benedicent te: gloriam regni tui dicent alleluya. Ps. Exaltabo te deus meus rex: ⁊ benedicam nomini tuo in ſeculum: et in ſeculum ſeculi. ¶ Plurimorum martyrum non pontifi. Oratio.

Omnipotēs ſempiterne deus: da nobis ſanctorū martyrū tuorum N. et N. ita digna merita venerari: quatenus et ab inſtātibus liberemur periculis: et digni efficiamur gaudijs ſempiternis. Per dominum noſtrū.

¶ Plurimorū marty. pontifi. Oro.

Omnipotēs ſempiterne de⁹: qui in ſanctorū martyrū tuorū atqꝫ pōtificū N. ⁊ N. cordibus flammā tue dilectionis accendiſti: da mētibus noſtris eandē fidei charitatiſqꝫ virtutem: vt quorū gaudemus triūphis / proficiamur exemplis. Per do. Ad hebreos.

11. f Fratres. Sancti per fidem vicerunt regna: operati ſunt iuſticiā: adepti ſunt repromiſſiones. Obturauerunt ora leonum: extinxerunt impetum ignis: effugauerunt aciem gladij: conualuerunt de infirmitate / fortes facti ſunt in bello. Caſtra verterunt exterorū: acceperūt mulieres / de reſurrectione mortuos ſuos. Alij autē diſtenti ſunt / nō ſuſcipiētes redēptionē vt meliorē inuenirent reſurrectionem. Alij vero ludibria ⁊ verbera experti: inſuper et vincula et carceres. Lapidati ſunt / ſecti ſunt / tentati ſunt in occiſione gladij mortui ſunt. Circuierunt in melotis: in pellibus caprinis / egētes / anguſtiati / afflicti quibus dignus nō erat mūdus. In ſolitudinibus errātes: et in montibus / ⁊ in ſpeluncis / ⁊ in cauernis terre. Et hi omnes: teſtimonio fidei probati inuenti ſunt. In xp̄o ieſu: domino noſtro.

¶ Lectio libri ſapientie.

3. a. Iuſtorū anime in manū dei ſunt: ⁊ non tanget illos tormentū malicie. Viſi ſunt oculis inſipiētiū mori: ⁊ eſtimata eſt afflictio exitus illorū. Et quod a nobis eſt iter exterminij: illi autē ſunt in pace. Et ſi corā hominibus tormenta paſſi ſunt: ſpes illorū immortalitate plena eſt. In paucis vexati / in multis bene diſponentur: quoniā deus tentauit eos / et inuenit illos dignos ſe. Tanꝙ aurum in fornace / ꝓbauit illos: ⁊ quaſi olocauſti hoſtiam / accepit illos: et in tempore erit reſpectus illorum. Fulgebunt iuſti: ⁊ tanꝙ ſcintille in arundineto diſcurrent. Iudicabunt nationes: et dominabuntur populis. Et regnabit dominus illorum: in perpetuum.

¶ Lectio libri ſapientie.

Iuſti autē in perpetuū viuent: et apud dñm eſt merces eorū / ⁊ cogitatio illorū apud altiſſimū. Ideo accipiēt regnū decoris: et diadema ſpeciei de manu dñi. Quoniā dextera ſua / reget eos: ⁊ in brachio ſancto ſuo / defendet illos. Accipiet armaturam zeli illius / et armabit creaturā ad vltionem inimicorum. Induet pro thorace iuſticiam: et accipiet pro galea iudicium certum. Sumet ſcutum inexpugnabile equitatem: ibūt directe promiſſiones. Et ad certū locum deducet illos dñs deus noſter. Ad hebreos. 5. c

Fratres. Rememoramini priſtinos dies: in quibus illuminati magnū certamen ſuſtinuiſtis paſſionū. Et in altero quidem opprobrijs ⁊ tribulationibus ſpectaculum facti: in altero autē ſocij taliter cōuerſantium effecti. Nam ⁊ vinctis compaſſi eſtis: ⁊ rapinam bonorū veſtrorū cum gaudio ſuſcepiſtis / cognoſcētes vos habere meliorem ⁊ manentē ſubſtantiam. Nolite itaqꝫ amittere confidentiā veſtram: que magnam habet remunerationem. Patientia enim vobis neceſſaria eſt: vt voluntatem dei facientes reportetis ꝓmiſſionē. Adhuc enī modicū aliquātulumqꝫ qui venturus eſt 10. f veniet: ⁊ nõ tardabit. Juſtus aũt me⁹ ex fide viuit. Ad corinthios.

FRatres Spectaculum facti ſumus huic mũdo: ⁊ angelis ⁊ hominibus. Nos ſtulti ꝓpter chriſtum: vos autẽ prudẽtes in chriſto. Nos infirmi: vos autẽ fortes. Uos nobiles: nos autẽ ignobiles. Uſqꝫ in hanc horam ⁊ eſurimus/ ⁊ ſitimus: ⁊ nudi ſumus/ ⁊ colaphis cedimur: ⁊ inſtabiles ſumus ⁊ laboramus/operantes manibus noſtris. Maledicimur/ ⁊ benedicimus. Perſecutionẽ patimur/ ⁊ ſuſtinemus. Blaſphemamur/et obſecramus. Tanꝗ̃ purgamenta huius mũdi facti ſumus om̃/peripſima vſqꝫ adhuc. Non vt cõfundã vos hec ſcribo: ſed vt filios meos chariſſimos moneo In chriſto ieſu domino noſtro.

¶ Lectio libri ſapientie.

LIngua ſapientũ ornat ſcientiã: os fatuorũ ebullit ſtultitiã. In omni loco oculi dñi: cõtẽplãtur bonos ⁊ malos. Lingua placabilis lignũ vite: que autem immoderata eſt / conteret ſpiritũ. Domus iuſti plurima fortitudo: ⁊ in fructibus impij conturbatio. Labia ſapiẽtiũ diſſeminabũt ſciẽtiã: cor ſtultoꝝ diſſimile erit. Victime impioꝝ abominabiles dño/vota iuſtorũ placabilia. Qui ſequit̃ iuſtitiã: diligitur a dño. Lectio libri ſapiẽtie.

REddet deus mercedẽ laborũ ſanctorũ ſuoꝝ: ⁊ deducet eos in via mirabili. Et fuit illis in velamento diei: ⁊ in luce ſtellarũ nocte. Tranſtulit illos per mare rubrum et tranſuexit illos per aquam nimiam. Inimicos autẽ illoꝝ demerſit in mare: ⁊ ab altitudine iferorũ deduxit illos. Ideo iuſti tulerũt ſpolia impioꝝ: ⁊ decãtauerũt dñe nomen ſanctũ tuũ. Et victricẽ manũ tuã laudauerũt pariter: dñe deus noſter. Lcõ libri ſapiẽtie.

HI ſunt viri mie: quorum iuſtitie obliuionẽ non acceperũt. Cum

ſemine eoꝝ permanent bona: heredi-
tas ſancta nepotes eoꝝ. Et in teſtamẽ
tis ſtetit ſemẽ eoꝝ: ⁊ filij eoꝝ propter
eos vſqꝫ in eternũ manẽt. Gñatio eo-
rũ ⁊ glia eoꝝ/nõ delinquetur. Corpo
ra eoꝝ in pace ſepulta ſunt: ⁊ noĩa eo-
rũ viuẽt in ſecula. Sapientiã eoꝝ nar
rabunt omnes populi: ⁊ laudẽ eorum
pronunciet / omnis eccleſia ſanctorũ.
Gr. Glorioſus de⁹ in ſanctis ſuis: mira- Exo.
bilis in maieſtate faciẽs ꝓdigia. ℣. Dex- 15. A
tera tua dñe glorificata eſt in virtute: dexte psal.
ra manus tua cõfregit inimicũ. Gr. Cla- 117.
mauerũt iuſti ⁊ dñs exaudiuit eos: ⁊ ex oi- psal.
b⁹ tribulatiõib⁹ eoꝝ liberauit eos. ℣. Jux- 88.
ta eſt dñs his q̃ tribulato ſunt corde: et hũi-
les ſpũ ſaluabit. Gr. Timete dñz oẽs ſcti ps. 33
ei⁹: qm̃ nihil deeſt timẽtib⁹ eũ. ℣. Inquirẽ-
tes aũt dñm: nõ deficient omĩ bono. Gr. Sap
Juſtoꝝ aĩe in manu dei ſunt: ⁊ nõ tãget il- 3. A.
los tormẽtũ malicie. ℣. Viſi ſũt oculis inſi
piẽtiũ mori: illi aũt ſũt in pace. Gr. Exul psal.
tabũt ſcti in glia: letabũtur in cubilib⁹ ſuis 149.
℣. Cãtate dño cãticũ nouũ laus ei⁹ i eccl'ia
ſctõꝝ. Gr. Vindica dñe ſanguinẽ ſctõꝝ tuo p̃. 78
rũ q̃ effuſus eſt. ℣. Poſuerũt mortalia ſer-
uoꝝ tuoꝝ eſcas volatilib⁹ celi: carnes ſctõꝝ
tuoꝝ beſtijs terre. Gr. Ecce q̃ bonum ⁊ q̃ p̃. 32.
iocũdũ: hitare frẽs i vnũ. ℣. Sicut vnguẽ-
tũ i capite: qđ deſcẽdit i barbã barbã aaron
Alius ℣. Mãdauit dñs bñdictionẽ: ⁊ vitã p̃. 132
vſqꝫ in ſecłm. Gr. Aia nr̃a ſicut paſſer ere- Ibidẽ
pta eſt/de laqo venãtiũ. ℣. Laque⁹ cõtrit⁹
eſt: ⁊ nos liberati ſum⁹. adiutoriũ noſtrum
in nomie domini: qui fecit celum ⁊ terram.
Alla. ℣. Sancti tui dñe benedicẽt te: glo psal.
riã regni tui dicent. Alla. ℣. Sancti tui 144
dñe florebũt ſicut liliũ: ⁊ ſicut odor balſami laus.
erunt ante te. Alla. ℣. Sancti ⁊ iuſti in Eccl.
dño: gaudete: vos elegit deus in hereditatẽ psal.
ſibi. Alla. ℣. Vox exultatiõis ⁊ ſalutis 117.
in tabernaculis iuſtoꝝ. Alla. ℣. Juſti p̃. 67
epulẽtur ⁊ exultẽt in cõſpectu dei: ⁊ delectẽ-
tur in leticia. Alla. ℣. Reddet de⁹ mer- Sap
cedẽ laborũ ſanctorũ ſuoꝝ: ⁊ deducet illos 10 D
in via mirabili. Alla. ℣. Mirabilis dñs p̃. 67

Laus Eccl. psal. 125. ; et ola infra.

nostre in sedis suis. Alleluya. ℣. Te martyrū cādidatus laudat exercit⁹ dñe. Tractus.

Qui semināt in lacrymis: in gaudio metent. ℣. Euntes ibant et flebāt: mittentes semina sua. ℣. Venientes autem venient cum exultatione portantes manipulos suos.

Sequentia.

Ecce pulchra canorū resonet voce alleluya. Intimans requiē civibus inclytam. Felicia nimiū angelorū rutilant agmina. Sancte sancte sancte christo ovanter proclamantia. Sublimi in cathedra: apostolorū sede fulgida lāpada tribus et linguas iudicantia. Omnia ut stercora reputarunt cuncta: propter hec emicāt velut stella firmamenti clara. Stollis candidis: martyrum adornantur colla. Hi sunt milites qui mundi preliarunt bella. Coronis albis coronanť sancti. Qui confitentes crediderunt iuste. Vel fide certantes. Respuerunt vana. Modo habent celestia regna. In qua triumphant dicentes optime. Sive canticant psallentes carmina. Arte laude sua. Voce dulcisona. Regi xpo submittentes colla. Multū recitaris laude spirituum. Atqz iubilaris in choro virginum. Alleluya. Dulcimoda. Te decantant pudicum agmina. Laus tibi sit semper christe per omnia. Qui opitularis cantantes talia. Voce pulchra. Alleluya. Et nos christi proclamemus una. Da nobis eterna regna florida. Ubi cātemus omnes alleluya

Sequentia.

Mirabilis deus in sanctis: mirabilia dans magnifica. Qui fide preclara: vicerunt mundi gravissima pericula. Iudicum minas verbera et blandicias contēnentes mente robusta: vero transmiserunt regi animas. Ergo triumphant laurea compti capita secuti recte vestigia agni singularis christi sacrata. Cui assidue mellisflua dant cantica eius predulcissima pleni gratia. Quorum celebrantes solennia cōsortio iungi quo mereamur christus annuat. Qui nostra est gloria.

Secundum Lucam.

In illo tpe. Elevatis iesus oculis 6. in discipulos suos dicebat. Beati pauperes: quia vestrū est regnū dei. Beati qui nūc esuritis: quia saturabimini. Beati qui nūc fletis: quia ridebitis. Bti eritis cū vos oderit hoīes: et cū separaverit vos/ et exprobraverit/ et eiecerint nomen vestrū tanq̄ malū propter filiū hominis. Gaudete in illa die et exultate: ecce enim merces vestra multa est in celo.

¶ Secundum Mattheum.



In illo tēpore. 5. Videns iesus turbas: ascēdit in mōtē. Et cū sedisset accesserūt ad eū discipuli ei⁹. Et aperiēs os suū/ docebat eos dicēs. Bti pauperes spū: qm̄ ipsorū est regnū celorū. Bti mites: qm̄ ipsi possidebunt terrā. Bti qui lugēt: qm̄ ipsi cōsolabūtur. Bti qui esuriūt et sitiūt iustitiā: qm̄ ipsi saturabuntur. Bti misericordes: qm̄ ipsi miam cōsequētur. Bti mundo corde: qm̄ ipsi deū videbūt. Bti pacifici: qm̄ filii dei vocabūtur. Bti qui persecutionē patiūtur propter iustitiā: qm̄ ipsorū est regnū celorū. Beati estis cū maledixerit vos homines: et persecuti vos fuerint et dixerit omne malū adversum vos mētiētes propter me. Gaudete et exultate: qm̄ merces vestra copiosa est in celis.

Secundum Mattheum.

C. In illo tẽpore. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Cũ perſequentur vos in ciuitate iſta/fugite in aliam. Amen dico vobis: non conſummabitis ciuitates iſrael: donec veniat filius hominis. Non eſt diſcipulus ſuper magiſtrum: neqȝ ſeruus ſup dominũ ſuũ. Sufficit diſcipulo vt ſit ſicut magiſter eius: ⁊ ſeruo ſicut dominus eius. Si patrẽfamilias beelzebub vocauerunt: quantomagis domeſticos eius? Ne ergo timueritis eos.

¶ Euangelium Secundum Lucam

.C In illo tempore. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Ponite ergo in cordibus veſtris non premeditari quẽadmodum reſpõdeatis. Ego enim dabo vobis os et ſapientiam: cui non poterunt reſiſtere et contradicere omnes aduerſarij veſtri. Trademini autem a parentibus et fratribus/⁊ cognatis et amicis: et morte afficient ex vobis. Et eritis odio omnibꝰ propter nomen meum: et capillus de capite veſtro nõ peribit. In patientia veſtra: poſſidebitis animas veſtras. Scd̃m Lucam.

.C. In illo tempore. Deſcendens Jeſus de monte: ſtetit in loco campeſtri: et turba diſcipulorum eius: et multitudo copioſa plebis ab omni iudea: et hieruſalem/et maritima/⁊ tyri et ſydonis: qui venerant vt audirent eum/⁊ ſanarentur a languoribꝰ ſuis. Et qui vexabantur a ſpiritibus immũdis/curabãtur. Et omnis turba querebat eum tãgere: quia virtus de illo exibat: et ſanabat oẽs. Et ipſe eleuatis oculis in diſcipulos ſuos: dicebat. Beati pauperes: qꝛ veſtrũ eſt regnũ dei. Beati qui nũc eſuritis: qꝛ ſaturabimini. Beati qui nũc fletis: qꝛ ridebitis. Beati eritis cũ vos oderint hoĩes: ⁊ cũ ſeparauerint vos/⁊ exprobrauerit/ et eiecerit nomẽ veſtrũ tãq̃ malũ: ppt̃ filiũ hoĩs. Gaudete ĩ illa die ⁊ exultate: ecce enĩ merces veſtra: multa eſt in celo.

¶ Euangelium Scd̃m Lucam.

21.E In illo tempore. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Cũ audieritis prelia ⁊ ſeditiones nolite terreri. Oportet primũ hec fieri: ſed nondũ ſtatim finis. Tunc dicebat illis. Surget gẽs contra gentẽ: et regnum aduerſus regnum: et terremotus magni erũt per loca: ⁊ peſtilentie/et fames: terroreſqȝ de celo ⁊ ſigna magna erũt. Sed ante hec oĩa: inicient vobis manus ſuas/⁊ perſequẽtur/tradentes in ſynagogas et cuſtodias: trahentes ad reges ⁊ preſides/ propter nomen meũ. Cõtinget autẽ vobis ĩ teſtimoniũ. Ponite ergo in cordibꝰ veſtris/nõ premeditari: quẽadmodũ reſpõdeatis. Ego enim dabo vobis os ⁊ ſapientiã: cui nõ poterunt reſiſtere ⁊ cõtradicere/oẽs aduerſarij veſtri. Trademini autẽ a parentibus et fratribus et cognatis/et amicis: et morte afficiẽt ex vobis. Et eritis odio omnibus hominibus/propter nomen meum: et capillus de capite veſtro nõ peribit. In patientia veſtra/ poſſidebitis animas veſtras. Scd̃m Lucam.

21.B In illo tpe. Dixit ieſus diſcipulis ſuis. Attendite a fermento phariſeorum qđ eſt hypocriſis. Nihil enim opertũ eſt/qđ nõ reuelet̃: neqȝ abſconditum/qđ nõ ſciatur. Quoniã que in tenebris dixiſtis/in lumine dicentur. Et qđ in aure locuti eſtis in cubilibꝰ/ predicabitur in tectis. Dico autẽ vobis amicis meis: ne terreamini ab his qui occidunt corpus/ et poſt hec nõ habent amplius quid faciant. Oſtendã autẽ vobis quẽ timeatis. Timete eũ: qui poſtq̃ occiderit: habet poteſtatem mittere in gehennam. Ita dico vobis/ hũc timete. Nõne quinqȝ paſſeres veneunt dipondio: ⁊ vnus ex illis nõ eſt in obliuiõe corã deo? Sed ⁊ capilli capitis veſtri oẽs numerati ſunt. Nolite ergo timere: multis paſſeribꝰ pluris eſtis vos. Dico aũt vobis oĩs quicũqȝ confeſſus fuerit me coram hominibꝰ: et filius hominis confitebitur illum: coram angelis dei. Scdm mattheum.

24.B In illo tẽpore. Sedente ieſu ſuper montẽ oliueti: acceſſerũt ad eum diſcipuli ſecreto dicentes. Dic nobis quando hec erunt: et quod ſignũ aduẽtus tui ⁊ cõſummatiõis ſeculi? Et reſpõdens ieſus dixit eis. Uidete ne ꝗs vos ſeducat. Multi enĩ venient in nomine meo dicentes/ ego ſum chriſtus: et multos ſeducent. Audituri enĩ eſtis prelia: ⁊ opiniones preliorꝫ. Uidete ne turbemini oportet enim hec fieri: ſed nondũ eſt finis. Conſurget enĩ gens contra gentẽ: et regnũ in regnum: et erunt peſtilentie ⁊ fames ⁊ terremotꝰ per loca hec autẽ oĩa initia ſunt dolorꝫ. Tunc tradent vos in tribulationẽ: et occident vos: ⁊ eritis odio oĩbꝰ gentibus/ propter nomẽ meũ. Et tũc ſcãdalizabuntur multi: ⁊ inuicẽ tradent: et odio habebunt inuicẽ. Et multi pſeudo prophete ſurgent: ⁊ ſeducent multos. Et quoniã abundabit iniquitas: refrigeſcet caritas multorum. Qui autem perſeuerauerit vſqꝫ in finem: hic ſaluus erit. Secundum Lucam.

11.F In illo tpe. Dicebat Jeſus turbis iudeorũ: et principibus phariſeorum. Ue vobis qui edificatis monumenta ꝓphetarũ: patres autẽ veſtri occiderũt illos. Profecto teſtificamini ꝙ ſentitis operibus patrum veſtrorum. Quoniam quidem ipſi eos occiderunt: vos autẽ edificatis eorũ ſepulchra. Propterea ⁊ ſapientia dei dixit. Mittã ad illos prophetas ⁊ apoſtolos et ex illis occident et perſequentur: vt inquiratur ſanguis omniũ ꝓphetarꝫ/ qui effuſus eſt a cõſtitutione mundi: a generatiõe iſta: a ſanguine abel/ vſqꝫ ad ſanguinẽ zacharie: qui periit inter altare et edẽ. Ita dico vobis/ requiretur ab hac generatione. Ue vobis legiſperitis/ qui tuliſtis ſcientie: ipſi non introiſtis: ⁊ eos q̃ introibant/ ꝓhibuiſtis. Cũ autẽ hec ad illos diceret/ ceperunt phariſei et legiſperiti grauiter inſiſtere/ ⁊ os eius opprimere de multis inſidiantes ei. Et querentes aliqd capere de ore eius: vt accuſarent eum.

¶ Euangeliũ Secundum Marcum

13. In illo tpe. Egrediente ieſu de tẽplo: ait illi vnus ex diſcipulis ſuis Magiſter aſpice quales lapides/ et quales ſtructure. Et reſpõdens ieſus ait illi. Uides has oẽs magnas edificationes? Non relinquetur lapis ſup lapidẽ: qui nõ deſtruatur. Et cum ſederet in monte oliuarũ contra tẽplũ: interrogabant eũ ſeparatim: petrus/ et iacobus/ et iohãnes/ ⁊ andreas. Dic nobis quando iſta fient: ⁊ quod ſignũ erit: quando hec omnia incipient conſummari? Et reſpondens ieſus: cepit dicere illis. Uidete ne quis vos ſeducat. Multi enim venient in noĩe meo dicentes: quia ego ſum: et multos ſeducent. Cum autẽ audieritis bella et opiniones bellorum: ne timueritis. Oportet enim hec fieri: ſed nondum finis. Exurget enim gens cõtra gentem: et regnum ſuper regnum: et erunt terremotus per loca et fames. Initium dolorum hec. Uidete autem voſmetipſos. Tradent enim vos in conſiliis/ et in ſynagogis vapulabitis: et ante preſides et reges ſtabitis propter me/ in teſtimonium illis. Et in omnes gentes primũ oportet predicari euangeliũ. Et cum duxerint vos tradentes: nolite precogitare quid loquamini: ſed quod datum vobis fuerit in illa hora/ id loquamini. Non enim vos eſtis loquentes: ſed ſpiritus ſanctus. Tradet autem frater fratrem in mortem: et pater filium: ⁊ cõſurgent filii in parentes: et morte afficient eos. Et eritis odio omnibus/ propter nomẽ meum. Qui autem ſuſtinuerit in finem/ hic ſaluus erit.

¶ Euangelium Secūdum Marcum.

13. A IN illo tempore. Dixit ieſus diſcipulis ſuis. Videte ne q̄s vos ſeducat. Multi enim venient in nomine meo dicentes: quia ego ſum: ⁊ multos ſeducent. Cum autem audieritis bella et opiniones bellorū: ne timueritis. Oportet enim hec fieri: ſed nondū finis. Exurget enim gens contra gentem: et regnum ſuper regnum: ⁊ erūt terremotus per loca et fames. Initiū dolorum hec. Videte autem voſmetipſos. Tradent enim vos in conſilijs et in ſynagogis vapulabitis: et ante preſides et reges ſtabitis propter me/ in teſtimoniū illis. Et in omnes gentes primum oportet predicari euāgelium. Et cum duxerint vos tradentes: nolite precogitare quid loquamini: ſed quod datum vobis fuerit in illa hora/ id loquamini. Non enim vos eſtis loquentes: ſed ſpiritus ſanctus. Tradet autem frater fratrem in mortem/ ⁊ pater filium: ⁊ conſurgent filij in parentes/ ⁊ morte afficient eos. Et eritis odio omnibus/ propter nomen meum. Qui autem ſuſtinuerit in finem/ hic ſaluus erit.

¶ Secundum Mattheum.

10 D IN illo tempore. Dixit ieſus diſcipulis ſuis. Nolite arbitrari: quia venerim mittere pacem in terram. Non veni pacem mittere/ ſed gladiū. Veni enim ſeparare hominem aduerſus patrem ſuum: et filiam aduerſus matrem ſuam: ⁊ nurum aduerſus ſocrum ſuam: ⁊ inimici hominis domeſtici eius. Qui amat patrem/ aut matrem pluſq̄ me/ non eſt me dignus. Et qui amat filium aut filiam ſuper me/ non eſt me dignus. Et qui non accipit crucem ſuam ⁊ ſequitur me: non eſt me dignus. Qui inuenit animam ſuam/ perdet illam. Et qui perdiderit animā ſuam propter me/ inueniet eam. Qui recipit vos/ me recipit. Et qui me recipit: recipit eum qui me miſit. Qui recipit prophetam in nomine ꝓphete: mercedem prophete accipiet: et qui recipit iuſtū in nomine iuſti: mercedem iuſti accipiet. Et quicunqʒ potum dederit vni ex minimis iſtis calicem aque frigide tantū in nomine diſcipuli: amen dico vobis/ non perdet mercedem ſuam. Euangelium. Ecce ego mitto vos. vtʒ. in cōi vniꝰ apoſtoli. fo. ij. Secundum Mattheum.

24 A IN illo tēpore. Egreſſus ieſus de templo ibat/ ⁊ acceſſerūt diſcipuli eius vt oſtēderent ei edificationem tēpli. Ipſe autē reſpōdens dixit illis. Videtis hec oīa? Amen dico vobis: non relinquetur hic lapis ſuper lapidem qui non deſtruatur. Sedente autem eo ſuper montem oliueti: acceſſerunt ad eum diſcipuli eius ſecreto dicentes. Dic nobis quando hec erūt: et quod ſignum aduentus tui/ ⁊ cōſummationis ſeculi? Et reſpōdens ieſus dixit eis. Videte ne quis vos ſeducat. Multi enim venient in nomine meo dicētes: ego ſum chriſtus ⁊ multos ſeducent. Audituri enim eſtis prelia: et opiniones preliorum. Videte ne turbemini. Oportet enī hec fieri: ſed nōdum eſt finis. Conſurget enim gens in gentem: ⁊ regnum in regnum. Et erunt peſtilentie ⁊ fames: ⁊ terremotus per loca. Hec autem oīa/ initia ſunt dolorū. Tunc tradent vos in tribulationem/ et occident vos: et eritis odio omnibus gentibus/ propter nomen meum. Et tunc ſcandalizabuntur multi/ ⁊ inuicem tradēt: ⁊ odio habebunt inuicem. Et multi pſeudo ꝓphete ſurgent ⁊ ſeducent multos. Et quoniam abundabit iniquitas/ refrigeſcet caritas multorum. Qui autem perſeuerauerit vſqʒ in finem: hic ſaluus erit. In tēpore paſchali. Euāgeliū. Ego ſum vitis vos pal. vtʒ. fo. i.

Offr. Mirabilis deus in ſanctis ſuis: ⁊c. Pſ. 67.

us iſrael ipſe dabit virtutē ⁊ foꝛtitudinem
plebi ſue: benedictus deus alla. ⁊ finiat cū
ps. 15. alla. qñcūqꝫ dicit. Offr̄. Gloꝛiabūtur
in te oēs qui diligūt nomen tuū qm̄ tu dn̄e
bñdices iuſto: dn̄e vt ſcuto bone volūtatis
ps. 31. tue coꝛonaſti nos. Offr̄. Letamini in domino
⁊ exultate iuſti: ⁊ gl'iamini oēs recti
coꝛde. In tēpoꝛe paſchali Alla. Offr̄.
pſal. Exultabunt ſancti in gloꝛia: letabuntur in
149. cubilibus ſuis: exultatiões dei in faucibus
eoꝝ. In tp̄e paſcha. Alla alla. Offr̄.
pſal. Anima noſtra ſicut paſſer erepta eſt: de laqueo
123. venantium: laqueus contritus eſt: et
ps. 88. nos liberati ſumus. Offr̄. Confitebūtur
celi mirabilia tua dn̄e: ⁊ veritatem tuam in
ps. 89 eccleſia ſanctoꝝ alla alla. Offr̄. Repleti
ſumus mane miā tua: ⁊ exultauimus ⁊ delectati
ſumus alla. ¶ Plurimoꝛum
martyꝛum. Secreta.

SUſcipe q̄s dn̄e munera popli tui
p martyꝛū tuoꝛū feſtiuitate ſanctoꝛū:
⁊ ſincero nos coꝛde fac eoꝛū natalicijs
intereſſe. Per dn̄m noſtrum.

¶ Alia plurimoꝛū martyꝛū pōtificū.

SAnctoꝝ martyꝛū tuoꝝ atqꝫ pontificum
N. ⁊ N. glorioſa merita
venerantes hec dn̄e munera tue maieſtati
offerimus obſecrātes: vt illis reuerentiam
exhibendo/ nobis veniam
ps. 32. impetremus. Per. Cōio. Gaudete iuſti
in domino alla: rectos decet collaudatio
alla. Et dr̄ cū Alla. qñcunqꝫ dr̄ Cōio.
Luc. Multitudo languentium ⁊ qui vexabātur
6. E a ſpiritibus immundis veniebant ad eum
quia virtus de illo exibat ⁊ ſanabat omnes
In tempoꝛe paſchali. Alla alla. Cōio
ps. 78 Poſuerunt moꝛtalia ſeruoꝝ tuoꝝ domine:
eſcas volatilibus celi: carnes ſanctoꝛum
tuoꝛum beſtijs terre. ſecundum magnitudinem
bꝛachij tui: poſſide filios moꝛti punitoꝛum
Sap Cōio. Iuſtoꝛum anime in manu
3 A dei ſunt: ⁊ non tanget illos toꝛmentum malicie:
viſi ſunt oculis inſipientium moꝛi: illi
autem ſunt in pace. In tēpoꝛe paſchali.
Alla alla. Cōio. Ego vos elegi de mundo
vt eatis ⁊ fructum afferatis: ⁊ fructus veſter
maneat. In tempoꝛe paſchali. Alla
alla. Cōio. Et ſi coꝛā hoībus toꝛmenta
paſſi ſunt: deus temptauit eos: tanq̄ aurum
in foꝛnace pꝛobauit eos: et quaſi olocauſta
accepit illos. Cōio. Aia noſtra ſicut paſſer ps. 123
erepta eſt: de laqueo venantiū. Cōio. Ego Joh.
ſum vitis vera ⁊ vos palmites: qui manet 15. A
in me ⁊ ego in eo: hic fert fructum multum
alla alla. Cōio. Dico autem vobis amici mat.
mei: ne terreamini ab his qui vos perſequuntur. 10. E
Cōio. Quod dico vobis in tenebꝛis:
dicite in lumine dicit dn̄s: ⁊ quod in
aure auditis pꝛedicate ſuper tecta. Cōio.
Amē dico vobis quod vni ex minimis meis mat.
feciſtis: michi feciſtis venite benedicti patris 19 D
mei: poſſidete pꝛeparatū vobis regnū
ab initio ſeculi. ¶ Plurimoꝛum
martyꝛum. Poſtcommunio.

SAcramentoꝝ tuoꝝ dn̄e participatione
letantes: ſuppliciter exoꝛamus/
vt quoꝛum merita celebꝛare cōdonas:
eoꝛum nos facias imitari conſtantiam.
Per dominum noſtrum.

¶ Alia plurimoꝝ martyꝛū pōtificū.

DEus qui nos ſacramenti tui veneranda
pceptione purificas: da
nobis q̄s patrocinia tuoꝝ continuata
ſanctoꝝ quibus capere valeamus ſalutaris
myſterij poꝛtionem. ¶ Plurimoꝛum
martyꝛum non pontificum

DEus qui nos concedis ſanctoꝛū
martyꝛum tuoꝛum N. ⁊ N. natalicia
colere: da nobis in eterna beatitudine/
de eoꝛum ſocietate gaudere.
Per dominum. Secreta.

MUnera tibi dn̄e noſtre deuotionis
offerimus: que pꝛo tuoꝝ tibi
grata ſint honoꝛe iuſtoꝛū: et nobis ſalutaria
te miſerante reddantur. Per
dominum noſtrum. Poſtcommunio.

PReſta nobis queſumus domine
intercedentibus ſanctis martyꝛibus
tuis N. et N. vt que oꝛe contigimus
pura mente capiamus. Per dominum
noſtrum ieſum xp̄m. ¶ In
natali vnius confeſſoꝛis. Officium.

Eccli 45. D Statuit ei dominus teſtamẽtũ pacis: et principẽ fecit eũ/ vt ſit illi ſacerdotij dignitas in eternum. In tẽpore paſchali Alla alla. ps Miſericordias dñi: in eternũ cãtabo. Aliud.

ps.131 Sacerdotes tui dñe induãt iuſticiã: ⁊ ſancti tui exultẽt: ꝓpter dauid ſeruum tuum nõ auertas faciẽ xp̃i tui. In tempore paſchali

Eod. Alla. ps Memento domine dauid: ⁊ omnis manſuetudinis eius. Aliud officiũ.

Dan. D Sacerdotes dei bñdicite dñm: ſcti ⁊ hũiles corde laudate deũ. In tẽpore paſc. Alla alla. ps. Benedicite oĩa opera domini domino: laudate ⁊ ſuperexaltate eum in ſecula. Oratio.

Omñs ſempiterne deus: q̃ nos btĩ N. cõfeſſoris tui atqꝫ põtificis hodierna feſtiuitate letificas: tuã ſupplices exoram⁹ clemẽtiã: vt cui⁹ ſolennia deuotis officijs veneramur: eius pijs ſuffragijs: eterne vite remedia conſequamur. Per dñm. Alia oratio.

Da q̃s oĩps deus: vt beati N. confeſſoris tui atqꝫ põtificis venerãda ſolennitas: ⁊ deuotionem nobis augeat ⁊ ſalutem. Per dominum.

¶ Lectio libri ſapientie.

Eccli 44. C Ecce ſacerdos magn⁹/ qui in diebus ſuis placuit deo: ⁊ inuẽt⁹ eſt iuſt⁹. Et in tẽpore iracũdie/ factus eſt recõciliatio. Nõ eſt inuẽtus ſimilis illi: q̃ cõſeruaret legẽ excelſi. Ideo iureiurãdo: fecit illũ dñs creſcere in plebẽ ſuã. Bñdictionẽ oĩm gẽtiũ/ dedit illi: ⁊ teſtamẽtũ ſuũ/ cõfirmauit ſup caput ei⁹. Cognouit eũ in bñdictiõib⁹ ſuis: cõſeruauit illi miam ſuã/ ⁊ iuenit gratiã corã ocłis dñi. Magnificauit eũ in cõſpectu regũ: et dedit illi coronã glorie. Statuit illi teſtamentũ ſempiternum: et dedit illi ſacerdotiũ magnũ/ ⁊ beatificauit illũ in glĩa. Fungi ſacerdotio: ⁊ habere laudẽ in noĩe ipſius. Et offerre illi incẽſũ dignũ: in odorem ſuauitatis. ¶ Sequens epiſtola legatur in vtroqꝫ feſto vbi cõmũi archiepiſcopi ⁊ cõfeſ. ¶ Lcõ libri ſapiẽtie.

Eccli 50 A Ecce ſacerdos magnus: qui in vita ſua curauit gentem ſuã: ⁊ liberauit eam a perditione. Qui ſuffulſit domũ: et in diebus ſuis corroborauit templum Qui preualuit amplificare ciuitatem: qui adeptus eſt gloriam in cõuerſatione gentis. Quaſi ſtella matutina in medio nebule: et quaſi luna plena in diebus ſuis lucet: ⁊ quaſi ſol refulgẽs: ſic ille effulſit in templo dei. Quaſi arcus refulgẽs inter nebulas glorie: ⁊ quaſi flos roſarum in diebus vernis. Quaſi lilia que ſunt in trãſitu aque: ⁊ quaſi thus redolens in diebus eſtatis. Quaſi ignis effulgens ⁊ thus ardens in igne: quaſi vas auri ſolidum/ ornatum omni lapide precioſo Quaſi oliua pullulãs et cypreſſus in altitudinem ſe extollens/ in accipiendo illum ſtolam glorie: et veſtiri eum in conſummatione virtutis. In aſcenſu altaris ſancti/ gloriam dedit ſanctitatis amictum. In accipiendo autem partes de manu ſacerdotũ: ⁊ ipſe ſtãs iuxta aram/ porrexit manum ſuam in libatione: et libauit odorem diuinum excelſo principi. Et iterauit orationẽ ſuam/ volens oſtendere virtutem dei qui fecit nobiſcum ſecundum ſuã miſericordiam. Qui det nobis iocunditatem cordis: ⁊ fieri pacem in diebus noſtris i iſrael: per dies ſempiternos.

¶ Lectio libri ſapientie.

Sap 10 B Iuſtum deduxit dñs per vias rectas: ⁊ oſtendit illi regnũ dei. Et dedit illi ſcientiã ſctõꝝ: honeſtauit illũ in laborib⁹: ⁊ cõpleuit labores illi⁹ In fraude circũuenientium illi affuit et honeſtum fecit illum. Cuſtodiuit eum ab inimicis ⁊ a ſeductoribus tutauit illum: ⁊ certamen forte dedit illi vt vinceret: ⁊ ſciret q̄m omniū potentior eſt ſapientia. Hec venditum/ iuſtū non dereliquit: ſed a peccatoribus liberauit eum. Deſcenditq; cum illo in foueā: ⁊ in vinculis non dereliquit illum: donec afferret illi ſceptrum regni: ⁊ potentiam aduerſus eos qui eū deprimebant. Et mendaces oſtendit qui maculauerunt illū: ⁊ dedit illi claritatem eternam: dominus deus noſter.

Lectio libri ſapientie.

Eccl. 45. Dilectus deo ⁊ hominibus: cuius memoria in benedictione eſt.

B Similem illū fecit in gloria ſanctorum: et magnificauit eum in timore inimicorum: ⁊ in verbis ſuis mōſtra placauit. Glorificauit eum in conſpectu regum: ⁊ vnxit illum coram populo ſuo ⁊ oſtendit illi gloriam ſuam. In fide ⁊ lenitate ipſius ſanctum fecit illum: et elegit euꝫ ex omni carne. Audiuit enim vocem ipſius: ⁊ induxit illum in nube Et dedit illi cor ad precepta: et legem

Eccl. 24. vite et diſcipline. Gr̄. Ecce ſacerdos magnus qui in diebus ſuis placuit deo. ℣.

C Non eſt inuentus ſimilis illi: qui conſeruaret legem excelſi.

pſal. 109. Gr̄. Iurauit dominus ⁊ non penitebit eum: tu es ſacerdos ineternum: ſecundum ordinem melchiſedech. ℣. Dixit dominus domino meo: ſede a dextris meis.

ps. 88 Gr̄. Inueni dauid ſeruum meum: oleo ſancto meo vnxi eū. manus enim mea auxiliabitur ei: ⁊ brachium meum confortabit eum. ℣. Nichil proficiet inimicus in eo: ⁊ filius iniquitatis non nocebit eum.

ps. 20 Gr̄. Domine preuenisti eum in benedictionibus dulcedinis: poſuiſti in capite eius coronam de lapide precioſo. ℣. Vitam petiit et tribuiſti ei: longitudinem dierum in ſeculum ſeculi.

Eſa. 35. Alla. ℣. Iuſtus germinabit ſicut lilium ⁊ florebit ineternum ante dominum.

laus eccle. Alla. ℣. Amauit eum dominus ⁊ ornauit eū: ſtola glorie induit eū.

ps. 88. Alla. ℣. Diſpoſui teſtamentum electis meis: iuraui dauid ſeruo meo. Alla. ℣. Elegit te dominus ſibi in ſacerdotem magnum in populo ſuo.

ps. 88. Alleluya. ℣. Inueni dauid ſeruum meū: oleo ſancto meo vnxi eum. Alleluya. ℣. Poſui adiutorium ſuper potentem: ⁊ exaltaui electum de plebe mea.

Tractus.

ps. 111 Beatus vir qui timet dominū: in mandatis eius cupit nimis. ℣. Potens in terra erit ſemen eius: generatio rectorum benedicetur. ℣. Gloria et diuitie in domo eius: et iuſticia eius manet in ſeculum ſeculi. Cōf.

Sequentia.

Adeſt nobis dies alma: ⁊ magno gaudio plena. In qua ſancta deo grata congaudet eccleſia. Hodie celeſtis letatur turma/ que gloriā cātat in excelſis voce dulciſſona cū ſimphonia Hodie polorū ſancta agmina collaudant regē deū noſtrū natū ex virginē ſancta maria. Aue inclyte preſul: vel cōfeſſor N. flos pulcherrime. Tu veſtigia xp̄i ſecutus es fide deuota. Eterni regis adeptus es regna. Iam gratularis in domo ſupera poſſidens ſedes almas. Quē poſtulamus ⁊ poſcimus vna. Adiuuēt tua ſancta ſuffragia fragilē vitam noſtrā. O beate O ſancte N. Laus tibi in gl̄ia. O beate O ſancte N. Pro nobis ſupplica. Ut vna mereamur ſancta celorum templa. Poſſidere leti cernētes alma gaudia que ſunt plena. Sit deo laus honorq; et iubilatio caſta. Qui regnat per omnia ſeculorum ſecula. Amen dicant omnia.

Sequentia.

Alma cohors vna laudum ſonora nunc prome preconia. Quibꝰ en inſignis rutilat N. vt luna ſolq; ſydera. Meritorum eſt mirifica radians idē ſacra prerogatiua. Hūc nam ſophie myſtica ornauerunt mire dogmata qua fulſit nitida: luculēter perampla orbis climata. Verbi necnon fructifera ſeuit diuini ſemina mentiū per arua pellendo quoqꝫ cũcta noctis nubula. Hinc famina fundens diua: vt pote celeſtia ferens in ſe numina. Sublimauit catholica vehemẽter culmina ſancta per eloquia. Is nẽpe celſe cõpos glorie nũc exultat inter letabunda celicolarũ ouans contubernia Sublimis extat ſede ſupera fruẽs vita ſemper inexhauſta ſat per ſaluberrima xp̄i paſcua. O dignũ cuncta laude precelſa. Preſulem tanta nactum gaudia. Virtutũ propter merita: quibus viguit ardens velut lampada. Nos voce clara hunc ⁊ iocunda. Dantes oremus preces ⁊ vota. Qui nobis ferat commoda impetret ⁊ eterna poſcens premia. Quod petit preſens caterua: preſulum gẽma. Deuota rependens munia mente ſincera. Fauendo ſibi precum inſtantia: ſcilicet vt polorum intret limina. Quo iam intra palacia ſtantes ſuprema. Leti gratulemur adepti polorum regna. Qui tua preſul ſiſtẽtes hac aula ſubſlemus ingenti cum leticia. Recinentes dulcia: nunc celſaqꝫ alleluya. ¶ Euangelium Secundum Mattheum.

25 B In illo tempore. Dixit ieſus diſcipulis ſuis: parabolam hanc. Homo quidam peregre proficiſcẽs vocauit ſeruos ſuos: et tradidit illis bona ſua. Et vni dedit quinqꝫ talenta: alii autem duo: alii vero vnum. Vnicuiqꝫ ſcd̄m ꝓpriã virtutẽ. Et profectus eſt ſtatim. Abiit autẽ qui quinqꝫ talenta acceperat: ⁊ operatus eſt in eis: ⁊ lucratus eſt alia quinqꝫ. Similiter qui duo acceperat: lucratus eſt alia duo. Qui autem vnum acceperat: abiẽs fodit in terram/ ⁊ abſcondit pecuniã domini ſui. Poſt multũ vero temporis venit dñs ſeruorum illorum: ⁊ poſuit rationem cũ eis. Et accedẽs qui quinqꝫ talenta acceperat: obtulit alia quinqꝫ talenta dicens. Domine quinqꝫ talenta tradidiſti michi: ecce alia quinqꝫ ſuperlucratus ſum. Ait illi dñs eius. Euge ſerue bone ⁊ fidelis: quia ſuper pauca fuiſti fidelis: ſupra multa te cõſtituam. Intra in gaudium dñi tui. Acceſſit autem et qui duo talenta acceperat ⁊ ait. Dñe: duo talenta tradidiſti michi: ecce alia duo ſuperlucratus ſum. Ait illi dominus eius. Euge ſerue bone ⁊ fidelis: quia ſup pauca fuiſti fidelis: ſupra multa te conſtituam. Intra in gaudium domini tui.

¶ Secundum Marcum.

In illo tempore. Dixit ieſus diſcipulis ſuis. Videte/ vigilate ⁊ orate. Neſcitis enim quando tempus ſit. Sicut homo qui peregre profectus reliquit domum ſuam: ⁊ dedit ſeruis ſuis poteſtatem cuiuſqꝫ operis: ⁊ ianitori precepit vt vigilet. Vigilate ergo. Neſcitis enim quando dñs domus veniat: ſero/ an media nocte: an gallicantu/ an mane. Ne cum venerit repente inueniat vos dormientes. Quod autem vobis/ dico omnibus dico vigilate. 13 D

¶ Secundum Mattheum.

In illo tempore. Dixit ieſus diſcipulis ſuis. Vigilate quia neſcitis qua hora dominus veſter vẽturus ſit. Illud autem ſcitote quoniã ſi ſciret paterfamilias qua hora fur venturus eſſet: vigilaret vtiqꝫ/ et nõ fineret perfodi domũ ſuam. Ideo ⁊ vos eſtote parati: qꝛ neſcitis qua hora fili⁹ hominis venturus eſt. Quis putas eſt fidelis ſeruus ⁊ prudens: quem conſtituit dñs ſupra familiam ſuam: vt det illis cibũ in tempore? Beatus ille ſeruus quem cum venerit dñs eius/ inuenerit ſic facientem. Amen dico vobis/ quoniã ſuper omnia bona ſua conſtituet eum. 24 A Euangeliũ. Homo quidã no. vtſ. fo. v. In tẽpore paſcha. Euãge. Ego ſũ vitis vera. vtſ. fo. i. ¶ Of. Veritas mea ⁊ miſericordia mea cum ipſo pſal. et in nomine meo exaltabitur cornu eius. 88. In tẽpore paſcha. Alla. Offer. Inue-

Dav.

Ibidē ni dauid ſeruum meū: et in oleo ſancto vnxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei ⁊ brachium meū cōfortabit eum. In tempore paſchali. Alleluya. Secreta.

Propiciare queſumꝰ domine ſupplicationibus noſtris: ⁊ intercedēte pro nobis beato N. cōfeſſore tuo atqꝫ pontifice: his ſacramentis celeſtibus ſeruientes: ab om̄i culpa liberos eſſe cōcede: vt purificante nos gratia tua: eiſdez quibus famulamur myſterijs emūdemur. Per dn̄m. Alia ſecre.

Reſpice q̄ſumus dn̄e munera populi tui in beati N. confeſſoris tui atqꝫ pōtificis honore oblata: ⁊ tue teſtificatio veritatis nobis p̄ficiat ad

mat. 25 B ſalutem. Per dn̄m. Cōio. Dn̄e quinqꝫ talenta tradidiſti michi/ ecce alia quinqꝫ ſuperlucratus ſum: euge ſerue fidelis: quia in pauca fuiſti fidelis ſupra multa te conſtituā: intra in gaudiū dn̄i tui. In tp̄e paſc.

mat. 24. D Alla. Cōio. Beatus ſeruus/ quem cum venerit dn̄s inuenerit vigilantē: amen dico vobis/ ſuper om̄ia bona ſua cōſtituet eum. In tēpore paſcha. Alla alla. Cōio.

Ibidē D Fidelis ſeruꝰ ⁊ prudēs quē cōſtituit dn̄s ſup familiā ſuā: vt det illis i tp̄e tritici mēſuram. In tēpore paſcha. Alla alla. Poſtcōio.

Refecti q̄s dn̄e deus noſter: vt diuinis myſterijs expiati: intercedente beato N. confeſſore tuo atqꝫ pōtifice: ad ſuperni plenitudinem ſacramenti cuius libauimus ſancta tendamus. Per dn̄m. Alia poſtcōmunio.

Nos tuis domine refectis ſacramentis ſancti N. confeſſoris tui atqꝫ pōtificis attolle benignus ſuffragijs: vt noſtre redemptionis effectum ⁊ myſterijs capiamus ⁊ mētibꝰ. Per.

¶ In natali vnius confeſſoris et doctoris Officium.

Dan. 3. D Sacerdotes dei benedicite dominū: ſancti ⁊ humiles corde laudate deum. In tempore paſchali. Alla alla. Ps. Benedicite omnia opera dn̄i dn̄o: laudate ⁊ ſuperexaltate eum in ſecula. Gloria. Oratio.

Exaudi dn̄e preces noſtras: quas in ſancti N. confeſſoris tui atqꝫ doctoris ſolēnitate deferimus: vt qui tibi digne meruit famulari/ eius precibus ab om̄ibus nos abſolue peccatis. Per do. ¶ Lectio libri ſapientie.

Eccli 47. B Dedit dn̄s confeſſionē ſancto ſuo ⁊ excelſo in verbo glorie. De omni corde ſuo laudauit dn̄m: ⁊ dilexit deum qui fecit illuz. Et dedit illi contra inimicos potentiam: ⁊ ſtare fecit cantores contra altare: ⁊ in ſono eoꝝ/ dulces fecit modulos. Et dedit in celebrationibus decus: ⁊ ornauit tempora/ vſqꝫ ad conſummationem vite: vt laudarent nomen ſanctum domini: ⁊ amplificarent mane ſanctitatem dei. Chriſtus purgauit peccata ipſius: ⁊ exaltauit ineternum cornu eius. Sapientia laudabit animam ſuam: et in domino honorabitur: et in medio popl̄i ſui gloriabitur. Et in eccleſijs altiſſimi aperiet os ſuum: et in conſpectu virtutis ipſius gloriabitur. In medio populi exaltabit̄: ⁊ in plenitudine ſancta admirabitur. In multitudīe electoꝝ habebit laudē: ⁊ inter benedictos: benedicetur. ¶ Lectio libri ſapientie.

7. A Optaui/ ⁊ datus eſt michi ſenſus: ⁊ inuocaui/ ⁊ venit i me ſpiritus ſapientie. Et prepoſui illam regnis et ſedibus: ⁊ diuitias nichil eſſe dixi/ i cōparatione illius. Nec comparaui illi lapidem precioſum quoniam om̄e aurum in comparatione illius/ arena eſt exigua: ⁊ tanq̄ lutum eſtimabitur argentum in conſpectu illius. Super ſalutem ⁊ ſpeciem dilexi illam: ⁊ propoſui pro luce habere illam: quoniam inextinguibile eſt lumen illius. Venerunt autez michi omnia bona pariter cū illa: ⁊ innumerabilis honeſtas per manus illius: ⁊ letatus ſum in omni-

bus: quoniam antecedebat me iſta ſapientia/ ⁊ ignoꝛabam/ quoniaꝫ hoꝛum omnium mater eſt. Quam ſine fictione didici: ⁊ ſine inuidia communico. Et honeſtatem illius/ non abſcondo. pſal. 119. Gr. Iurauit dñs ⁊ non penitebit eum: tu es ſacerdos in eternum/ ſecundum oꝛdinem melchiſedech. ℣. Dixit dñs dño meo: ſede a dextris meis. Eccl. xlv. Alla. ℣. Amauit eum dñs ⁊ oꝛnauit eum: ſtola gloꝛie induit eum.

¶ Sequentia de cõmuni vnius cõfeſſoꝛis ⁊ pontificis. quere ſupꝛa. fol. x. Infra. lxx. Tractus Beat⁹ vir. vtſ̃. fo. ij.

¶ Secundum Mattheum.

5. B IN illo tempoꝛe. Dixit ieſus diſcipulis ſuis. Vos eſtis ſal terre. Quod ſi ſal euanuerit: in quo ſalietur? At nichilum valet vltra: niſi vt mittatur foꝛas/ ⁊ cõculcetur ab hominibus. Vos eſtis lux mundi. Non poteſt ciuitas abſcondi ſupꝛa montem poſita: neqꝫ accendũt lucernam: ⁊ ponunt eam ſub modio/ ſed ſuper candelabꝛum: vt luceat omnibus qui in domo ſunt. Sic luceat lux veſtra coꝛam hominibus: vt videant opera veſtra bona: ⁊ gloꝛificent patrem veſtrum qui in celis eſt. Nolite putare/ quoniam veni ſoluere legem aut pꝛophetas. Non veni ſoluere/ ſed adimplere. Amẽ dico vobis: donec tranſeat celum ⁊ terra: iota vnum aut apex vnus/ non pꝛeteribit a lege/ donec omnia fiant. 7. A Qui ergo ſoluerit vnum de mandatis iſtis minimis/ et docuerit ſic homines: minimus vocabitur in regno celoꝛum. Qui autem fecerit ⁊ docuerit: hic magnus vocabitur in regno celoꝛum. Offer. Veritas mea et miſericoꝛdia mea cum ipſo: ⁊ in nomine meo exaltabitur coꝛnu eius. In tempoꝛe paſchali. Alla.

Secreta.

MUnera q̃ſumus dñe tibi dicata ſanctifica: et intercedente beato N. confeſſoꝛe tuo atqꝫ doctoꝛe/ per eodem nos placatus intende. Per dñm. mat. 24. D Cõio. Fidelis ſeruus ⁊ pꝛudens quem cõſtituit dñs ſuper familiam ſuam: vt det illis in tempoꝛe tritici menſuram. In tempoꝛe paſcha. Alla alla.

Poſtcõio.

PReſta q̃ſumus omnipotens deus: vt de perceptis muneribus gratias exhibentes/ intercedẽte beato N. confeſſoꝛe tuo atqꝫ doctoꝛe/ beneficia potioꝛa ſumamus. Per dominum.

¶ In natali vnius cõfeſ. ⁊ abbatis.

OS iuſti meditabitur ſapiẽtiam/ et lingua eius loquetur iudiciuꝫ: lex dei eius in coꝛde ipſius. ps. 36 Ps. Noli emulari in malignantibus: neqꝫ zelaueris facientes iniquitatem. Ibid

Oꝛatio.

DEus qui beatũ N. cõfeſſoꝛẽ tuũ atqꝫ abbatẽ ſanctitatis gr̃a decoraſti: ipſius meritis fac nos bonis operibus abundare: vt a te ſummo bono omne quod expedit: mereamur impetrare. Per dñm.

Lectio libꝛi ſapientie.

Eccl. 39. A IUſtus coꝛ ſuũ tradet ad vigilandũ diluculo/ ad dñm qui fecit illũ ⁊ in conſpectu altiſſimi depꝛecabitur. Aperiet os ſuũ in oꝛatiõe: ⁊ ꝓ delictis ſuis depꝛecabitur. Si enim magnus dñs voluerit: ſpiritu intelligentie replebit illum. Et ipſe tanq̃ imbꝛes mittet eloquia ſapientie ſue: ⁊ in oꝛatione confitebitur dño. Et ipſe diriget conſiliũ eius ⁊ diſciplinã: et in abſcõditis ſuis conſiliabitur. Et ipſe palã faciet diſciplinam doctrine ſue: ⁊ in lege teſtamenti dñi gloꝛiabitur. Collaudabũt multi ſapientiã eius: ⁊ vſqꝫ in ſeculũ nõ delebitur. Nõ recedet mẽoꝛia eius: ⁊ nomen eius requiretur: a generatione in generationẽ. ps. 36. Gr. Os iuſti meditabitur ſapientiã: ⁊ lingua eius loquetur iudiciũ. ℣. Lex dei ei⁹ in coꝛde ipſius: ⁊ non ſupplantabuntur greſſus eius. Alla. ℣. Poſui adiutoꝛium ſuper potentẽ: ⁊ exaltaui electum de plebe mea. Sequentia. Adeſt nobis. vtſu. fol. x. vel Tractus

Deſiderium anime eius. vrſ. fo.iiij.

¶ Secundum Lucam.

11.C In illo tempoꝛe. Dixit ieſus diſci
pulis ſuis. Nemo accendit lucer
nã/ ⁊ in abſcõdito ponit neqꝫ ſub mo
dio: ſed ſuper cãdelabꝛũ: vt qui ingre
diũtur/lumen videãt. Lucerna coꝛpo
ris tui/eſt oculus tuus. Si oculus tu⁹
fuerit ſimplex: totũ coꝛpus tuũ luci
dũ erit. Si autẽ nequã fuerit: etiã coꝛ
pus tuũ tenebꝛoſum erit. Vide ergo
ne lumen quod in te eſt/tenebꝛe ſint.
Si ergo coꝛpus tuũ totũ lucidũ fuerit
non habens aliquam partem tenebꝛa
rũ: erit lucidum totum. Et ſicut lucer
na fulgoꝛis/illuminabit te. Offerto.
ꝑ.20 Deſideriũ aie ei⁹ tribuiſti ei dñe: ⁊ volũta
te labioꝝ ei⁹ nõ fraudaſti eũ: poſuiſti i capi
te eius coꝛonã de lapide ꝑcioſo. Secreta.

Sacrificiũ dñe quod pꝛo ſancti N.
confeſſoꝛis tui atqꝫ abbatis ſolẽ
nitate deferimus: tibi q̃ſumus fiat ac
ceptum: ⁊ eius interuenientibus me
ritis: nobis augeat/te donante ſuffra
mat. gium. Per dñm. Cõio. Fidelis ſeruus
24. et pꝛudens quem conſtituit dominus ſuper
D familiam ſuam vt det illis in tempoꝛe triti
ci menſuram. In tempoꝛe paſchali.
leluya all'a. Poſtcommunio.

Libantes dñe ſacroſancta myſte
ria/ pꝛetẽde nobis q̃ſumus miſe
ricoꝛdiã tuã/ vt que votis expetimus/
intercedẽte btõ N. confeſſoꝛe tuo atqꝫ
abbate: conuerſatione tibi placita con
ſequamur. Per dominum noſtrum.

¶ De quocũqꝫ cõfeſſoꝛe. Officium.

ꝑ.36 Os iuſti medi
tabitur ſapientiã/ et
ligua eius loquetur
iudiciũ: lex dei ei⁹ in
coꝛde ipſius. ꝑs. No
Ibid li emulari in malignan
tib⁹: neqꝫ zelaueris faciẽtes iniquitatẽ. Or.

Adeſto domine pꝛecibus noſtris/
quas in ſancti N. confeſſoꝛis tui
ſolennitate deferimus: vt qui noſtre
iuſtitie fiduciam non habemus: eius
qui tibi placuit meritis et pꝛecibus ad
iuuemur. Per dominum noſtrum.

¶ Lectio libꝛi ſapientie.

Iuſtum deduxit dñs per vias re- Sap.
ctas: ⁊ oſtendit illi regnum dei. 10.A
Et dedit illi ſcientiã ſanctoꝝ: honeſta
uit illũ in laboꝛibus: et cõpleuit labo
res illius. In fraude circũuenientiũ
illi affuit: ⁊ honeſtũ fecit illum. Cuſto
diuit eũ ab inimicis/ ⁊ a ſeductoꝛibus
tutauit illum: et certamen foꝛte dedit
illi vt vinceret: ⁊ ſciret quoniã omniũ
potentioꝛ eſt ſapientia. Hec venditum
iuſtum non dereliquit: ſed a peccatoꝛi
bus liberauit eum. Deſcenditqꝫ cum
illo in foueam: ⁊ in vinculis non dere
liquit illũ: donec afferret illi ſceptrũ
regni: ⁊ potẽtiã aduerſus eos/ qui eũ
depꝛimebãt. Et mẽdaces oſtẽdit q̃ ma
culauerunt illũ: ⁊ dedit illi claritatem
eternã: dñe deus noſter. Gr. Os iuſti ꝑ.36
meditabitur ſapiẽtiã: ⁊ lingua ei⁹ loquetur iu
diciũ. ꝟ. Lex dei ei⁹ in coꝛde ipſi⁹: ⁊ nõ ſup
plantabuntur greſſus eius. Alleluya. ꝟ.
Poſui adiutoꝛium ſuper potentem: ⁊ exal
taui electum de plebe mea. Sequentia.
Adeſt nobis. vrſ. fol.x. vel tractus.
Deſideriũ aie. vrſ. fo.iiij. Scdꝫ matth.

In illo tempoꝛe. Dixit ieſus diſci
pulis ſuis. Videte/vigilate ⁊ oꝛa 13.C
te. Neſcitis enim quãdo tempus ſit.
Sicut homo qui peregre pꝛofectus re
liquit domum ſuam: ⁊ dedit ſeruis ſu
is poteſtatem cuiuſqꝫ operis: ⁊ ianito
ri pꝛecepit vt vigilet. Vigilate ergo.
Neſcitis enim quãdo dñs domus ve
niat: ſero/an media nocte/ an gallican
tu/an mane. Ne cum venerit repente:
inueniat vos doꝛmientes. Quod au
tem vobis dico/omnibus dico/vigila
te. Offer. Deſiderium anime eius tribui ꝑ.
ſti ei domine: ⁊ volũtate labioꝝum eius nõ
fraudaſti eum: poſuiſti in capite eius coꝛo
nam de lapide pꝛecioſo. In tempoꝛe pa

ſchali. Alleluya. Secreta.

Suſcipe domine ſacrificium placationis et laudis quod nos interueniente beato N. confeſſoꝛe tuo perducat ad veniã: et in ꝑpetuã gratiarũ cõſtituat actionẽ. Per. Cõio. mat. 24. D Fidelis ſeruꝰ ⁊ pꝛudens quẽ cõſtituit dñs ſup familiã ſuã: vt det illis i tẽpoꝛe tritici menſurã. In tpe paſchali. Alla alla. Poſtcõio.

Preſta q̃s oĩps deꝰ: vt cuiꝰ feſtiuitate votiua ſũt ſacramẽta: eiꝰ ſalutaria nobis iterceſſione reddant̃. p.

¶ In natali plurimoꝝ ꝯfeſſoꝝ. Offi.

dan. 3. D Sacerdotes eius induãt ſalutare: et ſancti eiꝰ exultatione exultabunt. In tẽpoꝛe paſchali. Alleluya alla alla.

ps. 131 Ps. Memento domine dauid: ⁊ omnis manſuetudinis eius. Oratio.

Beatoꝛũ cõfeſſoꝛũ tuoꝝ N. et N. nos q̃s domĩe tuere preſidijs: vt quoꝛũ feſtiuitatẽ annua deuotione recolimꝰ: eoꝛũ interceſſione ab oĩbꝰ aduerſitatibus eruamur. Per. Alia orõ

Deus qui nos ſanctoꝛũ cõfeſſoꝛũ tuoꝛũ N. et N. cõfeſſionibꝰ glorioſis circũdas ⁊ pꝛotegis: da nobis et eoꝛũ imitatione ꝓficere: ⁊ interceſſione gaudere. Per do. ¶ Ad Hebꝛeos.

D Fratres. Plures facti ſunt ſacerdotes ſcdm legẽ: idcirco ꝙ moꝛte pꝛohiberẽtur ꝑmanere. Ieſus autẽ eo ꝙ maneat ieternũ: ſempiternũ habet ſacerdotiũ. Unde ⁊ ſaluare in ꝑpetuũ poteſt: accedens ꝑ ſemetipſum ad deũ ſemꝑ viuens: ad interpellandũ ꝓ nobis. Talis enĩ decebat vt nobis eſſet pontifex: ſanctus/innocens/ĩpollutꝰ: ſegregatus a peccatoꝛibꝰ: et excelſioꝛ celis factus. Qui non habet quotidie neceſſitatem: quẽadmodum ſacerdotes pꝛius pꝛo ſuis delictis hoſtias offerre: deinde pꝛo populo. Hoc enim fecit ſemel ſe offerendo: dominus noſter ieſus chꝛiſtus. Gr. ps. 131 Sacerdotes eius induant ſalutare: et ſancti eius exultatione exultabunt. Eod ℣. Illuc pꝛoducam coꝛnu dauid: paraui lucernam chꝛiſto meo. Alleluya. ℣. Sap 3. A Fulgebunt iuſti: et tanq̃ ſcintille in arundineto diſcurrent ineternum.

¶ Nulla dicitur ſequentia licet noue lectiones fiant. Secundum Lucam.

In illo tpe. Dixit ieſus diſcipulis ſuis. 12. E Sint lumbi veſtri pꝛecincti: et lucerne ardẽtes in manibꝰ veſtris. Et vos ſimiles hominibꝰ expectantibꝰ dñm ſuũ/ qñ reuertatur a nuptijs. Ut cũ venerit et pulſauerit: cõfeſtim aperiant ei. Beati ſerui illi: quos cũ venerit dñs/inuenerit vigilãtes. Amẽ dico vobis: ꝙ pꝛecinget ſe/et faciet illos diſcumbere: et tranſiens miniſtrabit illis. Et ſi venerit in ſecunda vigilia: et ſi in tertia vigilia venerit/et ita iuenerit: beati ſunt ſerui illi. Hoc autẽ ſcitote: quoniã ſi ſciret paterfamilias qua hoꝛa fur veniret: vigilaret vtiqꝫ: ⁊ nõ ſineret ꝑfodi domũ ſuã. Et vos eſtote parati: qꝛ qua hoꝛa nõ putatis: filiꝰ hoĩs veniet. Scdm mattheũ.

In illo tempoꝛe. Miſit ieſus duodecim diſcipulos ſuos: 10. b pꝛecipiẽs eis ⁊ dicens. In viam gentiũ ne abieritis: et in ciuitates ſamaritanoꝛũ ne intraueritis: ſed potiꝰ ite ad oues que perierunt domus iſrael. Euntes autẽ pꝛedicate dicẽtes: qꝛ appꝛopinquauit regnũ celoꝛũ. Infirmos curate: moꝛtuos ſuſcitate: lepꝛoſos mundate: demones eijcite. Gratis accepiſtis: gratis date. Offer. psal. 49. Exultabunt ſancti in gloria: letabuntur in cubilibus ſuis: exultationes dei in faucibus eoꝛum. In tempoꝛe paſchali. Alla alla alla. Secreta.

Adeſto dñe pꝛecibꝰ populi tui adeſto muneribꝰ: vt que ſacris ſunt oblata myſterijs: tuoꝛum tibi placeãt interceſſione ſanctoꝛum. Per dñm. Joh. 15. C Cõio. Ego vos elegi de mundo: vt eatis ⁊

fructum afferatis/ꝛ fructus veſter maneat. In tpe paſchali. Alla alla. Poſtcõio.

FIdeles tui deus celeſtis doni remedijs recreentur: et ſanctorum confeſſorum tuorum precibus: ab omnibus queſumus emundentur delictis. Per. ¶ In natali vnius virginis et martyris. Officium.

ps. 44. Dilexiſti iuſticiam et odiſti iniquitatē: propterea vnxit te deus deꝰ tuus oleo leticie pre cõſortibꝰ tuis. In tpe paſcha. Alla alla alla. ps. Eructauit cor meū verbū bonum: dico ego opera mea regi. Gloria patri. Aliud officiū

psal. 118. Loquebar de teſtimõijs tuis in conſpectu regum/et non confundebar: et meditabar in mãdatis tuis: que dilexi nimis. ps. Beati immaculati in via: qui ambulant in lege domini. Gloria patri. Aliud officium.

psal. 118. Me expectauerunt peccatores vt perderent me teſtimonia tua domie intellexi: omnis cõſummationis vidi finem/ latum mãdatum tuū nimis. ps. Beati immaculati in via: qui ambulant in lege domini. Oratio.

Exaudi nos deus ſalutaris noſter vt ſicut de beate N. virginis et martyris tue feſtiuitate gaudemꝰ: ita pie deuotionis erudiamur affectu. P.

¶ Lectio libri ſapientie.

Domine deus meus exaltaſti ſuper terram habitationem meam et pro morte defluenti deprecata ſum. Inuocaui dominū patrē domini mei: vt non derelinquat me in die tribulationis mee: et in tempore ſuperborum ſine adiutorio. Laudabo nomē tuum aſſidue: et collaudabo illud in confeſſione et exaudita eſt oratio mea. Liberaſti me a perditiōe: et eripuiſti me de tempore iniquo. Propterea cõfitebor: et laudem dicam nomini tuo: domine deus meus. ¶ Lectio libri ſapientie.

Eccli 15.b Confitebor tibi domine rex: ꝛ collaudabo te deum ſaluatorē meū. Confitebor nomini tuo: quoniã adiutor et protector factus es michi: et liberaſti corpus meum a perditione. A laqueo lingue inique: et a labijs operantium mendacium. Et in cõſpectu aſtantium factus es michi adiutor: et liberaſti me ſecundum multitudinem miſericordie nominis tui. A rugientibus preparatis ad eſcam: de manibꝰ querentium animam meam: ꝛ de portis tribulationum que circumdederūt me et a preſſura flãme que circumdedit me: et in medio ignis/nõ ſum eſtuata. De altitudine ventris inferi / et a lingua coinquinata: et a verbo mendacij. A rege iniquo: et a lingua iniuſta. Laudabit vſqꝫ ad mortem anima mea dominum: et vita mea appropinquans erat in inferno deorſum. Circumdederunt me vndiqꝫ: et non erat qui adiuuaret. Reſpiciens eram ad adiutorium meum: et non erat. Memorata ſum miſericordie tue domine: et cooperationis tue/que a ſeculo ſūt. quoniam eruis ſuſtinentes te: et liberas eos de manu anguſtie: domine deus meus. ¶ Lectio libri ſapientie.

Eccl. 24 a Sapientia laudabit animã ſuam/ et in domio honorabitur ꝛ in medio populi ſui gloriabitur. Et in eccleſijs altiſſimi aperiet os ſuum: et in cõſpectu virtutis illius gloriabitur. In medio populi exaltabitur: et in plenitudine ſancta admirabitur. In multitudine electorum habebit laudem: ꝛ inter benedictos benedicetur dicens. Ego ex ore altiſſimi prodiui: primogenita ante omnem creaturã. Ego quaſi libanus non inciſus/vaporaui habitationem meã: et quaſi balſamum nõ

mixtum/odoꝛ meus. Ego quaſi terebinthus
extendi ramos meos: et rami
ps. mei honoꝛis et gratie. Grad. Dilexiſti
44. iuſticiam: et odiſti iniquitatem. ℣. Pꝛopterea
et oia vnxit te deus deꝰ tuus/ oleo leticie.
infra. Gr. Specie tua et pulchꝛitudine tua: intēde
pꝛoſpere pꝛocede et regna. ℣. Pꝛopter
veritatem et manſuetudinem et iuſticiam:
et deducet te mirabiliter dextera tua. Gr.
Diffuſa eſt gratia in labiis tuis: pꝛopterea
benedixit te deus ineternum. ℣. Pꝛopter
veritatem et manſuetudinem et iuſticiam:
et deducet te mirabiliter dextera tua. Gr.
Audi filia et vide: et inclina aurem tuam:
quia concupiuit rex ſpeciem tuam. ℣. Specie
tua et pulchꝛitudine tua: intende ꝓſpere
pꝛocede et regna. Gr. Pꝛopter veritatem
et manſuetudinem et iuſticiam: et deducet
te mirabiliter dextera tua. ℣. Audi filia et
vide et inclina aurem tuam: quia concupiuit
Coꝛ. rex ſpeciem tuā. Alla. ℣. Emuloꝛ enim
11.A vos dei emulatione: deſpōdi vos vni viro
virginem caſtam exhibere chꝛiſto. Alla.
℣. Veni electa mea/ et ponam te in thꝛonū
meum: quia concupiuit rex ſpeciem tuam.
ps. Alla. ℣. Specie tua et pulchꝛitudine tua
44. intende pꝛoſpere pꝛocede et regna. Alla.
Eod. ℣. Diffuſa eſt gratia in labiis tuis: ꝓpterea
benedixit te deus ineternum. Alla. ℣.
laus Hec eſt virgo ſapiens: quā dominus vigilantem
ecclie inuenit. Alla. ℣. Loquebar de teſtimoniis
pſal. tuis in conſpectu regum: et non
118. confundebar domine. Tractus.
ps. Diffuſa eſt gratia in labiis tuis: pꝛopterea
44. benedixit te deus ineternum.
℣. Specie tua et pulchꝛitudine tua: intende
pꝛoſpere pꝛocede et regna. ℣. Pꝛopter
veritatem ⁊ manſuetudinem ⁊ iuſticiam: ⁊
Ibid deducet te mirabiliter dextera tua. ℣. Audi
filia ⁊ vide ⁊ inclina aurem tuam: quia concupiuit
rex ſpeciem tuam. Sequentia.

Exultemus in hac die feſtiua. Recolētes domini magnalia in ſanctis qui operatur maxima. Qui inter ſua potentie mira/ in virginum eſt maximus gloꝛia. Suaue enim gratia mundi viluit virginibus pompa. Atqꝫ contra pꝛecepta regum/ reſtitit virginalis pugna. Furit rabies veſana deuicta triſtatur malicia. Crudeſcit in carne tenera maioꝛa exquirit toꝛmenta. Sed tunc ſtat firmioꝛ caro virginea. Cum multiplicantur noua ſupplicia. Pꝛo eterna quam expectant a deo gloꝛia. Letantur moꝛtalia affligit ſua coꝛpoꝛa. Quia ſunt tranſitoꝛia. Et in motu ſubito labentia mundi gaudia. Vt floꝛes decidua. Ex hac virginea ſoꝛte claruit N. Cuius hodie celebꝛamus ſolennia ſplendens inter alias vt lucifer inter minoꝛes ſtellas. Virgo beata foꝛtiter ferens omnia nec moꝛi recuſans ꝓ gloꝛia: pꝛo nobis pie deum exoꝛa. Vt tecum in aula exultemus ethera pace perpetua. Pꝛo ſanctoꝛū virgo glorioſa collaudemus dominū in gloꝛia.

¶ Secundum Mattheum.

In illo tempoꝛe. Dixit Jeſus di- 13.F
ſcipulis ſuis parabolam hanc. Simile eſt regnum celoꝛum theſauro abſcondito in agro: quem qui inuenit homo abſcondit: et pꝛe gaudio illius vadit et vendit vniuerſa que habet: et emit agrum illum. Iterum ſimile eſt regnum celoꝛum homini negociatoꝛi querenti bonas margaritas. Inuēta autem vna pꝛecioſa margarita: abijt et vendidit omnia que habuit et emit eam. Iterum ſimile eſt regnum celoꝛum ſagene miſſe in mare: et ex omni genere piſcium congreganti. Quam cum impleta eſſet: educentes ⁊ ſecus littus ſedentes: elegerunt bonos in vaſa ſua: malos autem foꝛas miſerunt. Sic erit in conſummatione ſeculi. Exibunt angeli: et ſeparabūt malos de medio iuſtoꝛum. Et mittent eos in caminum ignis: ibi erit fletus: et ſtridoꝛ dentium. Intellexiſtis hec omnia? Dicunt ei. Etiā. Ait illis. Ideo omnis ſcriba

doctus in regno celoꝝ: ſimilis eſt
homini patrifamilias: qui profert de
theſauro ſuo noua et vetera. Offer.
ps. 44. Filie regum in honore tuo aſtitit regina a
dextris tuis in veſtitu deaurato circūdata
et oia infra. varietate. Offer. minor. Offerentur regi
virgines poſt eā: proxime ei⁹ offerentur tibi.
In tēpore paſchali. Alla. Offer. maior.
Offerentur regi virgines poſt eā proxime
eius offerentur tibi in leticia ꝛ exultatione:
adducētur i tēplū regi dño.. Offer. Diffuſa
eſt gratia in labiis tuis: ꝓpterea bñdixit te
de⁹ ineternū ꝛ in ſeculū ſeculi. Secreta.

HOſtias dñe quas tibi offerimus
ꝓpicius reſpice: et intercedente
beata N. virgine tua et martyre/ vincula
peccatoꝝ noſtroꝝ abſolue. Per dñm.
Cōio. Diffuſa eſt grā in labiis tuis: ꝓpterea
bñdixit te de⁹ ieternū. In tpe paſcha.
ps. 118. Alla alla. Cōio. Principes perſecuti ſunt
me gratis: et a verbis tuis formidauit cor
meū: letabor ego ſup eloquia tua: ſicut qui
inuenit ſpolia multa: cōcupiuit aīa mea teſtimonia
tua dñe: ꝛ dilexit ea vehementer.
Eod Cōio. Feci iudiciū ꝛ iuſtitiā/ dñe nō calūniētur
michi ſuperbi: ad oīa mādata tua dirigebar:
omnē viā iniquitatis odio habui.
mat. 25. f Cōio. Simile eſt regnū celoꝝ homini negociatori
querēti bonas margaritas: inuēta
vna ꝓcioſa margarita: dedit oīa ſua/ et
Ibid A cōparauit eā. Cōio. Quinqꝫ prudētes virgines
accepert oleū i vaſis ſuis cū lāpadib⁹:
media aūt nocte clamor fact⁹ eſt: ecce ſpōſus
venit/ exite obuiam xp̄o dño. Poſtcōio.

PLaceant tibi ds̄ miſericors de⁹ noſtre
ſeruitutis obſequia: vt myſteria
ſacroſancta q̄ ſumpſim⁹: itercedēte beā
N. virgine tua ꝛ martyre: ꝑ tuā grāz
nobis cōceſſā: eterne felicitatis gaudiū
ſubminiſtrent. Per do. ¶ In natali
vni⁹ virginis nō martyris. Offi.

psal. 44. DIlexiſti iuſticiā: et odiſti iīquitatē:
ꝓpterea vnxit te deus:
de⁹ tu⁹ oleo leticie precōſortib⁹ tuis. In tpe paſc. Alle. alle. al.
ps. Eructauit cor meū vbū bonū: dico ego Ibid
opera mea regi. Glia pri. Sicut erat. Or.

OMnipotens ſempiterne de⁹ auctor virtutis
et amator virginitatis: da nobis
qs ſcte N. virginis tue placitis tibi meritis
cōmēdari: cui⁹ vita merito caſtitatis
tibi ꝯplacuit. Per d. Ad corinthios.

FRatres. Qui gliatur i dño glietur. 2. 10
Non eni q̄ ſeipſum cōmēdat/ ille D
ꝓbat⁹ eſt ſed quē de⁹ ꝯmēdat. Utinā
ſuſtineretis modicū qd inſipiētie mee:
ſed ꝛ ſupportate me. Emulor eni vos:
dei emulatione. Deſpondi enim vos
vni viro: virginem caſtam exhibere
chriſto. ¶ Lectio libri ſapientie.

SApiētia vicit maliciā. Attingit ergo 8. A
a fine vſqꝫ ad finē fortiter: et
diſponit oīa ſuauit. Hāc amaui/ ꝛ exquiſiui
a iuuētute mea: ꝛ q̄ſiui eā ſpōſam
michi aſſumere: ꝛ amator fact⁹ ſū forme
ill⁹. Generoſitatē ill⁹ glificat/ cōtuberniū
habēs dei: ſed ꝛ oīm dñs dilexit
illam. Doctrix eſt enim diſcipline
dei: et electrix operum illius.

¶ Lectio eſaie prophete.

GAudēs gaudebo in dño/ ꝛ exultabit Eſaie.
aīa mea i deo meo. Qui induit 61
me veſtimēto ſalutꝭ: ꝛ indumēto leticie D
circūdedit me. Quaſi ſpōſū decoratū
corona: ꝛ quaſi ſpōſā ornatā monilib⁹
ſuis. Sicut eni terra ꝓfert germē ſuū
ꝛ ſicut ort⁹ ſemē ſuū germinat: ſic dñs
de⁹ germinabit iuſticiā: et laudē corā
vniuerſis gētib⁹. Habitabit eni iuuenis Eſa.
cū virgine: ꝛ habitabūt i te filij tui. 62.
Et gaudebit ſpōſus ſup ſpōſā: ꝛ gaudebit B
ſuper te deus tuus. Dicit dominus
omnipotens. Gr. Dilexiſti iuſticiam: ps.
ꝛ odiſti iniquitatem. ℣. Propterea 44.
vnxit te deus deus tuus oleo leticie.
Alla. ℣. Diffuſa eſt gratia in labiis tuis: psal.
ꝓpterea benedixit te de⁹ ieternū. Alla. 44.
℣. Emulor enim vos dei emulatione: deſpondi Cor.
vos vni viro virginem caſtam exhibere 11. A
chriſto. Sequentia.

VIrginis venerande de numero ſapientũ: feſta celebꝛemus ſocij. Filie matris ſummi regis ſacroſancte marie. Quã ſibi in ſoꝛoꝛẽ dei adoptauit filius. Hec coꝛpus ſuũ domuit freno ieiunij. Et luxuriã ſecuit enſe agonie. Hec cõtra cunctos hoſtis dimicauit ĩpetus. Et hoſtem cruentum freta chꝛiſti dextera ſtrauerat. Hec ſpõſum ab aula celi ſeſe inuiſentem alacris. Coꝛde iocundo ſecuta eius eſt ingreſſa thalamum. Tuqꝫ iam dulcibꝰ plebis delicijs. Chꝛiſto miſerias noſtras ſuggerito. Nobis conſolationem pꝛecando. ¶ Secundum Mattheum.

25.a IN illo tpe. Dixit ieſus diſcipulis ſuis parabolã hanc. Simile eſt regnum celoꝝ decẽ virginibꝰ: que accipientes lãpades ſuas exierunt obuiã ſponſo et ſponſe. Quinqꝫ autẽ ex eis erant fatue: ⁊ quinqꝫ pꝛudentes. Sed quinqꝫ fatue acceptis lampadibꝰ/ non ſumpſerũt oleũ ſecũ. Pꝛudẽtes vero acceperũt oleũ in vaſis ſuis cũ lãpadibus. Moꝛam autẽ faciente ſpõſo: doꝛmitauerunt oẽs et doꝛmierũt. Media autẽ nocte clamoꝛ factus eſt: ecce ſpõſus venit/ exite obuiã ei. Tũc ſurrexerunt oẽs virgines ille: et oꝛnauerunt lampades ſuas. Fatue aũt ſapientibꝰ dixerũt. Date nobis de oleo veſtro qꝛ lampades noſtre extinguũtur. Reſpõderunt pꝛudẽtes dicẽtes. Ne foꝛte nõ ſufficiat nobis et vobis: ite potius ad vendẽtes ⁊ emite vobis. Dum autem irent emere: venit ſponſus. Et q̄ parate erant/ intrauerũt cũ eo ad nuptias: ⁊ clauſa eſt ianua. Nouiſſime vero veniunt ⁊ relique virgines dicentes. Dñe dñe: aperi nobis. At ille reſpondens: ait. Amẽ dico vobis/ neſcio vos. Vigilate itaqꝫ: quia neſcitis diẽ neqꝫ hoꝛã. Offr. ps. 44. Offerentur regi virgines poſt eam: pꝛoxime eius offerentur tibi. Secreta.

OFferimus tibi dñe pꝛeces et munera ĩ honoꝛe ſancte N. virginis tue gaudentes/ pꝛeſta queſumꝰ: vt et cõuenienter hec agere/ ⁊ remediũ ſempiternũ valeamꝰ acquirere. ꝑ do. Cõio. ps. 44. Diffuſa eſt gratia in labijs tuis: pꝛopterea benedixit te deus in eternum. Poſtcõio.

PRoſint nobis domine queſumꝰ ſumpta myſteria: pariterqꝫ nos intercedente beata virgine tua N. et a peccatis eruant et pꝛeſidijs tue pꝛopiciationis attollant. Per dominum.

¶ In natali plurimarum virginum.

ps. 44. VUltum tuũ depꝛecabuntur oẽs diuites plebis: adducẽtur regi virgines poſt eã/ pꝛoxime eiꝰ adducẽtur tibi in leticia ⁊ exultatiõe. ps. Ibid Eructauit coꝛ meũ verbũ bonũ: dico ego opa mea regi. Oro.

DEus qui vt humanũ genus ad cõfeſſionẽ tui nominis prouocares: etiã in ſexu fragili victoꝛiã martyꝛij cõtuliſti: pꝛeſta queſumꝰ: vt eccleſia tua hoc exẽplo cõmunita: nec pati pꝛo te metuat/ et celeſtis pꝛemij gloꝛiã cõcupiſcat. Per dñm. Ad corinthios.

17. a FRatres. De virginibus autem pꝛeceptũ dñi nõ habeo: cõſilium autẽ do/ tanꝙ miam cõſecutus a dño/ vt ſim fidelis. Exiſtimo eni hoc bonũ eſſe/ ꝓpter inſtantẽ neceſſitatẽ: qm̃ bonum eſt homini ſic eſſe. Alligatus es vxoꝛi: noli querere ſolutionẽ. Solutꝰ es ab vxoꝛe: noli querere vxoꝛem. Si autem acceperis vxoꝛem/ nõ peccaſti. Et ſi nupſerit virgo: non peccauit. Tribulationẽ tamẽ carnis habebunt huiuſmodi. Ego autem vobis parco. Hoc itaqꝫ dico fratres: tẽpꝰ bꝛeue eſt. Reliquũ eſt: vt ⁊ qui habent vxoꝛes/ tanꝙ nõ habentes ſint. Et qui flent: tanꝙ nõ flentes. Et qui gaudent/ tanꝙ nõ gaudẽtes. Et qui emũt/ tanꝙ non poſſidẽtes. Et qui vtũtur hoc mũdo: tanꝙ nõ vtãtur. Pꝛeterit eni figura

huius mūdi. Volo autē vos ſine ſollicitudine
eſſe. Qui ſine vxoꝛe eſt: ſollicitus
eſt q̄ dn̄i ſunt/ quomodo placeat
deo. Qui autē cū vxoꝛe eſt: ſollicit⁹ eſt
que ſunt huius mundi/ quomodo placeat
vxoꝛi/ ⁊ diuiſus eſt. Mulier innupta
et virgo: cogitat q̄ dn̄i ſunt: vt ſit
ſctā corpoꝛe ⁊ ſpiritu. In chꝛiſto ieſu:
domino noſtro. Lectio libꝛi ſapientie.

4.B O Quā pulchꝛa eſt caſta generatio:
cū claritate. Immoꝛtalis eſt enī
memoꝛia illi⁹ qm̄ et apud deū nota eſt/
et apud hoīes. Cū preſens eſt imitant̄
illā: et deſiderant eā cū ſe eduxerit: et
imperpetuū coꝛonata triūphat/ icoinquinatoꝛū
certaminū premiū vincēs.
Multigena enim impioꝛū multitudo
non erit vtilis: et ſpuria vitulamina
nō dabūt radices altas nec ſtabile firmamentū
collocabunt. Et ſi in ramis
in tempoꝛe germinauerint infirmiter
poſita: a vento cōmouebuntur: ⁊ a nimietate
ventoꝛū eradicabuntur. Cōfringentur
enī rami incōſummati: et
fructus illoꝛū inutiles ⁊ acerbi ad māducādū/
⁊ ad nichilū apti. Ex iniquis
enī oēs filij qui naſcuntur teſtes ſunt
nequicie/ aduerſus parētes in interrogatione
ſua. Iuſtus aūt ſi moꝛte p̄occupatus
fuerit: i refrigerio erit. Gr.

psal. Exultabunt ſancti in gloꝛia: letabuntur in
149 cubilib⁹ ſuis. ℣. Cantate domino canticum
Ibid nouū: laus eius in eccleſia ſanctoꝛū. Gr.
Exo. Gloꝛioſus de⁹ in ſanctis: mirabilis in maieſtate
15.a. faciens pꝛodigia. ℣. Dextera tua domine
psal. gloꝛificata eſt in virtute: dextera manus
117. tua cōfregit inimicū. Alla. ℣. Adducentur
ps. regi virgines poſt eum: pꝛoxime ei⁹
44. afferentur tibi in leticia/ et exultatione.

Euāgeliū. Simile eſt regnū celoꝛum
decem virgi. vt ſ. in officio precedenti.

ps. Offer. Offerentur regi virgines poſt eum:
44. pꝛoxime eius afferentur tibi. Secreta.

Hec nos q̄s dn̄e beatarū virginū/
et martyrū tuarū N. et N. continuis
p̄ſidijs adiuuari/ pꝛo quarum
venerāda recoꝛdatione hec dona maieſtati
tue dicenda offerimus. Per dn̄m.

Cōio. Quinqꝫ pꝛudētes virgines/ acceperunt mat.
oleū in vaſis ſuis cū lampadib⁹ ſuis: media 25.a
autē nocte clamoꝛ factus eſt: ecce ſpōſus
venit exite obuiam xp̄o dn̄o. Poſtcōio.

Preſta q̄s oīs deus/ vt qui in ſanctarum
virginū et martyrū tuarum
N. et N. ſolemnitate percepim⁹ diuina
myſteria: earum interceſſione remedia
capere mereamur eterna. Per.

De virginib⁹ nō martyrib⁹. Orō.

Omnīps ſempiterne deus/ qui nos
idoneos nō eſſe perpendis ad maieſtatem
tuā ſicut dignū eſt exoꝛandā:
fac ſanctas virgines tuas N. et N. p
noſtris interuenire peccatis: quarum
meritis/ nobis indulgentiam largiaris.
Per dn̄m noſtrū ieſum. Secreta.

Intercedentib⁹ ſanctis virginib⁹
tuis N. et N. dn̄e q̄s plebis tue
munus ſanctifica: vt ab oībus noxijs
expedita: ⁊ hic in eternū cuncta ſibi p
futura percipiat. Per do. Poſtcōio.

Quesum⁹ dn̄e de⁹ noſter: vt ſacri
myſterij mun⁹ indultū: intercedentib⁹
ſanctis virginib⁹ tuis N. et N.
et preſentis nobis vite ſubſidium: et
eternitatis largiat̄ affectū. Per dn̄m.

De non virginibus. Introitus.

Gaudeam⁹ Eccl.
oēs in dn̄o: diem
feſtū celebꝛātes
ſub honoꝛe beate
N. de cui⁹ ſolēnitate
gaudēt
angeli/ ⁊ collaudāt
filiū dei. ps. Eructauit coꝛ meū vbū ps.
bonū: dico ego opa mea regi. Gl'ia pr̄i. Orō. 44.

Exaudi nos de⁹ ſalutaris noſter:
vt ſicut de btē N. feſtiuitate gaudeamus:
ita pie deuotionis erudiamur
affectu. Per do. Lectio libꝛi ſapientie. puer.
Mulierem foꝛtem quis inueniet? vlti.
pꝛocul ⁊ de vltimis finib⁹ p̄ciū B

eiꝰ. Cōfidit in ea coꝛ viri ſui: ⁊ ſpoliis nō indigebit. Reddet ei bonum et nō malū: oībus diebꝰ vite ſue. Queſiuit lanā ⁊ linum: ⁊ operata eſt cōſilio manuum ſuarū. Facta eſt quaſi nauis inſtitoꝛis: de longe poꝛtans panem ſuū. De nocte ſurrexit: ⁊ deditqꝫ pꝛedā domeſticis ſuis: et cibaria ancillis ſuis. Cōſiderauit agrū/ et emit eū: de fructu manuū ſuarum plantauit vineā. Accinxit foꝛtitudine lumbos ſuos: et roboꝛauit bꝛachium ſuū. Guſtauit et vidit/ qꝛ bona eſt negociatio eius: non extinguet in nocte lucerna eiꝰ. Manū ſuā miſit ad foꝛtia: ⁊ digiti eius appꝛehenderūt fuſum. Manū ſuā aperuit inopi: et palmas ſuas extendit ad pauperem. Nō timebit domui ſue a frigoribꝰ niuis: oēs eni domeſtici eiꝰ veſtiti ſunt duplicibꝰ. Stragulatā veſtē fecit ſibi: byſſus et purpura indumētū eiꝰ. Nobilis in poꝛtis vir eius: quando ſederit cū ſenatoꝛibus terre. Syndonē fecit ⁊ vendidit: et cingulum tradidit chananeo. Foꝛtitudo et decoꝛ indumētum eius: et ridebit in die nouiſſimo. Os ſuū aperuit ſapiētie: ⁊ lex clementie in lingua eiꝰ. Cōſiderauit ſemitas domus ſue: ⁊ panē ocioſa nō comedit. Surrexerunt filie eiꝰ: ⁊ beatiſſimam pꝛedicauerūt: ⁊ vir eiꝰ laudauit eam. Multe filie cōgregauerunt diuitias: tu ſupergreſſa es vniuerſas. Fallax gr̄a: et vana eſt pulchꝛitudo. Mulier timens dn̄m: ipſa laudabitur. Date ei de fructu manuum ſuarum: et laudent eam in poꝛtis opera eius. Grad.

ps. 44. et oia infra.

Propter veritatē et manſuetudinē et iuſticiam: et deducet te mirabiliter dextera tua. ℣. Audi filia ⁊ vide ⁊ inclina aurem tuam: quia concupiuit rex ſpeciem tuā. Alla. ℣. Diffuſa eſt gratia in labiis tuis: pꝛopterea benedixit te deus ineternum. Pꝛoſa.

Mulier laudabilis/ foꝛtis/ caſta/ parens: mulieris ſterilis/ oppꝛobꝛio carens. Hec fructū triceſimū/ dedit cōiugata: ſed ⁊ ſexageſimum/ viro viduata. Que in foꝛtitudine/ lumbos caſtigauit: nūqꝫ carens lumine/ manu roboꝛauit. Cuius honoꝛabilis nuptꝰ/ mundus luctus fuit/ venerabilis etiā ſenectus. Ut ſacro eloquio patet erit minime: digna ponderatio cōtinentis aīe. Dilexit ſilentiū: dicēs ꝙ neſciuit: nec vnqꝫ dominiū: in virum queſiuit. Hec non eſt de viduis: luxu ſecli moꝛtuis: bonū operata. Obſecrationibꝰ: et oꝛationibꝰ/ ſemꝑ occupata. Recepit hoſpicio vagos: quam ablutio pedum ꝯmēdauit. Et quos tribulatio: pꝛeſſit hos ſubſidio ſancto recreauit. O ſancta veneranda: cuius feſta recolenda/ redierūt annua. Caſta pꝛudens et fidelis: impetrare nobis velis/ gaudia perpetua. Amē. Vacate Alla. Tractꝰ

ps. 44. et oia infra

Diffuſa eſt gratia in labiis tuis: pꝛopterea benedixit te deus ineternum. ℣. Accingere gladio tuo: circa femur tuum potentiſſime. ℣. Specie tua et pulchꝛitudine tua: intende pꝛoſpere pꝛocede et regna.

¶ Secundum Mattheum.

13. f

In illo tp̄e. Dixit ieſus diſcipulis ſuis parabolam hanc. Simile eſt regnum celoꝛum theſauro abſcōdito in agro: quē qui inuenit homo abſcondit et pꝛe gaudio illius vadit ⁊ vendit vniuerſa que habet et emit agrū illū. Iterū ſimile eſt regnū celoꝛū/ homini negociatoꝛi querenti bonas margaritas. Inuenta autē vna pꝛecioſa margarita: abiit ⁊ vēdidit oīa q̄ habuit/ et emit eā. Iterū ſimile eſt regnū celoꝝ/ ſagene miſſe in mare: ⁊ ex omni genere piſciū congreganti. Quā cū impleta eſſet educentes: ⁊ ſecus littus ſedētes/ elegerunt bonos in vaſa ſua: malos autem foꝛas miſerunt. Sic erit in cōſummatione ſeculi. Exibūt angeli: et ſeparabunt malos de medio iuſtoꝝ. Et mittent eos in caminum ignis: ibi erit fletus/ ⁊ ſtridoꝛ dentiū. Intellexiſtis hec oīa? Dicunt ei. Etiā. Ait illis.

Ideo oīs ſcriba doctus ĩ regno celoꝝ/ ſimilis eſt homini patrifamilias: qui ꝓfert de theſauro ſuo/ noua et vetera.

ps. 44. Offr. Diffuſa eſt gratia in labiis tuis: ꝓpterea benedixit te deus ĩ eternum.

Ibid. Offr. Filie regum in honoꝛe tuo: aſtitit regina a dextris tuis in veſtitu deaurato: circumdata varietate. Secreta.

Accepta tibi domine ſit ſacre plebis oblatio: pꝛo tuoꝝ honoꝛe ſanctoꝝ in: quoꝝ ſe meritis percepiſſe de tribulatione cognoſcit auxiliū. Per.

mat. 25. f Cõio. Simile eſt regnum celoꝝ homini negociatoꝛi querenti bonas margaritas: inuenta vna pꝛecioſa margarita: dedit omnia ſua: et comparauit eam. Poſtcõio.

Satiaſti dñe familiā tuā in numeribus ſacris eius q̄s interuentione nos refoue: cui' ſolēnia celebꝛam'. ꝑ d.

¶ Sequūtur miſſe votiue ſiue cões: q̄ dici pñt ꝑ ſeptimanā. Et pꝛimo die dñica: de ſanctiſſima trinitate. Lune de angelis. Martis. Salus populi. Mercurii de ſancto ſpiritu. Jouis de venerabili ſacramēto. Veneris de ſācta cruce. Sabbato de nr̄a domina.



¶ De ſanctiſſima trinitate. Officium.

Eccl. laus. ex thobie. 12. b Benedicta ſit ſancta trinitas/ atq3 indiuiſa vnitas: confitebimur ei/ q2 fecit nobiſcum miſiām ſuā. In tēpoꝛe paſchali.

Alla alla. ps. Benedicamus patrem et filium: cum ſancto ſpiritu. Oꝛatio. dan. 3.

Omnipotens ſempiterne de': qui dediſti famulis tuis in cõfeſſione vere fidei eterne trinitatis gloꝛiam agnoſcere/ et in potētia maieſtatis adorare vnitatē: q̄s vt eiuſdem fidei firmitate/ ab oībus ſemp muniamur aduerſis. Qui viuis. ¶ Ad Romanos.

xi. d O Altitudo diuitiarum/ ſapientie & ſcientie dei: q̄ incõpꝛehenſibilia ſunt iudicia eius: & inueſtigabiles vie eius. Quis enī cognouit ſenſum dñi/ aut quis conſiliarius eius fuit? Aut quis pꝛioꝛ dedit illi/ & retribuetur ei? Quoniam ex ipſo/ et per ipſum/ et in ipſo ſunt oīa: ipſi gloꝛia in ſecula ſeculoꝛum amen. ¶ Ad Coꝛinthios.

2. 13. D Fratres. Gratia dñi noſtri Jeſu chꝛiſti/ et caritas dei/ et cõmunicatio ſancti ſpūs/ ſit ſemper cū oībus vobis. In chꝛiſto Jeſu: dño nr̄o. Gr.

dan. 3. Benedictus es dñe qui intueris abyſſos et ſedes ſuper cherubin. ℣. Benedicite deum celi: quia fecit nobiſcum miſericoꝛdiā ſuam.

Ibid. Alla. ℣. Benedictus es dñe deus patrū noſtroꝝ: & laudabilis in ſecula. Alla. ℣.

ps. 112. Laudate pueri dñm: laudate nomen dñi: ſit nomen dñi benedictum: ex hoc nunc et vſq3 in ſeculum. Sequentia.

Benedicta ſit beata trinitas deitas eterna: pariter coequalis gloꝛia. Deus genitoꝛ natus genitus cum ſacro pneumate permanēs/ ſup omne qđ extat. Quib' eſt ſemp/ vna voluntas: & a ſe diſcrepans haud vnq̄/ triplicata pſona. Nā conſtat deitas vna nō in tres deos diuiſa: qđ fides fatetur a chꝛiſto/ orthodoxe dedita. Hec namq3 pellit delicta/ patriā cedit ſerenā: quā dulcē ſubſlent agmina/ ſimphoniam celica. Altitudo thꝛoni veſtigia imitātur ſtolis candidata. Operiſiturq3 binas quas captāt poſt ſecli diſcrimina. Et nos quos illuſtrat gratia dei ſupna denuꝰ noſtra debita. Quatenus caterua celica nobis maneat poſt funera ſocia. Ultimoqꝫ peracto diſcrimine poſſim⁹ altis perfrui mox palatiis Quos perſpicua lux flagrat accenſa conſtanti flāma que deus eſt viſio noſtra et ſalus eterna. Angeloꝛūqꝫ illuſtrat fortiter pectoꝛa. Ut in xp̄o ſolo ſua defigant lumina. Hec nāqꝫ eſt illa ſitis flagrans quā tūc ſitiēt aīe ſanctoꝛū vel coꝛpoꝛa. Dū fuerint data ꝑpetua eis pꝛo nobis a iudice pꝛemia. Amen. ❡ Secundum Johannem.

15 D In illo tp̄e. Dixit ieſus diſcipulis ſuis. Cū venerit paraclytus/ quē ego mittā vobis a patre ſpiritū veritatis qui a patre ꝓcedit: ille teſtimoniuꝫ perhibebit de me. Et vos teſtimoniū perhibebitis: qꝛ ab initio mecuꝫ eſtis. Hec locutus ſum vobis: vt nō ſcādalizemini. Abſqꝫ ſynagogis facient vos. Sed venit hoꝛa: vt omīs qui interficit vos: arbitretur obſequium ſe preſtare deo. Et hec facient vobis: qꝛ nō nouerunt patrē neqꝫ me Sed hec locutus ſum vobis: vt cū venerit hoꝛa eoꝝ/ reminiſcamini: qꝛ ego dixi vobis. Offer.

Dañ. 3. C Benedictus ſit deus pater vnigenitusqꝫ dei filius: ſanctus quoqꝫ ſpiritus: quia fecit nobiſcum miſericoꝛdiam ſuam. In tempoꝛe paſchali. Alleluya. Secreta.

Sanctifica q̄ſumus dn̄e de⁹ trinitas ſancta ꝑ tui ſc̄ti nōis inuocationē huius oblationis hoſtiā: ⁊ cooperante ſpū ſc̄tō per eā noſmetipſos tibi perfice munus eternū. Qui vi. In vni. eiuſdē. Pꝛefa. Qui cū vni. Cōio.

Dañ. 3. C Benedicimus deū celi coꝛā oīb⁹ viuētib⁹ cōfitebimur ei: qꝛ fecit dn̄s nobiſcū miſericoꝛdiā ſuā. In tp̄e paſc. Al. al. Poſtcō.

Proficiat nobis ad ſalutē coꝛpoꝛis ⁊ anime dn̄e deus hui⁹ ſacramenti ſuſceptio: et ſempiterne ſancte trinitatis: eiuſdemqꝫ indiuidue vnitatis confeſſio. In qua viuis et regnas deus. Per omnia ſecula ſcł'oꝝ. Amen

❡ Miſſa de angelis. Officium.

p̄. 42 Benedicite dominū oēs angeli ei⁹: potētes virtute q̄ facitis verbū eius/ ad audiēdā vocē ſermonū ei⁹. In tp̄e paſca.
Ibid Alla. Ps. Bn̄dic aīa mea dn̄o: ⁊ oīa q̄ intra me ſunt/ nomini ſancto eius. Oꝛatio.

Perpetuū nobis dn̄e tue miſerationis preſta ſubſidiū: quib⁹ ⁊ angelica preſtitiſti ſuffragia non deeſſe. Per dn̄m. ❡ Lectio libri apocalipſis beati Johannis apoſtoli.

19 B In diebus illis. Dixit michi angelus. Scribe: beati qui ad cenā nuptiarū agni vocati ſunt. Et dixit michi. Hec verba dei vera ſunt. Et cecidi ad pedes eius/ vt adoꝛarē eū. Et dixit michi. Uide ne feceris: conſeruus enim tuus ſum/ ⁊ fratrum tuoꝝ habētium teſtimonium ieſu. Deum adoꝛa.

p̄. 42 Grad. Benedicite dn̄m omnes angeli ei⁹ potentes virtute qui facitis verbum eius.
Ibid ℣. Benedic anima mea domino: ⁊ omnia interioꝛa mea nomen ſanctū eius. Alla.
℣. In conſpectu angeloꝛum pſallā tibi dn̄e deus meus. Secundum iohannem.

5. B In illo tempoꝛe. Erat dies feſtus iudeoꝝ: ⁊ aſcendit ieſus hieroſolymam. Eſt autem hieroſolymis pꝛobatica piſcina/ que cognominatur hebꝛaice bethſaida: quinqꝫ poꝛticus habens In his iacebat multitudo magna languētium/ cecoꝛum/ claudoꝛum/ aridoꝛum: expectantium aque motum. Angelus autem domini ſecundum tempus deſcendebat in piſcinam: ⁊ mouebatur aqua. Et qui pꝛioꝛ deſcēdiſſet in piſcinā poſt motionem aque: ſanus fiebat: a quacunqꝫ detinebatur infirmitate. Offer. Stetit angelus iuxta arā eccle. templi habens thuribulum aureum in manu ſua: et data ſunt ei incēſa multa: ⁊ aſcendit fumus aro matum in conſpectu dei alleluya.

Secreta.

Hostias tibi dñe laudis offerim⁹ suppliciter deprecãtes: vt easdem angelico ꝓ nobis interueniẽte suffragio/ ⁊ placatus accipias ⁊ ad salutẽ nostrã prouenire cõcedas. Per dominũ.

Dan. 3. Cõio. Bñdicite oẽs angeli dñi dñm hymnũ dicite ⁊ superexaltate eũ in scła. In tẽpore paschali. Alla. Postcõmunio.

Repleti dñe bñdictiõe celesti suppliciter exoram⁹: vt qđ fragili celebram⁹ officio: sctõꝝ angeloꝝ atq3 archãgeloꝝ/ oĩmq3 celestiũ spirituũ: nobis ꝓdesse sentiam⁹ auxilio. Per do.

¶ Sciẽdũ est ꝙ per totũ aduentũ: et a Dñe ne in ira, vsq3 ad caput ieiunii: ⁊ ab oct. pasc. vsq3 ad ascẽ. dñi. ⁊ a fes. sancte trinitatis vsq3 ad aduẽ. dñi: singulis ebđ. semel solet dici mis. **Salus populi.** ꝓ fratribus ⁊ sororib⁹: ita videlicet ꝙ si vacauerit a festis sanctoꝝ ⁊ extra octa. cũ regĩmie chori: ⁊ si missa dñicalis in ebđ. cãtãda fuerit cõpleta cõme. quoq3 beate marie ⁊ festi loci ⁊ ꝓprie eple ⁊ euãgel. ꝓpria. ꝓpter illã missam nõ fuerint ꝑtermissa: tũc illa si qua dies vacauerit est cãtãda. Si vero ꝓprie eple ⁊ ꝓpria euãge. q̃ quartis fe. intitulãtur / frequẽter nequeãt ibi dici: in primis sequẽtibus ferijs si vacauerint ꝑlegantur: nec ꝓpter mis. **Salus po.** vel **Nos autẽ.** alicubi ꝑ totũ annũ aliqualiter omittãtur. In missis etiã. **Salus po.** vel **Nos autẽ.** sup **Kyrie. Sãct⁹.** ⁊ **Agnus.** semꝑ đr cantus ferial. ¶ Et notãdũ est ꝙ per totũ tẽpus predictũ/ ꝙ missa dñicalis in dñica vel in secũda feria cãtata fuerit ⁊ iij. fer. vacauerit: semꝑ đr missa. **Salus po.** in ipsa. iij. fer. ⁊ si nõ vacauerit tũc in aliqua fe. ipsius ebđ. que ad hoc vacaue. cãtetur. ¶ Et sciẽdũ est ꝙ missa **Salus po.** est in dispositione cãtoris: quãdo cõueniẽtius ⁊ quota feria/ potest dici. Quando vero đr missa **Salus po.** tũc nulla dicit̃ memoria de domi. neq3 de aliqua missa. iij. lec. nisi in aduen. Dicat̃ etiã missa **Salus po.** in vnaquaq3 ebđ. semel nisi in. xl. ⁊ nisi festũ impediat vel octa. cũ regimine chori: ⁊ nisi infra tempus natiui. dñi: ⁊ nisi in ebdoma. pasche et penthecos.

Ad missam. Officium.

Ecc Salus populi ego sum dicit dñs: de quacũq3 tribulatiõe clamauerit ad me exaudiã eos: ⁊ ero illorũ dñs in perpetuũ. In tẽpore paschali. Alla alla. ps. Attẽdite popule meus legẽ meã: inclinate aurẽ vestrã/ in verba oris mei. psal. 77. Nõ đr Gloria in excelsis. in hac missa. Oratio.

Deus qui caritatis dona/ per gratiã sancti spiritus/ tuoꝝ cordib⁹ fideliũ infundis: da famulis ⁊ famulabus tuis/ fratribus ⁊ sororibus nostris ꝓ quibus tuã deprecamur clemẽtiã/ salutẽ mẽtis ⁊ corporis: vt te tota virtute diligãt/ ⁊ que tibi placita sunt tota dilectione perficiant. Per dñm. In vni. eiusdem. Lectio esaie ꝓphete

19. Hec dicit dñs deus. In die illa/ deferetur munus dño exercituũ: et per fortis/ dominabitur eoꝝ. In die illa erit altare dñi in medio terre: et cognoscetur dñs: ⁊ colent eũ in hostiis ⁊ muneribus: ⁊ vota vouebũt dño ⁊ soluent. Et reuertẽtur ad dñm ⁊ placabitur eis: et sanabit eos. In die illa/ erit israel benedictio in medio terre: cui benedixit dñs exercituũ dicẽs. Benedictus populus meus/ ⁊ opus manuum mearũ hereditas mea israel. Dicit dominus oĩps. Gr. Propicius esto domine peccatis nostris: nequando dicant gẽtes vbi est deus eoꝝ. V. Adiuua nos deus salutaris noster: ⁊ propter honorem nominis tui domine libera nos. Al. V. Ostẽde nobis dñe misericordiã tuã: ⁊ salutare tuũ da nobis. In tempore paschali. ii. Alla erit de missa dñica. per ebđ. sicut in fe-

tis ſine regimine chori. Tamē in proceſſione vbi i fit ſtatio, ij Allā, non dicetur. Idem modus obſeruetur i miſſa pro pace/et conſimilibus.

¶ Secundum Marcum.

12 D In illo tempore. Sedens ieſus cōtra gazophilatiū: aſpiciebat quomodo turba iactaret es in gazophilatium. Et multi diuites iactabāt multa. Cū veniſſet autem vna vidua paupercula: miſit duo minuta/qđ eſt quadrans. Et conuocans diſcipulos ſuos ait illis. Amen dico vobis: quia vidua hec paupercula/plus omnibus miſit/ qui miſerunt in gazophilatium. Omnes enim ex eo quod abundat illis/miſerunt. Hec vero de penuria ſua omnia que habuit: miſit totum victū ſuum. Offerto. Exaudi deus orationem meam/⁊ ne deſpexeris deprecationem meam: intende in me/ ⁊ exaudi me. In tempore paſchali Allā. Sequentes duo ℣. dicuntur alternis vicibus infra aduen. dñi: ⁊ a. lxx. vſqꝫ ad. l. tm̄. ℣ Conturbatus ſum a voce inimici: ⁊ a tribulatione peccatoris: ⁊ expectabam eū qui me ſaluum faceret. ℣. Ego autem ad deum clamaui libera animā meā: ⁊ extendes manū tuam in retribuendo illis. Secreta.

Miſerere q̄ſumus dñe famulis et famulabus tuis pro quibus hoc ſacrificium laudis tue offerimus maieſtati: ⁊ preſta/ vt per hec ſancta ſupne benedictionis gratiam obtineāt: et gloriam eterne felicitatis acquirant. Per dñm. Cōio. Amen dico vobis quicquid orantes petitis credite: quia accipietis ⁊ fiet vobis. In tempore paſchali. Alleluya alleluya. Poſtcōmunio.

Diuina libantes myſteria q̄s dñe vt hec ſalutaria ſacramēta/ illis proficiant ad proſperitatem ⁊ pacem: pro quorū quarūqꝫ dilectione/ hec tue obtulimus maieſtati. Per dominum.

¶ In commemoratione ſancti ſpiritus. Ad miſſam. Officium.



Spiritus domini repleuit orbē Sap. 1. B
terrarū allā: ⁊ hoc qđ continet oīa ſciētiā habet vocis allā al. al. Ps. Exurgat de⁹ ⁊ diſſipētur inimici ei⁹: ⁊ fugiāt qui oderūt eū a facie eius. psal. 77. Oratio.

Deus qui corda fideliū ſancti ſpūs illuſtratiōe docuiſti: da nobis in eodē ſpiritu recta ſapere: ⁊ de ei⁹ ſemp cōſolatione gaudere. Per dominum. In vnita. eiuſ. Lectio actuū apl'oꝝ.

In diebus illis. Cū audiſſent apl'i 8. C
qui erāt hieroſolymis q2 recepiſſet ſamaria verbū dei: miſerūt ad eos petrū ⁊ iohānē. Qui cū veniſſent orauerūt pro ipſis/ vt acciperēt ſpiritū ſanctū. Nondū enim in quēq̄ illoꝝ venerat: ſed baptizati tantū erāt in nomine dñi ieſu. Tunc imponebāt manus ſuper illos: ⁊ accipiebāt ſpm̄ ſanctum. Gr. Beata gēs cuius eſt dñs deus eoꝝ ps. 32
populꝰ quem elegit dñs in hereditatē ſibi. ℣. Verbo dñi celi firmati ſunt: et ſpū oris ei⁹ Ibidē
oīs virt⁹ eoꝝ. Allā. ℣. Veni ſctē ſpūs reple eccle.
tuoꝝ corda fideliū: ⁊ tui amoris in eis ignē accende. In tempore paſchali. primum Allā. ℣. Emitte ſpm̄ tuū ⁊ creabūt: ⁊ re- psal.
nouabis faciē terre. Secundū. Allā. ℣. 103.

Ueni ſancte ſpūs reple tuoꝝ coꝛda fideliū: ⁊ tui amoꝛis in eis ignē accende. Sequētia.

Ueni ſācte ſpūs ⁊ emitte celit⁹ lucis tue radiū. Ueni pat pauperū veni dator munerū veni lumē coꝛdiū Conſolatoꝛ optime dulcis hoſpes aīe dulce refrigeriū. In laboꝛe requies in eſtu temperies in fletu ſolatiū. O lux beatiſſima reple coꝛdis intima tuoꝝ fideliū. Sine tuo numine nichil eſt in lumine nichil eſt innoxiū. Laua qḋ eſt ſoꝛdidū riga qḋ eſt aridū ſana qḋ ē ſauciū. Flecte qḋ eſt rigidū/ foue qḋ eſt frigidū/ rege qḋ eſt deuiū. Da tuis fidelibus in te cōfidētib⁹ ſacrū ſeptenariū. Da ꝟtutis meritū da ſalutis exitū da perēne gaudiū. Amē. Scḋm iohannē.

14.a In illo tpe. Dixit ieſus diſcipulis ſuis. Si quis diligit me ſermonē meū ſeruabit. Et pr̄ me⁹ diliget eū: et ad eū veniem⁹/ ⁊ mãſionē apud eū faciem⁹ Qui nõ diligit me/ ſermões meos nõ ſeruat Et ſermonē quē audiſtis nõ eſt me⁹: ſed eius qui miſit me pr̄is. Hec locut⁹ ſuz vobis apḋ vos manēs. Paraclyt⁹ autē ſpūs ſanct⁹/ quē mittet pater in noīe meo: ille vos docebit oīa/ ⁊ ſuggeret vobis oīa q̄cūqꝫ dixero vobis. Pacē relinquo vobis: pacē meam do vobis. Nõ quomodo mūd⁹ dat ego do vobis. Nõ turbetur coꝛ veſtrū neqꝫ foꝛmidet. Audiſtis qꝛ ego dixi vobis: vado ⁊ venio ad vos. Si diligeretis me gauderetis vtiqꝫ: qꝛ vado ad patrē/ qꝛ pater maioꝛ me eſt. Et nūc dixi vobis priuſq̄ fiat: vt cū factum fuerit credatis. Iā nõ multa loquar vobiſcū Uenit enim princeps mundi huius/ ⁊ in me nõ habet quicq̄. Sed vt cognoſcat mūdus quia diligo patrē: et ſicut mandatū dedit michi pater: ſic facio.

ps.67 Offerto. Cōfirma hoc deus quod operatus es in nobis: a tēplo tuo qḋ eſt in ierlm tibi offerent reges munera alla. Secreta.

Munera q̄ſumus dñe oblata ſanctifica: ⁊ coꝛda noſtra ſancti ſpiritus illuſtratione emunda. Per d. In vnitate eiuſdē. Prefatio. Qui aſcen. Nõ dr̄ in hac pfatione. Hodierna die, niſi in ebd. pēthe. tm̄. Cōio. Factus eſt repēte de celo ſonus aduenientis ſpūs vehemētis vbi erāt ſedētes alleluya: ⁊ repleti ſūt omnes ſpiritu ſancto loquentes magnalia dei alleluya alleluya. Actu. 2. a Poſtcommunio.

Sancti ſpiritus dñe coꝛda nr̄a mūdet infuſio: ⁊ ſui roꝛis intima aſperſione fecūdet. Per do. In vni. eiuſdē.

¶ In cōmēoꝛa. coꝛpo. xp̄i. Officium.

Cibauit eos ex adipe frumēti alleluya: ⁊ de petra melle ſaturauit eos alla alla alla. ps.80 ps. Exultate deo adiutoꝛi nr̄o: iubilate deo iacob. Ibiḋ Oro

Deus qui nobis ſub ſacramento mirabili paſſionis tue memoꝛiā reliquiſti: tribue queſum⁹: ita nos coꝛpoꝛis et ſanguinis tui ſacra myſteria venerari vt redemptionis tue fructū in nobis iugiter ſentiamus. Qui vi. ⁊ regnas cū deo pa. Ad coꝛinthios.

1.2.b Fratres. Ego enim accepi a dño quod ⁊ tradidi vobis: qm̄ dñs ieſus in qua nocte tradebat: accepit panē: ⁊ gratias agens fregit: ⁊ dixit. Accipite ⁊ mãducate: hoc eſt coꝛpus meū quod pro vobis tradetur. Hoc facite in meam cōmemoꝛationē. Similiter ⁊ calicem poſtq̄ cenauit dicēs. Hic calix nouū teſtamentum eſt in meo ſanguine: hoc facite quotienſcūqꝫ bibetis in meā cōmemoꝛationē. Quotienſcūqꝫ enim manducabitis panem hunc ⁊ calicem bibetis: moꝛtē dñi annunciabitis: donec veniat. Itaqꝫ quicūqꝫ mãducauerit hūc panem: vel biberit calicē dñi indigne: reus erit coꝛpoꝛis ⁊ ſanguinis dñi. Probet autē ſeipſum homo: et ſic de pane illo edat: et de calice bibat. Qui enim mãducat ⁊ bibit in-

digne: iudiciū ſibi mādūcat ⁊ bibit: nō
ꝑ.44 diiudicās corp⁹ dn̄i. Gr. Ocli oīm i te
ſperāt dn̄e: ⁊ tu das illis eſcā in tpe oportu-
Ibid no. ꝟ. Aperis tu manū tuā et imples oīe
Joh. aīal benedictione. Alla. ꝟ⁹. Caro mea
6. D vere eſt cibus: ⁊ ſanguis me⁹ vere eſt potus
qui mādūcat meā carnem: ⁊ bibit meū ſan-
guinem: in me manet et ego in eo. ¶ Se-
quentia qui voluerit. ſcē in feſto cor-
poris chriſti. Secundum Johannem.

6. D IN illo tpe. Dixit ieſus diſcipulis
ſuis: ⁊ turbis iudeoꝝ. Caro mea
vere eſt cib⁹: ⁊ ſanguis me⁹ vere ē po-
tus. Qui mādūcat meā carnē: ⁊ bibit
meū ſanguinē: in me manet: ⁊ ego i il-
lo. Sicut miſit me viuēs pr̄: ⁊ ego vi-
uo ꝓpt̄ patrē. Et qui manducat me: ⁊
ipſe viuet ꝓpt̄ me. Hic eſt panis q̄ de
celo deſcēdit. Nō ſicut mādūcauerūt
pr̄es vr̄i māna i deſerto: ⁊ mortui ſūt
Qui mādūcat hūc panē viuet ieternū
Leui Offer. Sacerdotes dn̄i incenſum ⁊ panes
1. A offerūt deo: ⁊ ideo ſancti erūt deo ſuo ⁊ non
B polluēt nomen eius alla. Secreta.

ECcleſie tue q̄s dn̄e vnitatis ⁊ pa-
cis ꝓpici⁹ dona cōcede: q̄ ſub obla-
tis mūerib⁹ myſtice deſignātur. Per.
1.cor Prefatio. Nr̄ p incar. Cōio. Quoticū-
11. F q; mādūcabitis panē hūc ⁊ calicē bibetis
mortē dn̄i annūciabitis donec veniat: itaq;
q̄cūq; mādūcauerit panē/ vel biberit calicē
dn̄i indigne: reus erit corporis ⁊ ſanguinis
domini alleluya. Poſtcōmunio.

FAc nos q̄s dn̄e diuinitatis tue ſē-
piterna fruitiōe repleri: quā pre-
cioſi corporis ⁊ ſanguinis tui: tēporalis ꝑ-
ceptio p̄figurat. Qui vi. ⁊ reg. cū deo
pr̄e. ¶ Sciēdū eſt q̄ miſſa de cruce dr̄
oīni. vi. feria. a Deus oīm. vſq; ad ad-
uētū dn̄i: niſi feſtū. ix. lec. īpediat: vel
octa. cū regimīe chori: vel dies octa. vel
q̄d ex neceſſitate oporteat agere miſſā
dn̄icalē/ vel aliq̄d tale feſtū. iii. lect. q̄d
aliq̄d ꝓpriū h̄z ſeruitiū. Si vero in. vi.
fer. aliq̄d feſt. triū lec. eue. vel nullū ꝓ-
priū habeat ſeruitiū: tūc eſt in diſpoſi-
tione cantoris dicere miſſam de cruce
vel nō. Cū vero. vi. fer. oīno a feſto
vacauerit ⁊ non oportet ex neceſſitate
dicere miſſam dn̄icalē: ſemꝑ infra pre-
dictū tēpus dicit̄ miſſa de cruce/ q̄uis
oēs hore dicātur de feria: et nulla fiat
memoria de miſſa dn̄icali. Tamen ſi
oporteat dicere miſſam Salus popli.
omino pretermittatur miſſa de cruce.

¶ Ad miſſam de cruce. Officium.



NOs autē glo-
riari oportet i cruce do- Gal. 6. A
mini nr̄i ieſu xp̄i i quo
eſt ſal⁹ vita et reſurre-
ctio nr̄a p quē ſaluati ⁊ liberati ſum⁹
In tēpore paſcha. Alla alla. Ps. Deus ꝑ.66
miſereatur noſtri ⁊ benedicat nobis: illumi-
net vultū ſuum ſuper nos: ⁊ miſereatur no-
ſtri. Nō dr̄. Glia in excelſis. Oratio.

DEus qui vnigeniti filii tui dn̄i
nr̄i ieſu xp̄i p̄cioſo ſanguie viui-
fice crucis vexillū ſāctificare voluiſti:
concede q̄s: eos q̄ eiuſdē ſancte crucis
gaudent honore: tua quoq; vbiq; ꝓte-
ctione gaudere. Per eundem dominū
noſtrum. ¶ Ad philippenſes.

FRatres. Chriſt⁹ fact⁹ eſt p nobis 2. D
obediēs vſq; ad mortē/ mortē au-
tē crucis. Propter quod ⁊ de⁹ exalta-
uit illū: ⁊ donauit illi nomē/ q̄d eſt ſup

omne nomen: vt in noīe ieſu omne genu flectatur: celeſtiū/ terreſtriū/ ꝫ infernorū. Et oīs lingua cōfiteat̄: q2 dñs nr̄ ieſus xp̄s: in gloria eſt dei pr̄is. Grad.
Phil. 2. D Chriſtus factus eſt ꝓ nobis obediens vſqz
ad mortē: mortē autē crucis. ℣. Propt̄ qḋ
ꝫ deus exaltauit illū: et dedit illi nomen qḋ
Eccl. eſt ſuper omne nomen. Alla. ℣. Dulce
lignū dulces clauos / dulcia ferēs pondera: que ſola fuiſti digna / ſuſtinere regem celorum ꝫ dñm. In tempore paſchali.
Gal. Alleluya. ℣. Nos autem gloriari oportet in cruce domini noſtri ieſu chriſti.

¶ Secundum Mattheum.

20 E In illo tēpore. Aſcendēs ieſus hieroſolymā: aſſumpſit duodecim diſcipulos ſuos ſecreto: ꝫ ait illis. Ecce aſcēdimus hieroſolymā ꝫ filius hominis tradetur principibus ſacerdotum ꝫ ſcribis/ ꝫ cōdēnabūt eum morte. Et tradent eū gētibus ad illudendū: ꝫ flagellandū/ ꝫ crucifigēdū. Et tertia die reſurget. Offer. Protege dñe plebē tuā per ſignū ſancte crucis ab omnibus inſidijs inimicorum omnium: vt tibi gratiam exhibeamus ſeruitutem: et acceptabile tibi fiat ſacrificium noſtrum. In tempore paſchali. Alleluya. Secreta.

Hec oblatio q̄ſumus dñe ab omnibus nos purget offenſis: que in ara crucis immolata: etiā totius mundi tulit offenſas. Per. Prefatio. Qui
Eccl. ſalutem. Cōio. Per lignū ſerui facti ſumus: ꝫ per ſanctā crucē liberati ſumus: fructus arboris ſeduxit nos: filius dei redemit nos alla. ꝫ finiatur cum alla, quādocūqz dicitur / niſi infra ſeptuageſimā vſqz ad paſcha. Poſtcommunio.

Adeſto nobis dñe deus noſter: et quos ſācte crucis letari facis honore: eius quoqz ꝑpetuis defende ſubſidijs. Per dominum noſtrum.

¶ Sanctus bonifacius papa egrotauit vſqz ad mortem: qui inſtanter petiit a deo vitam in hoc ſeculo ſibi prolongari. Ad quem miſit dñs ſanctū raphaelē archāgelū cum officio miſſe de quinqz vulneribus chriſti / dicens ad papam. Surge ꝫ ſcribe iſtud officiū: ꝫ dicas ipſum quinqz vicibus: et continuo recipies ſanitatem. Et quicunqz ſacerdos hoc officiū deuote pro ſe: vel pro alio egrotante celebrauerit quinquies: hic ſanitatem ꝫ gratiam recipiet: et in futuro vitam eternā poſſidebit: ſi in bono perſeueret. Et in quacunqz tribulatione homo extiterit in hoc ſeculo: ſi procurauerit a ſacerdote hoc officium quinquies pro ſe legi: ſine dubio liberabitur. Et ſi pro aīa defuncti legatur: ſtatim poſtq̄ complete dictum fuerit: ſcilicet quinquies/ a penis anima ſoluetur. Sanctus igitur bonifaci⁹ papa hec audiēs: ſtatim erexit ſe in loco quo iacuit infirmatus/ et ipſum coniurauit per omnipotentem deū: vt abſqz ſuo periculo recederet: ꝫ quis eſſet: ꝫ ad quid veniſſet ſibi ꝯtinuo indicaret. Qui ſtatim dixit ſe eſſe archangelū raphaelem a deo ſibi miſſum: ꝫ ſuperius pronunciata ꝑmittebat ſine dubio fore rata. Sanctus tūc bonifacius papa: officiū confirmauit apoſtolica auctoritate: tribuēs omnibus vere cōfeſſis ꝫ contritis: ſeptimā partem remiſſionis omniū peccatorū ſuorum: qui illud deuote legerint quina vice. Et ſimiliter illud predictū officium legi ꝓcurantibus: quadraginta dies criminaliū: ꝫ vnum annum venialium in domino relaxauit.

¶ Incipit officiū miſſe de quinqz vulneribus dñi noſtri ieſu chriſti.

Humiliauit Phil. 2. D
ſemetipſuz dñs noſter ieſus xp̄s vſqz ad mortē: mortē autē crucis: propter qḋ ꝫ deus exaltauit illū: et donauit illi nomen quod eſt ſuper omne nomen. Pſ.
Miſericordias domini in eternū cantabo. ps. 88.

Et dr Gloria in excel. niſi per aduentum: ⁊ a .lxx. vſqz ad paſcha. Oratio.

Domine ieſu xpe: fili dei viui: qui de celo ad terrā de ſinu patris deſcendiſti: ⁊ in ligno crucis quinqz plagas ſuſtinuiſti: ⁊ ſanguinem tuū precioſum in remiſſionem peccatorū noſtrorum effudiſti: te humiliter deprecamur: vt in die iudicij ad dexteram tuā ſtatuti: a te audire mereamur illā vocem dulciſſimam venite benedicti: in regnum patris mei. Qui cum eodem patre in vnitate ſpiritus ſancti viuis ⁊ regnas de⁹ Per oīa ſcl'a ſclo⁊. amē.

¶ Addatur etiā vna collecta vbi placuerit: ſecundū numerū ⁊ tēporis exigentiā: pro viuo: vel pro defuncto: pro quo iſte miſſe celebrantur.

¶ Lectio zacharie prophete.

12.G Hec dicit dn̄s deus. Effundā de
ſpiritu meo ſuper domū dauid ⁊
ſuper habitatores hieruſalem ſpiritū
gratie ⁊ miſerationis: ⁊ aſpicient in eū
quē confixerunt: ⁊ plangent eū plan=
ctu quaſi ſuper vnigenitum: et dole=
būt ſuper eum/ vt doleri ſolet in mor=
te primogeniti. In die illa/ erit plan=
ctus magnus in hieruſalem: ⁊ dicetur
ei. Que ſunt iſte plage: in medio ma=
nuum tuarū? Et dixit eis. His plaga
tus ſum: in domo eorū qui me dilige=
bant. Framea ſuſcitare ſuper paſtorē
meū: ⁊ ſuper virum coherētem michi
dicit dn̄s exercituū. Percutiā paſtorē
⁊ diſpergētur oues gregis. Dicit dn̄s
ps.68 exercituū. Grad. Improperiū expecta=
uit cor meum ⁊ miſeriam ⁊ ſuſtinui qui ſi=
mul contriſtaretur ⁊ non fuit. conſolantem
me queſiui: ⁊ non inueni. ℣. Et dederūt in
eſcam meam fel: et in ſiti mea potauerunt
me aceto. Alla. ℣. Aue rex noſter ieſu
chriſte: tu ſolus noſtros errores ⁊ reatus mi
ſeratus pertuliſti: patri obediens ductus es
ad crucem: vt agnus manſuetus ad occiſio
nem tibi gloria/ oſanna tibi ſumme laudis
⁊ honeſtatis chorea. Tractus.

Iudica me deus ⁊ diſcerne cauſam me ps. 42
am de gente nō ſancta: ab homine ini=
quo ⁊ doloſo erue me. ℣. Quia tu es de⁹ Ibid
fortitudo mea: quare me repuliſti/ ⁊ quare
triſtis incedo dū affligit me inimicus. ℣. ps. 26
Teſtes enī iniqui inſurrexerūt aduerſum
me: ⁊ mentita eſt iniquitas ſibi. ℣. Supra psal.]
dorſum meū fabricauerūt peccatores/ pro= 128.
longauerunt iniquitatem ſuam. ℣. Ipſi vero ps.21.
conſiderauerūt ⁊ inſpexerūt me: diuiſerunt
ſibi veſtimēta mea: ⁊ ſuper veſtē meā miſe=
runt ſortem. ℣. Foderunt manus meas ⁊ Ibid
pedes meos: et dinumerauerūt omnia oſſa
mea: ⁊ dolorem ſuper dolorem vulneribus
meis addiderunt. Sequentia.

Cenam cum diſcipulis chriſte celebraſti: ⁊ mortem apoſtolis palā nunciaſti: et auctorem ſceleris iudam demonſtraſti: ⁊ egreſſus protinus ortulum intraſti. Tunc procidens dn̄s humo ſe proſtrauit: et transferri calicem a ſe poſtulauit: ſ; patris arbitrio/ illud commēdauit: ⁊ ecce mox ſanguinis ſudor emanauit. Iudas poſt hoc oſculū ori dedit chriſti: ad quid inquit dominus amice veniſti: nunquid tradis oſculo quem iam vendidiſti: aſſiſtentes protinus irruunt miniſtri.

Nox inſomnis itaqz illo ducebat̄: nulla prorſus requies ieſu preſtabat̄ magiſtrorum impia plebs infuriatur: alapis ⁊ colaphis innocens mactatur.

Dn̄ ieſuꝫ eripere pylatus: conatur iudeo⁊ furia magis inflāmat̄: ⁊ tumultus populi ingēs excitat̄: ⁊ plebis vox intonat vt crucifigat̄. Tradit̄ militibus vinculis artatur: vndiqz verberibus corpus cruētat̄: caput regis glie ſpinis coronatur: poſtqz ſceleris gentib⁹ quiſquis irritatur. Ecce caro tenera pij ſaluatoris: ad columnam nequiter coartat̄ loris: ſic flagellis ceditur impij tortoris: ꝙ emanant riuuli vndiqz cruoris. Poſt per vrbis medium ieſus procedebat: ⁊ crucis patibulū humeris ferebat: ad fores/ ad hoſtia popul⁹ fluebat/eiuſqꝫ cōfuſio oībus patebat. Ad pudoris cumulū ieſu denudaris/⁊ veſtis ac frigori nudꝰ ſpoliaris: inocēs cū ipſis in cruce dānaris/ ⁊ quaſi dux ſceleris medio locaris. Tenſis ligno brachijs manꝰ cōclauātur/ cruci caro cruribꝰ clauis tractabant: nerui veneſiſt modo laniant/pedes plāte etiā ferro cōclauātur. Loquēs ieſus poſtea ſitio dicebat/⁊ acetū ꝓpinꝰ felle cōmiſcebat: ac infuſuꝫ ſpōgie ori porrigebat/ qđ deguſtās paululū ſumere nolebat. O ieſu mirifice quid eſt qđ agebas tu de ſiti cōquerēs de cruce ſitiebas: nunqđ hāc doloribꝰ magis ſitiebas/aut ſalutē potiꝰ nr̄am ſitiebas. Vocē ꝓmēs vltimā patrē inuocaſti: ſpūqꝫ manibꝰ eiꝰ cōmendaſti: cū clamore valido tandē expiraſti/ſic ſalutē oīm opꝰ cōſūmaſti. ego ſupbio tu hūiliaris/ego culpas ꝑpetro tu pena grauaris: ego pomum mordeo tu felle potaris/ego peto mollia/tu dire tractaris. Demū cuiꝰ valeat mēs vel ligua fari/ ꝟgo itus credit quātū cruciari: dū cernit iā mortuū latus vulnerari/ atqꝫ nati viſcera lācea rimari. Corpꝰ quidē mortuū iā nil ſētiebat/militis ſꝫ lācea pectꝰ infigebat: quaꝫ fixā in filij latere videbat/ vbi aqua ſanguie mixta effluebat. Fundūt riuos ſanguis fōtes ſaluatoris/ ꝓperās huc aīa currat petoris: et hauriat quiſpiā ſacrati liquoris/ quo frequenter liniat vulnera doloris. Ad hūc ergo ꝓpera fontē ſaluatoris/ vt fluctis ipleas viſcera dulcoris: atqꝫ vite lauacrū ꝑcelū cruoris/hinc tui curatio profluat lāguoris. Secundū iohannem.

19.ff In illo tpe. Preſciēs ieſus qꝛ iam oīa cōſūmata erāt de ipſo: vt cōſūmarē ſcriptura dixit. Sitio. Vas ergo erat poſitū aceto plenū. Illi autem ſpōgiā plenā aceto ⁊ yſopo circūponētes: obtulerūt ori eiꝰ. Et cū accepiſſet ieſus acetū dixit. Cōſūmatū eſt. Et iclinato capite tradidit ſpm̄. Iudei ergo qm̄ paraſceue erat: vt nō remanerēt in cruce corpa ſabbato: (erat enim magnꝰ dies ille ſabbati:) rogauerunt pylatū vt frāgerētur eorꝝ crura/⁊ tollerētur. Venerūt ergo milites/et primi quidē fregerūt crura: ⁊ alteriꝰ qui crucifixus eſt cū eo. Ad ieſum autē cū veniſſent vt viderūt eū iā mortuū: nō fregerūt eius crura. Sed vnus militū lācea latus eius aperuit: ⁊ cōtinuo exiuit ſanguis ⁊ aqua. Et qui vidit teſtimoniū perhibuit: ⁊ verū eſt teſtimoniū eius. Offer. Inſurrexerūt in me teſtes iniqui: abſqꝫ miſericordia q̄ſierunt me interficere: ⁊ nō pepercerūt in faciē meā ſpuere: ⁊ lanceis ſuis vulnerauerunt me: ⁊ concuſſa ſunt omnia oſſa mea. p̄. 26 Secreta.

Domine ieſu chriſte qui pro mūdi redēptione crucis lignū aſcendiſti/vt vniuerſus mūdus qui in tenebris erat illūiarerē: illā q̄ſumus lucem in aīas nr̄as ⁊ corpora infunde: ꝑ quā ad eternam lucem peruenire mereamur. Qui cū patre ⁊ ſpiritu ſancto viuis ⁊ reg. Prefa. Qui ſalutē. Cōio. Foderūt manus meas ⁊ pedes meos: ⁊ dinumerauerūt oīa oſſa mea. p̄. 21. Poſtcō.

Domine ieſu xp̄e/qui hora diei ſexta pro redēptione mundi crucis patibulum aſcendiſti: ⁊ ſanguinē tuum precioſuꝫ in remiſſionē peccatorū noſtrorꝝ fudiſti: te humiliter deprecamur: vt per tue paſſionis et vulnerū tuorū merita: poſt obitū noſtrū paradiſi ianuā gaudēter mereamur introire. Qui cum deo patre ⁊ ſpū ſctō. ⁊c.

¶ In feſto corone dn̄i. Officium.

Gaudeamus omnes in domino diem feſtum celebrantes ſub honore corone domini: de cuiꝰ ſolennitate gaudent angeli/ et collaudant filium dei. Eccli Ps. Gaudent angeli et exultant archangeli: letantur et congratulantur omnes ſancti. Oratio.

PReſta q̃s oīpotens deus: vt qui in memoriam paſſionis dñi noſtri Jeſu chriſti/coronã eius ſpineam veneramur in terris: ab ipſo gloria et honore / coronari mereamur in celis. Qui tecum. Lectio libri ſapientie.

Cãti 3. C FErculum ſalomonis ſexaginta fortes ambiũt ex fortiſſimis iſrael: omnes tenẽtes gladios: et ad bella doctiſſimi. Uniuſcuiuſqꝫ enſis ſuper femur ſuum: propter timores nocturnos. Ferculum fecit ſibi rex ſalomon de lignis libani. Colũnas eius fecit argenteas/reclinatorium aureũ: aſcenſum purpureum/ media caritate conſtrauit/propter filias hieruſalẽ. Egredimini filie ſyon: et videte regem ſalomonem in diademate/quo coronauit enim mater ſua/in die deſponſationis illius/et in die leticie cordis eius. Quam pulchra es amica mea q̈ pulchra es. Oculi tui columbarum: abſqꝫ eo quod intrinſecus latet. Ueni de libano ſponſa mea veni de libano. veni coronaberis. Alleluya. ℣. Tuã

Eccl. coronam adoramus domine: tuum recolimus triumphum. Alleluya. ℣. Diadema ſpineũ veneremur hodie: cuius per aculeum ſertum datur glorie. Sequentia.

SI vis vere gloriari: et a deo coronari: honore et gloria. Hanc coronam venerari/ſtudeas atqꝫ ſectari: portantes veſtigia. Hanc celorum rex portauit/honorauit et ſacrauit: ſacro ſuo capite. In hac galea pugnauit/cũ antiquum hoſtem ſtrauit: triumphãs in ſtipite. Hec pugnantis galea/triumphantis laurea: tyara pontificis. Primũ fuit ſpinea/poſtmodum fit aurea: tactu ſancti verticis. Spinarum aculeos/virtus fecit aureos: chriſti paſſionis. Que pctis ſpineos mortis eterne reos: adimpleuit bonis. De malis colligitur/ et de ſpinis plectitur: ſpinea peruerſis. Sed in aurũ vertitur/ quando culpa tollitur: eiſdem conuerſis. Jocũda myſteria/ſunt hec ſed materia: preſentis leticie. Nobis eſt hyſtoria/qua patẽter francia: coronatur hodie. Huius coronatio/corone ſuſceptio: cuius feſtum agimus. Debito cũ gaudio/et anniuerſario: honore recolimus. Theſauro tam nobili tam deſiderabili diues es effecta. Terra carens ſimili carens cõparabili deo predilecta. Tria priuilegia regna tibi alia ſubdunt in honore. Fides et militia vnctioqꝫ regia quarũ flores flore. Tibi o vrbs inclyta omni laude predita mater ſtudiorum. Eſt corona tradita: et in te repoſita vrbs pariſiorum In dei preconiũ totum confer ſtudiũ: totum cor appone. Que chriſti palladium et ſacre ſacrarium: facta es corone. Jeſu pie Jeſu bone noſtro nobis in agone largire victoriam. Mores noſtros ſic compone/ vt perpetue corone mereamur gloriam. Amen.

¶ Secundum Johannem.

IN illo tp̃e. Apprehendit pylatus 19. a
Jeſum: et flagellauit. Et milites plectentes coronã de ſpinis/impoſuerunt capiti eius: et veſte purpurea circundederunt eum: ⁊ veniebant ad eũ/ et dicebant. Aue rex iudeorum. Et dabant ei alapas. Exiuit iterum pylat⁹ foras: et dixit eis. Ecce adduco vobis eum foras/vt cognoſcatis: quia in eo nullam inuenio cauſam. Exiuit ergo Jeſus: portans ſpineã coronam/⁊ purpureum veſtimentum. Credo. Offer.
Gl̃ia ⁊ honore coronaſti eũ: et cõſtituiſti eũ Ps. 12
ſup opera manuum tuarũ dñe. Secreta.

TUorum militũ rex omp̃s virtutem corrobora: vt quos in huius mortalitatis ſtadio vnigeniti filij tui corona letificat: ꝯſummatio curſu certaminis/ imortalitatis brauiũ apprehendãt. Per eũdẽ. Prefatio de cruce.

Cõio. Poſuiſti domine in capite eius co- Ps. 20
ronam de lapide precioſo. Poſtcõmunio

Supplices te rogamus oīs deus/ vt hec sacramenta que sumpsimus per sacroſancte filij tui corone: cuius ſolēnia recenſemus/ virtutē nobis p̄ficiant ad medelā. **Per eundem.**

Sabbato celebratur de btā virgine: et quare i vij. feria de btā virgie ſeruitiū q̄dē habuit: Nā i quadā eccl'ia ciuitatis Cōſtātinopolitāe erat imago btē v̄gis corā qua depēdebat velū/ qđ totā velabat imaginē; ſed hoc velū in. vj. feria poſt veſ. recedebat ab imagine. nullo mouēte: ſolo dei miraculo: quaſi deferretur i celū/ vt ad plenū poſſet imago cōſpici. Celebratis veſ. i ſab. deſcēdebat ipſum velū an eādē imaginē: ⁊ ibi manebat vſq̄ i feriā. vj. ſequētē. Hoc viſo miraculo: ſancitū eſt/ vt ſemp̄ illa fer. celebret̄ de btā v̄gie. Alia etiā ratio eſt: q2 dño crucifixo ⁊ mortuo diſcipulis fugiētib⁹ ⁊ de reſurrectione deſperātib⁹: i illa ſola tota fides remāſit Sciebat enī quō portauerat eū ſine labore ⁊ peperat ſine dolore: ⁊ ideo certa erat q̄ fili⁹ dei eſſet: ⁊ a mortuis tertia die reſurgere deberet: et hec eſt ratio quare dies ſabbati magis q̄ alia dies/ btē marie appropriat̄. Tertia ratio ē: q2 dies ſab. eſt ianua ⁊ introit⁹ ad dñicā diē: dies autē dñica. eſt dies requiei: et ſignificat vitā eternā. Unde cū in gr̄a ſum⁹ dñe nr̄e: ſum⁹ quaſi i ianua paradiſi. Igit̄ q2 ipſa eſt nobis porta ad regnū celorū: qđ per diē do. figurat̄ ideo de illa ſolēnizam⁹ in vij. fer. Ordinatio miſ. quotidiane btē ma. q̄ diē dñicā precedit. Quarta ratio eſt: vt ſolennitas matris ſolēnitati filij continetur. Quinta ratio eſt: vt feſtiuius agatur in die qua deus ab oī opere requieuit.

Ordinatio miſſe quotidiane beate marie virginis que dicit̄ **Salue.** Pulſatio ad miſſā btē marie: cōueniant clerici ad eandē per ebdonia. deputati/ qui dictis prius horis beate virginis in capella eiuſdem: videlicet prima/ tertia/ ſexta/ et nona/ miſſam ſolēniter exequantur. Hoc addito q̄ in inceptione cuiuſlibet hore dicit̄ ſalutatio angelica ſcȝ **Aue maria.** genuflectendo ſub ſilentio. ¶ Ad miſſam quotidianā beate marie ſacerdoti aſſiſtant dyaconus ⁊ ſubdyaconus miniſtrātes ei in dalmaticis ⁊ tunicis oī duplici feſto p̄ annū ⁊ per octa. natiuita. dñi: paſche/ ⁊ penthecoſtes i ſabba. et in dñicis ⁊, in oīb⁹ feſtis que habent inuitatoriū triplex. Et i oīb⁹ hīs **Alla.** a duobus de ſuperioribus in ſuperpellicijs cantatur: alias a clericis inferioribus i habitu ſemp̄ eodē. Celebratur etiā miſſa btē virginis ſolēniter omni die per annū in capella eiuſdem: niſi duobus diebus proximis ante paſcha

¶ Ad miſſam beate virginis quotidie dicendā in capella ⁊ in choro infra aduentū quādo fit plenū ſeruitiū de ea: niſi in feſto cōceptionis eiuſdē. **Offm̄.**

Rorate celi deſup et nubes pluant iuſtum: aperiat̄ terra/ et germinet ſaluatorem. ℣s. Et iuſtitia oriat̄ ſimul: ego dñs creaui eū. Deinde repetat̄ offm̄. **Rorate celi. Gloria patri.** Tertio repetatur officiū. Et ſic fiat ibidē per totū annū: etiā infra paſſionē. Ad miſſam quotidianā de ſancta maria in capella eiuſdē oī die p̄ annū niſi duob⁹ diebus āte paſc. dr̄ vnū **Kyrie** ex iſtis ſequētibus videlicet oīb⁹ ſimplicib⁹ feſ. ſiue fiat i choro de t̄palib⁹ ſiue de feſ. ſctōrū dicit̄ vnū iſtorū abſq̄ ℣. ſcȝ **Kyrie rex ſplendens,** vel **Kyrie fons bonitatis.** In oīb⁹ p̄o dñicis dr̄ abſq̄ ℣. vnū eorūdē: vel iſtud ſcȝ **Kyrie rex genitor.**

Eſa. 45.

Ibid

¶ Fer. ij. Kyrie de O rex clemens. ¶ Fer. iij. Kyrie Cōditor. ¶ Fe. iiij. Cuncti potens. ¶ Fer. v. Orbis fac. ¶ Feria. vi. Lux et ori. ¶ Sabbato. Kyrie omnipotens. Oratio.

Deus q̄ de btē marie ſēp virginis vtero ꝟbū tuū angelo nunciante carnē ſuſcipere voluiſti: p̄ſta ſupplicibus tuis/ vt q̄ vere eā dei genitricē credimus/ eiꝰ apud te īterceſſionibꝰ adiuuemur. Per eūdē. ¶ Sequētes mēo. fiāt p totū ānū ad mi. eiuſdē i capella ſcda oro de trinit. or. Oīps ſēpiterne. tertia oro p ep̄is viuis oro. Oīps ſēpiterne deꝰ: q̄ facis mirabi. quarta oro p bn̄factoribꝰ defunctis. or. Oīps ſempiterne deꝰ: vnica ſalꝰ m n quīta oro generalis ſcz Oīps ſēpiterne deꝰ: q̄ viuoꝝ. Require p̄dictas orones cū ſecretis et poſtcō. ante offm̄. Salue ſancta parēs. Et ſciēdū eſt ꝙ ſcda oro ad miſ. quotidianā de ſctā maria: erit ſēp de ſctō in cuiꝰ honore dedicatū eſt altare vel eccleſia vbi q̄s celebrat. Lec. eſaie ꝓphē.

7 B In diebus illis. Locutꝰ eſt dn̄s ad achaz dicēs Pete tibi ſignū a dn̄o deo tuo in ꝓfundū inferni: ſiue in excelſum ſupra. Et dixit achaz. Nō petā et nō tētabo dn̄m. Et dixit. Audite ergo domus dauid. Nūquid parū vobis eſt moleſtos eſſe hominibꝰ: qꝛ moleſti eſtis ⁊ deo meo. Propter hoc dabit dominꝰ ipſe vobis ſignū. Ecce ꝟgo cōcipiet ⁊ pariet filiū: et vocabit nomē eiꝰ emmanuel. Butyrū ⁊ mel comedet: vt ſciat reprobare malū et eligere bonū.

¶ In capella btē ꝟginis p totū annū gradꝰ cū ſuo ℣. cātet a toto choro. Gr.

ps. 23 Tollite portas principes veſtras: ⁊ eleuamini porte eternales: ⁊ introibit rex glorie. ℣.

Ibid Quis aſcēdet in mōtē dn̄i: aut quis ſtabit i loco ſctō eiꝰ: innocēs manibꝰ: ⁊ mūdo corde.

Nūq̄ enī repētatur gr. poſt ſuū ℣. in miſſis quotidianis de ſctā maria: neq3 de trinitate: neq3 de ceteris cōmēorationibꝰ niſi in pleno ſeruitio tantum.

Alla. ℣. Aue maria gr̄a plena dn̄s tecum benedicta tu in mulieribus. Luce 1. C Idem Alla. p totū aduētū dr̄ i choro/ i cōmēoratiōe btē marie: ⁊ ſimilr̄ i capella. Seq̄ntia. Mittit ad ꝟginē. vel queuis ad placitum. Et hoc per totū annū obſeruet/ ad miſſam quotidia. de ſancta maria.

¶ Et ſciēdū eſt ꝙ quotidie p ānū dr̄ ſequētia i capella btē ꝟginis: ⁊ ſimiliter in choro q̄n dr̄ miſſa ſolēniter de eadē.

¶ Nō fit plenū ſeruitiū de ſctā maria per aduentum dicit vna ex iſtis ſequentijs per ordinem: et ſimiliter dicit ad miſſam quotidianam. Sequentia.

Miſſus eſt gabriel de celis/ verbi baiulꝰ fidelis: ſacris diſſerit loquelis/ cū btā virgine. Verbū bonū ⁊ ſuaue/ pādit intus i cōclaue: et ex eua formās aue/ eue ꝟſo noie. Cōſequēter iuxta pactū/ adeſt ꝟbū caro factū: ſēp tamen eſt intactū/ puellare gremium. Patrē pariens ignorat/ ⁊ quā hō non deflorat: nō torquetur nec laborat/ q̄n parit filiū. Signum audis nouitatis/ crede ſolū ⁊ eſt ſatis: nō eſt tue facultatis/ ſoluere corrigiā. Grande ſignū et inſigne/ eſt in rubo ⁊ in igne: ne appropiet indigne/ calciatus quiſpiā. Virga ſicca ſine rore/ nouo ritu nouo more: fructū protulit cū flore/ ſic ⁊ virgo peperit. Benedictꝰ talis fructus/ fructꝰ gaudij nō luctus: non erat adam ſeductus/ ſi de hoc guſtauerit. Ieſus noſtri ieſus bonus/ pie matris piū onus: cuius eſt in celo thronus/ naſcitur in ſtabulo. Qui ſic eſt pro nobis natus/ noſtros deleat reatus: qꝛ noſter incolatus/ hic eſt in periculo. Sequentia.

Mittit ad virginē nō queuis ſuū angelū/ ſed fortitudinē archangelū: amator hois. Fortē expediat pro nobis nunciū: nature faciat vt preiudiciū/ in ptu ꝟginis. Naturā ſuperat natus rex glie/ regnet ⁊ imperet ⁊ zyma ſcorie: tollat de medio. Superbientiū terit faſtigia colla ſublimiū calcās vi propria:potens in prelio:foras eiiciat mundanum principē/ ſponſamqꝫ faciat ſecum participē:patris imperij Exi qui mitteris hec dona diſſere/reuela veteris: velamen littere virtute nūcij. Accede nūcia dic aue cominus/ dic plena gratia: dic tecū dñs/⁊ dic ne timeas. Virgo ſuſcipias dei depoſitū/ in quo perficias caſta propoſitū:⁊ votum teneas. Audit et ſuſcipit puella nūciū/credit ⁊ concipit ⁊ parit filiū: ſed admirabilē. Conſiliarium humani generis/et deum fortium ⁊ patrem poſteris:in pace ſtabile. Sequentia.

Verbum bonū et ſuaue/perſonemus illud aue: per qđ chriſti fit conclaue: virgo mater filia. Per qđ aue ſalutata/mox cōcepit fecundata: virgo dauid ſtirpe nata/ inter ſpinas lilia. Aue veri ſalomonis/mater vellꝰ gedeonis: cuius magi tribꝰ donis/laudant puerperiū. Aue ſolem genuiſti/aue prolem protuliſti: mundo lapſo cōtuliſti/numē et imperium. Aue mater verbi ſūmi/maris portꝰ ſignū dumi: aromatum virga fumi/angelorū dña. Supplicamus nos emenda/emendatos nos ꝯmenda: tuo nato ad habēda/ſempiterna gaudia. Scđm Lucam.

Luce 1. C In illo tpe. Miſſus eſt angelꝰ gabriel a deo/ in ciuitatē galilee cui nomē nazareth ad virginē deſponſatā viro cui nomē erat ioſeph/de domo dauid et nomen virginis maria. Et ingreſſus angelus ad eā dixit. Aue gratia plena dñs tecum: benedicta tu in mulieribus. Que cum audiſſet turbata eſt in ſermone eiꝰ:et cogitabat qualis eſſet iſta ſalutatio. Et ait angelus ei. Ne timeas maria/inueniſti enī gratiam apud deū. Ecce concipies in vtero et paries filium: et vocabis nomen eius ieſum. Hic erit magnus et filius altiſſimi vocabitur. Et dabit illi dñs deus ſedem dauid patris eiꝰ: et regnabit in domo iacob in eternum. Et regni eius non erit finis. Dixit autem maria ad āgelū. Quomodo fiet iſtud/ quoniam virum non cognoſco? Et reſpondens angelus dixit ei. Spūſſanctus ſuperueniet in te:⁊ virtus altiſſimi obūbrabit tibi. Ideoqꝫ et qđ naſcetur ex te ſanctū/vocabitur filius dei. Et ecce elizabeth cognata tua:⁊ ipſa concepit filiū in ſenectute ſua. Et hic mēſis eſt ſextus illi que vocatur ſterilis: quia non erit impoſſibile apud deum omne verbū. Dixit autē maria. Ecce ancilla dñi:fiat mihi ſcđm verbū tuū.

¶ Et legatur euangelium ad miſſam beate marie in eiuſdē capella omni die per annum/cū eadē nota qua et euangelium ad miſſam de die legendū eſt.

¶ Nota ꝙ ad miſſam quotidianā btē marie:ſemꝑ dicitur **Credo**, quādo dicendum eſt ad miſſam de die. Offer.

Luc 1. ca. D Aue maria gratia plena dominus tecum: benedicta tu in mulieribꝰ ⁊ benedictus fructus ventris tui. ſine ℣. vel quoduis aliud ad placitum per totum ānum ad miſſam quotidie de eadem. Idem de cōmunione obſeruetur. Secreta.

In mentibus noſtris q̄s dñe/vere fidei ſacramēta confirma: vt qui cōceptū de virgine deū verū et hoīem firmiter ꝯfitemur: p eiuſdē ſalutifere incarnationis potentiā/ad eternā mereamur peruenire leticiā. Per eundē. Prefatio. Et te in veneratione. Et dr hec ꝑfatio quotidie in capella ⁊ etiā in cōmemora. eiuſdē per totū annū: niſi a nati. dñi vſqꝫ ad purificationē. Cōio.

Esa. 7. C Ecce virgo concipiet et pariet filiū: et vocabitur nomen eius emmanuel. Poſtcōio.

Gratiā tuā q̄s dñe mentibꝰ nrīs infunde: vt qui angelo nunciāte chriſti filij tui incarnationē cognouimus: ꝑ paſſionē eiꝰ et crucē/ad reſurrectionis gloriā perducamur. Per eūdē. Hec predicta poſtcō. ſcꝫ Gratiā tuā. dicitur in tēpore paſchali vſqꝫ ad vigiliā aſcenſionis dñi excluſiue/quando

poſt aliquā inſtantiam fit memoria de btā
maria/cū officio Salue ſancta parēs.
¶ Notandū eſt ꝙ in oīb⁹ feſtis beate
marie per totū annū: et quotidie infra
octauas: ⁊ in octauis eiuſdē dicit̄ eadē
miſſa ī capella q̄ dicēda eſt ī choro: ita
tamen ꝙ epiſtola nō mutetur ꝑ octa.
¶ Ad miſſam de ſctā maria in die na-
tiuitatis dn̄i: et quotidie ab hinc vſqꝫ
ad purificationē ī capella ⁊ ī choro qn̄
fit plenū ſeruitiū de ea. Officium.
ps. Vultum tuū
44. deprecabuntur oēs
diuites plebis addu
cētur regi virgines
poſt eā: proxime ei⁹
adducētur tibi in le
Ibidē ticia et exultatione. Ps. Eructauit cor
meū verbū bonū: dico ego opera mea regi.
Nō aūt dicitur Gloria in excelſis. ℣.
Spiritus et alme. Habet dici oīb⁹ ſab-
batis in capella cū cantu qui ꝯtinetur
in magno miſſali de nr̄a dn̄a. In cho-
ro autē quater ī anno: videlicet ī vlti-
ma ꝯmemoratione btē ꝟginis ante aduē-
tum dn̄i ⁊ ante ſeptuageſimā ⁊ tūc dr̄
Spiritus ⁊ alme orphanorū. a toto choro
cū ℣. ſequenti: dicetur etiā in choro in
oct. aſſumptionis et nati. beate marie
a tribus clericis de ſuperiori gradu
in ſuperpelliciis ad gradum chori.
¶ Et ſciēdum eſt ꝙ quicunqꝫ dicitur
in choro vel extra. ℣. Spiritus ⁊ alme.
dicit̄ ſup Kyrie/cantus de Kyrie om
nipotens. et iſte ſequens cantus ſup
Sanctus. cū hac additione. Benedi-
ctus marie filius. Et dicitur iſte can-
tus ſuper Agnus dei. Oratio.
Deus qui ſalutis eterne btē ma-
rie virginitate fecunda humano
generi premia preſtitiſti: tribue qs: vt
ipſam pro nobis intercedere ſentiam⁹:
per quā meruimus auctorem vite ſu-
ſcipere: dn̄m noſtrum ieſum chriſtum
filium tuū. Qui tecum viuit et regn̄.

Lectio epiſtole btī pauli apl̄i. Ad tytū.
Chariſſime. Apparuit benigni-
tas et humanitas ſaluatoris no-
ſtri dei. Non ex operibus iuſticie que
fecimus nos: ſed ſecūdum ſuā miām
ſaluos nos fecit. Per lauacrum rege-
nerationis et renouationis ſpūs ſcti:
quē effudit in nos abunde: per Jeſum
chriſtum ſaluatorē noſtrū. Ut iuſtifi-
cati gratia ipſius: heredes ſim⁹ ſcd̄m
ſpem vite eterne. In chriſto Jeſu dn̄o
noſtro. Gr. Speciosus forma pre filiis psal.
hominū diffuſa eſt gratia in labiis tuis. ℣. 44.
Eructauit cor meum verbū bonū: dico ego
opera mea regi. lingua mea calamus ſcribe Ibidē
velociter ſcribētis. Alla. ℣. Poſt partum
virgo inuiolata permāſiſti: dei genitrix in- Eodē
tercede ꝓ nobis. Hoc alla. dicit̄ in cōme
moratione btē marie in choro ī tpe na
tiuitatis dn̄i: et etiā quotidie ī capella.
Itē in die purificationis dicitur Alla.
℣. Adorabo. in choro et in capella. vīz.
in eodē die purificatōis. Quicūqꝫ enī
fit plenū ſeruitiū de ſctā maria: dr̄ vna
ex iſtis ſequētiis ꝑ ordinē. Sequētia.
Poſt partū virgo maria. Dei ge-
nitrix fecūda gratia tonātis ple-
na. Aue terrarū domina alma celorū
regina. Tibi ethera omniſqꝫ ſanctorū
turma depromat ſimphonia. Tellus
flumina atqꝫ ſiluarū nemora reſultāt
voce ſua. Salue parens inclyta felix
puerpera. Per te lux ⁊ veritas mūdo
eſt edita. Tu ieſum papilla lactaſti ſa
cra extans virgo feta mater intacta.
Unde nr̄is eya faue votis dn̄a chriſtū
interpellās ꝓ ſalutē humana. Per te
mater aboleri filiorū flagitam⁹ crimi-
na. Noſqꝫ oēs introduci ſempiterna pa
radiſi gaudia. Quo perēnis vite per-
fruamur gloria. Amen. Alia ſequētia.
Aue maria gratia plena dn̄s tecū
virgo ſerena. Benedicta tu ī mu
lierib⁹. Que peperiſti pacē hominib⁹
et angelis gloriā. Et bn̄dictus fruct⁹
ventris tui. Qui coheredes vt eſſem⁹

ſui nos fecit per gratiā. Per hoc autē aue mūdo tam ſuaue ꝯtra carnis iura Genuiſti prolē nouū ſtella ſolē noua genitura. Tu parui et magni leonis ꝫ agni ſaluatoris chriſti tēplū extitiſti/ ſed virgo ītacta. Tu floris et roris panis et paſtoris virginum regina roſa ſine ſpina genitrix es facta. Tu ciuitas regis iuſticie. Tu mater es mīe. Theophilū reformans grē. De lacu fecis ꝫ miſerie. Ergo maris ſtella ꝟbi dei cella ꝫ ſolis aurora. Paradiſi porta per quā lux eſt orta natum tuū ora. Nos vt ſoluat a peccatis ꝫ ī regno claritatis quo lux lucet ſedula collocet per ſecula. Amen. Alia ſequentia.

LEtabundus exultet fidelis chorus alleluya. Regem regū intacte profudit chorus/res miranda. Angelus conſilij natus eſt de virgine ſol de ſtella. Sol occaſum neſciens ſtella ſemper rutilans ſemꝑ clara. Sicut ſydus radium profert virgo filium pari forma. Neqꝫ ſydus radio/ neqꝫ mater filio: fit corrupta. Cedrus alta libani conformatur yſopo valle noſtra. Verbum ens altiſſimi corporali paſſuꝫ eſt carne ſumpta. Iſaias cecinit ſynagoga meminit: nunꝗ̄ tamen deſinit eſſe ceca. Si non ſuis vatibus credat vel gentilibus ſibillinis verſibus hec predicta. Infelix propera/ crede vel vetera: cur damnaberis gens miſera. Quē docet littera: natum conſidera. Ipſum genuit puerpera. Amē. ¶ Alia ſequentia de beata virgine Maria.

SAlue ſancta parens/ roſa ſpina carens: ſeda nobis bella/ aue maris ſtella. Dona nobis pacem/ mater tu veracē: tribue iuuamen/ mutās eue nomē. Mala noſtra pelle/ trahēs ſine felle: crimina ignoſce/ bona cūcta poſce Per te detur mater/ filius nobis ꝫ pater: vt qui ex te natus/ tulit eſſe tuus. Superbiā vita/ ſalus infinita: ſuſcipe tu faſtos/ mites fac ꝫ caſtos. Subleua tu clemens/ ſalue virgo parēs: tecum ſubleuemur/ ſemper colletemur. Ago ſibi patri ſummas grates ratas: almo nato ſolꝰ/ trinꝰ honor vnꝰ. Laudetur dei filius/ patris marie vnicus: colant adorēt viſcera/ quē terra pōthꝰ ethera Surgamꝰ oēs inuicē/ flectamꝰ irā vindicem: ſubdātur illi ſingula/ cui lunā ſol ꝫ oīa. Beata mater humilis/ excelſa ſup ſydera: fac nos purgatos crimine/ btā mater munere. Preſta virgo piiſſima/ luſtrata almo flamine: munitos redde filio/ btā celi nūcio. Per te ſumamꝰ gaudia/ ꝫ ſupernoꝝ cantica: pſallentes chriſti noīe/ gloria tibi dn̄e. O glorioſa dn̄a hirſutos hoſtes callidos: ſternis colliſa tartara cōfuſa ſēꝑ viſcera. Qđ eua triſtis abſtulit/ tu ſola mater tribuis: ꝑ te reſumit populꝰ priores vires pditas. Tu regis alti ianua/ ꝑ quā intramꝰ curiā: iocūditatis gaudia/ ad ſanctorū ciuiū. Gloria tibi dn̄e/ qui natꝰ es de virgine: cum patre ſctō ſpū/ in ſempiterna ſcl'a amē. Alia.

HAc clara die turma feſtiua dat p̄conia. Mariā ꝯcrepādo ſymphonia nectaria. Mundi dn̄a que eſt ſola caſtiſſima virginum regina. Salutis cauſa vite porta atqꝫ celi referta grā. Nam ad illam ſunt nuncia olim facta angelica. Aue maria grā dei plena per ſecula. Mulieꝝ pia agmina: intra ſēꝑ benedicta. Virgo ꝫ grauida mater intacta prole glorioſa. Cui cōtra maria: hec reddit famina. In me quomodo tua iam fient nuncia. Viri noui nullū certe copulam. Ex quo atqꝫ nata ſum incorrupta. Diua miſſus ita reddit affata. Flatu ſacro plena fies maria. Noua efferens gaudia celo terre nati per exordia. Intra tui vteri clauſtra portās qui gubernat eterna. Omnia qui dat tēpora pacifica. Alia ſequētia.

AVe mūdi ſpes maria: aue mitis aue pia/ aue plena grā. Aue ꝟgo ſingularis que per rubum deſignaris nō paſſum incedia. Aue roſa ſpecioſa aue ieſſe virgula. Cuius fructus noſtri luctus relaxauit vincula. Aue carens ſimili: mūdo diu flebili/ reparaſti gaudiū. Aue cuius viſcera cōtra mortis federa ediderunt filiū. Aue ꝟginū lucerna: per quā fulſit lux ſupna his quos vmbra tenuit. Aue virgo de qua naſci: et de cuius lacte paſci rex celorū voluit. Aue gemma celi luminarium. Aue ſancti ſpūs ſacrariū. O ꝙ mirabilis ⁊ ꝙ laudabilis hec eſt ꝟginitas. In qua per ſpiritū/ facta paraclytum: fulſit fecunditas. O ꝙ ſancta ꝙ ſerena/ ꝙ benigna/ ꝙ amena: eſſe ꝟgo creditur. Per quā ſeruitus finitur porta celi aperitur: et libertas redditur. O caſtitatis lilium/ tuū precare filiū: qui ſalus es humilium. Ne nos ꝓ noſtro vicio/ in flebili iudicio: ſubiiciat ſupplicio. Sed nos tua ſctā prece mūdans a peccati fece. Collocet in lucis domo amē dicat oīs homo. Alia ſeqn.

Hodierne lux diei: celebris in matris dei/ agitur memoria. De cātemus i hac die: ſemp virginis marie/ laudes ⁊ preconia. Oīs homo oī hora: ipſam ora et implora eius patrocinia. Pſalle pſalle: niſu toto cordis oris voce voto/ aue plena gratia. Aue domina celorū: inexperta viri thorum/ parens paris neſcia. Fecundata ſine viro genuiſti modo miro: genitorē filia. Florens ortus auſtro flante porta clauſa poſt et ante via viris inuia. Fuſa celi rore tellus fuſum gedeonis vellus deitatis pluuia. Salue ſplēdor firmamēti tu caliginoſe mēti/ deſuper irradia. Placa mare maris ſtella/ ne inuoluat nos procella/ ⁊ tēpeſtas obuia. Amen.

¶ Iſte ſeptem ſequētie dr̄r qn̄ fit plenum ſeruitium de ſancta maria extra aduentū per totū annū/ etiā in ſeptuageſima vſqꝫ ad caput ieiunii. Nunꝙ eni dicitr tractus ad miſſam de cōmemoratione btē marie in eccl̄ia Sarū: ſed ſemp ſequētia: etiā per totā .xl. ad miſſam quotidia. de ea. Et tunc ꝙ plures dicunt in dominicis. Aue preclara.

¶ Euangelium Secundum Lucam.

In illo tpe. Paſtores loquebātur adinuicē. Trāſeam⁹ vſqꝫ bethleē et videamus hoc verbū qd̄ factum eſt: qd̄ fecit dn̄s et oſtēdit nobis. Et venerunt feſtinantes: ⁊ inuenerunt mariā et ioſeph/ et infantē poſitum in preſepio. Videntes autem cognouerunt de verbo qd̄ dictū erat illis de puero hoc. Et oēs qui audierant mirati ſunt: et de his que dicta erant a paſtoribus ad ipſos. Maria autē cōſeruabat omnia verba hec: conferens in corde ſuo. Et reuerſi ſunt paſtores glorificantes et laudantes deū: in oībus que audierāt et viderant ſicut dictum eſt ad illos.

Offꝫ. Offerentur regi virgines poſt eam pſal.
proxime eius offerentur tibi. Secreta. 44.

Oblatis dn̄e muneribus ſuppliciter deprecamur: vt qui verā ꝟbi tui incarnationē fideliter veneramur veram eiuſdem ſubſtantiā carnis ac ſanguinis quam per ſpiritū ſanctum virgo mater edidit/ in hoc preſenti myſterio ſalubriter percipiamus. p eūdē. Prefatio. Quia per incarnati. Cōio.

Diffuſa eſt gratia in labiis tuis: propterea pſ. 4
benedixit te deus ineternum. Poſtcōio.

Da queſumus miſericors de⁹: ei⁹ nos continua interceſſione vegetari: cuius integra virginitate ſuſcepimus auctorē noſtre ſalutis: dn̄m noſtrum ieſum xp̄m filiū tuū. Qui tecū.

¶ Sequentes memorie fiant p totum annū ad miſſam eiuſdem in capella.

¶ Secunda oratio de trinitate. Oro.

Omnips ſempiterne deus: qui dediſti famulis tuis in cōfeſſione vere fidei eterne trinitatis gloriā agnoſcere: et in potentia maieſtatis adorare vnitatē queſumus: vt eiuſdē fidei firmitate: ab oībus ſemp muniamur aduerſis. Qui viuis ⁊ regnas de⁹. p oīa.

¶ Tertia oratio pro epiſcopis viuis et ſubditis. Oratio.

Omnip̄s ſempiterne deus/qui facis mirabilia magna ſolus: pretende ſuper famulos tuos pontifices et ſuper cunctas cōgregationes illis cōmiſſas ſpiritū gratie ſalutaris: ⁊ ut ī veritate tibi cōplaceant: ꝑpetuū eis rorē tue benedictionis īfunde. ꝑ d. ¶ Quarta oratio ꝓ benefactorib⁹ defunctis. Or.

Omnip̄s et miſericors de⁹ unica ſalus mortaliū: te ſupplices exoramus pro aīab⁹ famulorꝫ famularūq; tuarū: parentū ⁊ benefactorū nr̄orū: ut interueniente beata dei genitrice maria cū oībus ſanctis tuis: peccatorum eis largiri digneris indulgentiā: et in nouiſſimo die beate reſurrectionis leticiam. Per eundē. ¶ Quinta oratio generalis ꝓ viuis et defunctis.

Omnip̄s ſempiterne de⁹ qui viuorū dominaris ſimul ⁊ mortuorum: omniūq; miſereris quos tuos fide et opere futuros eſſe pnoſcis te ſupplices exoram⁹ ut ꝓ quib⁹ effundere preces decreuim⁹: quoſq; vel preſens ſeculū adhuc ī carne retinet: vel futurū iā exutos corpore ſuſcepit pietatis tue clementia omnium delictorum ſuorū veniā/et gaudia conſequi mereantur eterna. Per. ¶ De trinitate. Secreta

Sanctifica q̄s dn̄e de⁹ trinitas ſancta: ꝑ tui ſancti nominis inuocationē/huius oblationis hoſtiā: et per eā noſmetipſos tibi ꝑfice mun⁹ eternū. Qui viuis et regnas de⁹. Per oīa ſe.

¶ Pro epīs viuis ⁊ ſubditis. Secreta.

Hoſtias q̄s dn̄e famulorū tuorū placat⁹ intende ⁊ quas in honore nois tui deuota mēte ꝓ eis celebram⁹ proficere ſibi ſentiant ad ſalutē. ꝑ do.

¶ Pro bn̄factorib⁹ defunctis. Secr.

Sanctifica q̄s dn̄e hec fideliū oīm vitalia ſacramenta ⁊ preſta: ut ꝑ ea interueniente btā dei genitrice maria cū omnib⁹ ſanctis tuis: hoc ipſum proficiat aīab⁹ famulorū famularūq; tuarū: parentū et benefactorū noſtrorū ab oīb⁹ vicijs expiate pabulo vite reficiantur eterne. Per eundē chriſtū.

¶ Pro viuis et defunctis. Secreta

Deus cui ſoli cognit⁹ eſt numer⁹ electorū in ſuperna felicitate locandus/tribue q̄s ut uniuerſorū quos in oratione cōmendatos ſuſcepimus: ſiue oīm fideliū nomina beate predeſtinationis liber aſcripta retineat. Per.

¶ De trinitate. Poſtcōmunio.

Proficiat nobis ad ſalutem corporis ⁊ anime dn̄e de⁹ noſter huius ſacramenti ſuſceptio: et ſempiterne ſctē trinitatis eiuſdēq; indiuidue unitatis cōfeſſio. In qua viuis ⁊ regnas deus.

¶ Pro epīs et ſubditis. Poſtcōio.

Quos celeſti recreas munere dn̄e perpetuo comitare pſidio ⁊ quos fouere nō deſinis: dignos fieri ſempiterna redēptione concede. Per dn̄m no.

¶ Pro benefactoribus. Poſtcōio.

Uiuificet nos q̄s domine ſalutare quo paſti ſumus ſacramentū: ⁊ interueniente btā dei genitrice maria cū oīb⁹ ſctīs tuis cōcede: ut hoc ipſum proficiat aīab⁹ famulorū famularūq; tuarū parentū et benefactorū noſtrorum ad promerēdā propiciationis tue gratiā: et percipiendā future reſurrectionis gloriā ſempiternā. Per eundē.

¶ Pro viuis et defunctis. Poſtcōio.

Pro celeſtis conuiuij iocunditate gratias tibi referim⁹ rex et ſacerdos noſter maieſtatē tuā humiliter rogantes: ut hec ſacro ſancta corporis et ſanguinis tui hoſtia nō ſit nobis reatus ad penā/ ſed interceſſio ſalutaris ad veniam: ſit ablutio ſcelerū: ſit fortitudo fragiliū: ſit contra omnia mundi pericula firmamentum: ſit viuorū atq; mortuorum fideliū remiſſio omnium delictorum. Per te ſaluator mundi rex glorie. Qui viuis et regnas cum deo patre ī unitate ſpirit⁹.

¶ Ad miſſam de ſancta maria a purificatione vſqꝫ ad aduentum dñi in capella et in choro qñ fit plenū ſeruitiū de ea: niſi in feſt. ⁊ per octa. eiuſdem.

ſeduli=us. **Salue ſancta parēs enixa puerpera regeꝫ qui celū terrāqꝫ regit i ſcl'a ſeculoꝝ.** In tēpe paſchali. **Alla.** ꝟs.

Luce i.ca. **Benedicta tu in mulieribus: ⁊ benedictus fructus ventris tui.**

Oratio.

Concede nos famlos tuos q̄s dñe deꝰ ꝑpetua mētis et corpis ſalute gaudere: ⁊ glorioſa beate marie ſemꝑ virginis interceſſione a preſenti liberari triſticia/⁊ eterna perfrui leticia. Per dñm. Lectio libri ſapientie.

Eccl. 24.b **Ab initio ⁊ ante ſcl'a creata ſum ⁊ vſqꝫ ad futurū ſeculū nō deſinā: ⁊ in habitatiōe ſancta corā ipſo miniſtraui. Et ſic in ſyō firmata ſum: ⁊ in ciuitate ſctificata ſiliter requieui: ⁊ in hierl'm poteſtas mea. Et radicaui i populo honorificato: ⁊ in ptes dei mei hereditas illius: ⁊ in plenitudine ſct'oꝝ detētio mea.** Eccl. Gr. **Benedicta ⁊ venerabilis es vĝo maria q̄ ſine tactu pudoris inuēta es mater ſaluatoris.** ꝟ. **Virgo dei genitrix quē totꝰ nō capit orbis i tua ſe clauſit viſcera factus homo.** ¶ Sciendū eſt ꝙ qñ in tpe paſchali fit de feſto annūciationis beate marie i capella erit prim. **Alla.** ꝟ. **Per te dei genitrix.** ⁊ ſcdm. **Alla.** ꝟ. **Aue maria.** Itē in die aſſūptionis beate marie. dñica infra octa. ⁊ in oct. die. **Alla.** ꝟ. **Hodie maria vĝo.** in choro ⁊ in capella ⁊ p oct. **Alla.** ꝟ. **Aſſūpta eſt.** in choro ⁊ in capella. Itē in nati. beate marie: dñica infra oct. ⁊ in die. **Alla.** ꝟ. **Natiuitas glorioſe.** in choro ⁊ in capella: ⁊ p octa. **Alla.** ꝟ. **Per te dei genitrix.** in choro ⁊ in capella. ¶ Sciēdū eſt ꝙ a purificatiōe vſqꝫ ad ſeptuageſimā: ⁊ a **Deꝰ omn.** vſqꝫ ad aduentū dñi/ qñ fit plenū ſeruitiū de ſācta maria: quacūqꝫ feria contigerit: ſemꝑ dr̄ ſequens **Alla.** ꝟ. Eccl. et oia infra. **Salue vĝo mr̄ dei/ tēplū ſancti ſpūſſcī: q̄ ſola vocari digna meruiſti regia celoꝝ ⁊ dña.** niſi in tpe paſchali: tūc enim ſemꝑ erit primū. **Alla.** ꝟ. **Per te dei genitrix nobis eſt vita ꝑdita data: q̄ de celo ſuſcepiſti ꝓlē ⁊ mūdo genuiſti ſaluatorē.** ⁊ ſecundū **Alla.** qñ fit plenū ſeruitiū erit de reſurrectione ſicut de vno feſto cū regimine chori: ⁊ dr̄ ſequentia vna/ de ſupra notatis. In capella autē primū **Alla.** ꝟ. **Per te dei genitrix.** Secūdū vero **Alla.** diuerſimode dr̄ ꝑ totā ebdomadā: videlicet die dñica. **Alla.** ꝟ. Eccl. **Obtine ſacris p̄cibus pia dei genitrix veniam delictoꝝ tuis ſupplicibus.** ¶ Feria ſecūda. **Alla.** ꝟ. **Poſt partū vĝo inuiolata permāſiſti: dei genitrix intercede pro nobis.** ¶ Feria. iii. **Alla.** ꝟ. **Ora ꝓ nobis pia virgo maria: vnde xp̄s natus eſt ꝓ nobis peccatoribꝰ ora.** ¶ Feria. iiii. **Alla.** ꝟ. **Virtutes celi te venerantur vĝo maria tuū vnigenitū cōtēplātes ad dexterā dei patris i poteſtate ⁊ maieſtate magna.** ¶ Feria. v. **Alla.** ꝟ. **Veni electa mea ⁊ ponā te in thronū meū: qꝛ ꝯcupiuit rex ſpeciē tuā.** ¶ Feria. vi. **Alla.** ꝟ. **Salue vir.** vtſ. ¶ Sabbō. **Alla.** ꝟ. **Virga ieſſe floruit vĝo deū ⁊ hoīem genuit: pacē deꝰ reddidit in ſe recōſilians ima ſummis.** Iſta ſeptem **Alla.** dr̄ in capella btē marie a purifi. vſqꝫ ad adue. dñi extra. lxx. vſqꝫ ad paſcha. niſi qđ extra tps paſche l loco illꝰ **Alla.** ꝟ. **Poſt partū.** dicatur **Alla.** ꝟ. **Per te dei genitrix.** vtſ. ⁊ exceptis tēporibꝰ ꝓnotatis. Similiter in tpe paſc. qñ celebrat miſſa de ſācta maria ſine nota: vel poſt miſſam fit mēo. tūc primū **Alla.** ꝟ. **Per te dei genitrix.** ⁊ ſcdꝫ **Alla.** ꝟ. **Poſt partū.** In ebdo. paſche etiā ſemꝑ dr̄ Gr. **Benedicta ⁊ venerabilis.** Ad miſſam quotidianā de ſancta maria vſqꝫ ad ſabbatū ⁊ non in ipſo ſab. Sequētia dicitur per ordinem vna de ſeptem ſequentiis ſupra notatis vel queuis alia per totum annum ad placitum. Secundum Lucam.

11. B IN illo tēpore Loquēte ieſu ad turbas: extollēs vocem quedam mulier de turba dixit illi. Beatus venter qui te portauit: ⁊ vbera que ſuxiſti. At ille dixit. Quinimo: beati qui audiūt verbum dei: ⁊ cuſtodiunt illud.

¶ Aliud euangelium in tempore paſchali. Secundum Johannem.

19 E IN illo tpe. Stabāt iuxta crucē ieſu: mater eius ⁊ ſoror matris eius maria cleophe: ⁊ maria magdalene. Cum vidiſſet ergo ieſus matrem ⁊ diſcipulū ſtātē quē diligebat / dixit matri ſue. Mulier ecce filiꝰ tuus. Deinde dixit diſcipulo. Ecce mater tua. Et ex illa hora: accepit eā diſcipulus in ſuā.

Eccl. Offer. Felix nāq; es ſacra virgo maria et omni laude digniſſima: quia ex te ortus eſt ſol iuſtitie chriſtus deus noſter alla. Et finiatur cum Alla, quācūq; dī extra .lxx. vſq; ad paſcha: ⁊ niſi in vigilia aſſumptionis beate marie tm̄. Secreta.

TUa dn̄e ꝓpiciatione ⁊ beate marie ſemp virginis interceſſione ad ꝑpetuā atq; p̄ſentē hec oblatio nobis ꝓficiat ꝓſperitatē ⁊ pacē. Per do. Prefatio. Et te in veneratiōe. Cōio.

Eccl. Beata viſcera marie virginis: que portauerunt eterni patris filium. In tēpore paſchali. Cōio. Uera fides geniti purgauit crimina mundi: ⁊ tibi virginitas inuiolata manet alleluya alleluya. Poſtcōmunio.

SUmptis dn̄e ſalutis noſtre ſubſidiis: da q̄s eius patrociniis nos vbiq; ꝓtegi: in cuius veneratione hec tue obtulimus maieſtati. Per dn̄m.

¶ Miſſa pro pace.

pſal. 121. DA pacem domine ſuſtinentibus te: vt prophete tui fideles inueniantur: exaudi preces ſerui tui ⁊ plebis tue iſrael. In tpe paſchali Alla alla. ps. Letatus ſum in his que dicta ſunt michi: in domū dn̄i ibimus. Ibid Oro.

DEus a quo ſācta deſideria recta conſilia: ⁊ iuſta ſunt opera: da ſeruis tuis illam quam mundus dare nō poteſt pacem: vt et corda noſtra mandatis tuis dedita: ⁊ hoſtiū ſublata formidine tempora / ſint tua protectione tranquilla. Per dominum noſtrum.

¶ Lectio libri Machabeorum.

2. macha. 1 G IN diebus illis. Orationem faciebāt ſacerdotes dū cōſumerēt ſacrificium ꝓ populo iſrael: ionatha inchoāte: ceteris autē reſpōdētibus ⁊ dicentibus. Benefaciat vobis deus ⁊ meminerit teſtamēti ſui quod ad abrahā: et iſaac ⁊ iacob locutus eſt ſeruorū ſuorū fideliū. Et det vobis cor omnibꝰ vt colatis eū: ⁊ faciatis eiꝰ voluntatē. Adaperiat cor veſtrū in lege ſua / et in preceptis ſuis / ⁊ faciat pacē. Exaudiat orationes veſtras / ⁊ recōcilietur vobis: nec vos deſerat in tpe malo: dn̄s deus veſter. Grad. Letatus ſum in his que dicta ſunt michi: in domum dn̄i ibimus. ℣. Fiat pax in virtute tua ⁊ abūdantia in turribus tuis. Alleluya. ℣. Qui poſuit fines tuos pacem: ⁊ adipe frumenti ſatiat te. ps. 121 Ibid pſal. 147

¶ Secundum Johannem.

16 G IN illo tēpore. Dixit ieſus diſcipulis ſuis. Ecce venit hora ⁊ iam venit vt diſpergamini vnuſquiſq; in ꝓpria: ⁊ me ſolū relinquatis. Et nō ſum ſolus / quia pater mecū eſt. Hec locutꝰ ſum vobis: vt in me pacem habeatis. In mundo preſſuram habebitis. Sed confidite quia ego vici mundū. Offer. Deus tu cōuertēs viuificabis nos / ⁊ plebs tua letabitur in te: oſtēde nobis dn̄e miſericordiam tuam: ⁊ ſalutare tuum da nobis. ps. 84 In tpe paſcha. Alla alla. Secreta.

DEus qui credētes in te populos nullis ſinis cōcuti terroribus: dignare preces ⁊ hoſtias dicate tibi plebis ſuſcipere: vt pax tua pietate cōceſ ſa/ chriſtianoꝝ fines/ ab omni hoſte ſaciat eſſe ſecuros. Per dñz. Cõio. Amẽ dico vobis: ꝙcquid orãtes petitis credite: qꝛ accipietis/ ⁊ fiet vobis. In tempore paſchali. Alleluya alla. Poſtcõmunio.

mat. 11. C

DEus auctor pacis et amator quẽ noſſe viuere: cui ſeruire regnare eſt: protege ab omnibus impugnationibus ſupplices tuos: vt qui in defenſione tua confidimus: nullius hoſtilitatis arma timeamus. Per dominũ.

¶ Miſſa pro rege. Officium.

ꝑ.83. PRotector noſter aſpice deus/ ⁊ reſpice in faciem chriſti tui: qꝛ melior eſt dies vna in atrijs tuis ſuper milia. In tẽpore paſcha. Alla alla. ꝑs. Quã dilecta tabernacula tua dñe virtutũ: cõcupiſcit ⁊ deficit anima mea in atria domini. Oratio.

Ibis

QUeſumus op̃s de⁹: vt famulus tuus rex noſter N. qui tua miſeratione ſuſcepit regni gubernacula: virtutũ etiã omniũ ꝑcipiat incremẽta quibus decẽter ornat⁹/ ⁊ vicioꝝ voraginẽ deuitare: ⁊ hoſtes ſuperare: et ad te qui via veritas ⁊ vita es/ gratioſus valeat peruenire. Per do. Epiſtola. Orationem faciebãt ſacerdotes. vtſ. in officio preced. Gr. Saluũ fac ſeruũ tuũ deus meus ſperantẽ in te. ℣. Auribus percipe dñe orationẽ meã. Alleluya. ℣.

ꝑ.58 Eripe me de inimicis meis deus meus: et ab inſurgentibus in me libera me.

¶ Secundum Marcum.

IN illo tẽpore. Dixit ieſus diſcipulis ſuis. Amen dico vobis qꝛ quicunqꝫ dixerit huic mõti tollere ⁊ mittere in mare: ⁊ non heſitauerit in corde ſuo/ ſed crediderit quia quodcunqꝫ dixerit fiat/ fiet ei. Propterea dico vobis. Omnia quecunqꝫ orantes petitis: credite quia accipietis: ⁊ euenient vobis. Et cum ſtabitis ad orandum: dimittite ſi quid habetis aduerſus aliquem: vt ⁊ pater veſter qui in celis eſt dimittat vobis peccata veſtra. Quod ſi vos nõ dimiſeritis: nec pater veſter qui in celis eſt: dimittet vobis peccata veſtra. Offerto. Exaudi deus orationẽ meam: ⁊ ne deſpexeris deprecationem meã intende in me ⁊ exaudi me. In tempore paſchali. Alleluya alla. Secreta.

MUnera queſumus domine oblata ſanctifica: ⁊ vt nobis vnigeniti tui corpus ⁊ ſanguis fiant et famulo tuo N. regi noſtro ad obtinendam anime corporiſqꝫ ſalutem: et ad peragendum iniunctũ ſibi officium te largiente vſqꝫquaqꝫ proficiant. Qui tecum. Cõio. Amen dico vobis: quicquid orantes petitis: credite quia accipietis: ⁊ fiet vobis. In tempore paſchali. Alleluya alleluya. Poſtcommunio.

mat. 11. C

HEc domine ſalutaris ſacramenti perceptio famulũ tuum regem noſtrum N. ab omnibus queſumus tueatur aduerſis/ quatenus ⁊ eccleſiaſtice pacis obtineat tranquillitatem: ⁊ poſt iſtius tẽporis decurſum/ ad eternam perueniat hereditatem. Per dominum noſtrum ieſum chriſtum.

¶ Ad inuocãdũ gratiã ſpiritusſancti.

SPiritꝰ domini repleuit orbẽ terrarũ alla: ⁊ hoc quod cõtinet omnia ſcientiã habet vocis alla alla al. ꝑs. Exurgat deus ⁊ diſſipentur inimici eius: ⁊ fugiãt qui oderũt eũ a facie eius. Oratio.

Sap. 1. B

ꝑ.67.

DEus cui omne cor patet/ et omnis voluntas loquitur: ⁊ quem nullum latet ſecretum: purifica per infuſionem ſancti ſpiritus/ cogitationes cordis noſtri: vt te perfecte diligere/ ⁊ digne laudare mereamur. Per domi. In vnitate eiuſdẽ. Ad corinthios.

2.12. FRatres. Unicuiqꝫ datur mani-
feſtatio ſpūs/ad vtilitatem. Alij
A quidē ꝑ ſpm̄ datur ſermo ſapiētie: alij
ſermo ſciētie/ ſcḋm eundē ſpm̄. Alteri
fides/in eodē ſpū. Alij gratia ſanitatū
in eodē ſpiritu. Alij operatio virtutū.
Alij ꝓphetia. Alij diſcretio ſpirituum
Alij genera linguarū. Alij interpreta-
tio ſermonū. Hec autē omnia opera-
tur vnus/ atqꝫ idē ſpiritus: diuidens
ꝑ. 32 ſingulis ꝓut vult. Gr. Beata gēs cu-
Ibid ius eſt dñs deus eoꝝ populus quē elegit do
minus in hereditatē ſibi. ℣. Verbo dñi ce
li firmati ſunt: ⁊ ſpiritu oris eius omīs vir
Eccl. tus eoꝝ. Alla. ℣. Veni ſancte ſpūs re-
ple tuoꝝ corda fideliū: ⁊ tui amoris in eis
ignē accende. Secundum iohannem.

4. C IN illo tēpore Dixit ieſus mulieri
ſamaritane. Mulier crede michi
quia venit hora quādo neqꝫ in monte
hoc / neqꝫ in hieroſolymis adorabitis
patrem. Vos adoratis quod neſcitis:
nos adoramus quod ſcimus/ qꝛ ſalus
ex iudeis eſt. Sed venit hora ⁊ nūc eſt
quando veri adoratores adorabūt pa-
trem in ſpiritu ⁊ veritate. Nā ⁊ pater
tales querit qui adorēt eū. Spiritꝰ eſt
deus: ⁊ eos qui adorāt eū: in ſpiritu et
Eccl. veritate oportet adorare. Offer. Emit-
te ſpm̄ tuū ⁊ creabūtur / et renouabis faciē
terre: ſit gloria domini in ſecula. In tem-
pore paſchali Alleluya. Secreta.

HEc oblatio domine deus queſu-
mus cordis noſtri maculas emū-
det/vt ſancti ſpiritus digna habitatio
efficiatur. Per dñm. In vnitate eiuſ-
dem. Coio. Spiritꝰ ſanctus docebit vos
omnia alleluya: que cūqꝫ dixero vobis alle
luya alleluya. Poſtcommunio.

SAcrificium ſalutis noſtre tibi of-
ferentes cōcede nobis queſumus
domine per gratiā ſancti ſpiritus pu-
rificatis mētibus ſepius tue pietatis
celebrare myſterium. Per dominum.
In vnitate eiuſdem.

¶ Ad miſſam pro ſeipſo. Officium.

DEus in noīe ꝑ. 53.
tuo ſaluū me fac: ⁊
in virtute tua iudi-
ca me deus exaudi
orationē meā. In tē-
pore paſch. Alla al.
ps. Qm̄ alieni inſurrexerūt aduerſum me: ⁊ Ibid
fortes queſierūt animā meā. Oratio.

OMnipotēs ſempiterne deus qui
me peccatorem ſacris altaribus
aſtare voluiſti/ ⁊ ſancti noīs tui lauda
re potentiā: cōcede queſo per huiꝰ ſa-
cramēti myſteriū meoꝝ michi veniam
peccatoꝝ: vt tue maieſtati/digne mini
ſtrare merear. Per dominum noſtrū
ieſum chriſtum. Ad Romanos.

FRatres. Cōdelector legi dei ſe- 7. D
cūdū interiorē hominem. Video
autē aliā legem in mēbris meis repu-
gnātem legi mētis mee: et captiuū me
ducentē in legē peccati/ que eſt in mē-
bris meis. Infelix ego homo. Quis
me liberabit de morte corporis huius
Gratia dei: per ieſum chriſtū dominū
noſtrū. Gr. Eſto michi in deū ꝓtectorē: ꝑ. 90
⁊ in locum refugij/vt ſaluum me facias. ℣.
Deus in te ſperaui dñe nō cōfundar ineter Ibid
nū. Alla. ℣. Eripe me de inimicis meis ꝑ. 58
dñe deus meus: et ab inſurgentibus in me
libera me. Secundum Iohannem.

IN illo tēpore. Dixit ieſus diſcipu 15. A
lis ſuis. Si manſeritis in me/⁊ ver-
ba mea in vobis manſerint: quodcunqꝫ
volueritis petitis ⁊ fiet vobis. In hoc
clarificatus eſt pater meꝰ/vt fructum
plurimū afferatis: ⁊ efficiamini mei di-
ſcipuli. Sicut dilexit me pater: et ego
dilexi vos. Manete in dilectione mea.
Si precepta mea ſeruaueritis: mane-
bitis in dilectiōe mea. Sicut ⁊ ego pa-
tris mei precepta ſeruaui: ⁊ maneo in
eius dilectione. Hec locutus ſum vo-
bis/vt gaudiū meū in vobis ſit: ⁊ gau-
diū veſtrū impleatur. Offer. Intende
voci orationis mee rex meus ⁊ deus meꝰ.

quoniam ad te orabo domine. In tēpore paſchali. Alleluya. ℣. Verba mea auribus percipe domine: intende clamorē meum ⁊ exaudiuit me. Secreta.

Deus qui te precipis a peccatoribus exorari: tibiq; ſacrificiū contriti cordis offerri hoc ſacrificiū qđ indignis manibus meis offero/ acceptare dignare: ⁊ vt ipſe tibi hoſtia ⁊ ſacrificiū eſſe merear miſeratus concede: qđ ꝑ myſterij huius exhibitionē/ peccatoꝝ omniū percipiam remiſſionem.
ps.18. Per. Cōio. Ab occultis meis munda me domine: ⁊ ab alienis parce ſeruo tuo. In tēpore paſchali. Alleluya. Poſtcōio.

Aures tue pietatis mitiſſime deus: inclina precibus meis: ⁊ ꝑ huius diuini ſacramēti carnis ⁊ ſanguinis filij tui dn̄i noſtri ieſu xp̄i: quod indignus ſumpſi myſteriū: grā ſcti ſpūs illumina cor meū vt tuis myſterijs digne miniſtrare: teq; eterna caritate diligere: ⁊ ſempiterna gaudia percipere merear. Per dn̄m. In vnitate eiuſ.

Item pro ſemetipſo alia oro nō Sarū Suppliciter te deus, vt ſequitur poſt

Miſſa ad poſcendum donum ſpiritus ſancti. Officium.

Caritas dei diffuſa eſt in cordib' vr̄is all'a: per inhabitantē ſpiritū eius in vobis all'a all'a. ps.
ps.87 Dn̄e de' ſalutis mee: i die clamaui ⁊ nocte corā te. Oratio.

Omnipotēs ſempiterne deus: qui iuſticiā tue legis in cordibus credentiū digito tuo ſcribis: da nobis fidei ſpei ⁊ caritatis augmētū: ⁊ vt mereamur aſſequi quod ꝓmittis: fac nos amare quod precipis. Per dominum.

Epiſtola. Ad Corinthios.

Fratres. Caritas patiens eſt: be-
1. 13. nigna eſt. Caritas nō emulatur
B non agit perperam: non inflatur: non eſt ambicioſa: nō querit que ſua ſunt: non irritatur. Non cogitat malū: non gaudet ſuper iniquitate: cōgaudet autem veritati. Omnia ſuffert: oīa credit: omnia ſperat: omnia ſuſtinet. Caritas nunq̄ excidit: ſiue ꝓphetie euacuabuntur: ſiue lingue ceſſabunt ſiue ſcientia deſtruetur. Ex parte enim cognoſcimus: ⁊ ex parte prophetamus. Cum autē venerit quod perfectū eſt: euacuabitur quod ex parte eſt. Cum eſſem paruulus: loquebar vt paruulus: ſapiebam vt paruulus: cogitabā vt paruulus. Quando autem factus ſum vir: euacuaui que erant paruuli. Videmus nūc per ſpeculū in enigmate: tunc autē facie ad faciem. Nunc cognoſco ex parte: tunc autē cognoſcam ſicut ⁊ cognitus ſum. Nunc autē manēt: fides/ ſpes/ caritas/ tria hec: maior autē horū eſt caritas. Grad. Dn̄e dn̄s ps.8.
noſter: q̄ admirabile eſt nomen tuū in vniuerſa terra. ℣. Quoniam eleuata eſt ma- Ibidē
gnificentia tua: ſuper celos. All'a. ℣. Do- ps.78
mine deus ſalutis mee in die clamaui ⁊ nocte corā te. Secundum Johannem.

In illo tēpore. Dixit ieſus diſcipu- 13. A
lis ſuis. Filioli adhuc modicū tēpus vobiſcū ſum. Queretis me: et ſicut dixi iudeis quo ego vado vos non poteſtis venire. Et vobis dico modo. Mandatū nouū do vobis vt diligatis inuicem ſicut dilexi vos: vt ⁊ vos inuicem diligatis. In hoc cognoſcēt omnes: quia diſcipuli mei eſtis: ſi dilectionem habueritis adinuicem. Dicit ei ſymon petrus. Domine quo vadis? Reſpondit ieſus. Quo ego vado: non potes me modo ſequi: ſequeris autem poſtea. Offerto. Lauda anima mea do- pſal.
minum: laudabo dominum in vita mea: 149.
pſallam deo meo q̄diu ero. In tempore paſchali. Alleluya. Secreta.

Emitte queſumus domine ſpiritum caritatis qui ⁊ hec preſentia munera noſtra tuū nobis efficiat ſacramentiſ: ⁊ ad hoc percipiendū corda noſtra purificet. Per domi. In vnitate eiuſdem. Cōio. Primū querite regnum dei: ⁊ omnia adiicientur vobis/dicit dñs. In tēpoꝛe paſcha Allā allā. Poſtcōio

Spiritū nobis dñe tue caritatis infunde: vt quos vino ⁊ pane celeſti ſatiaſti: tua facias pietate cōcoꝛdes Per dñm. In vnitate eiuſdem.

¶ Miſſa pro peccatoꝛibus. Officiū.

psal. 129. Si iniquitates obſeruaueris domine: dñe quis ſuſtinebit: q2 apud te ꝓpiciatio eſt de⁹ iſrael

Ibid ps. De ꝓfūdis clamaui ad te dñe: dñe exaudi vocē meā. Orō.

Exaudi q̄s dñe ſupplicū preces: et confitentiū tibi parce peccatis: vt pariter nobis indulgētiā tribuas benign⁹ ⁊ pacē. Per dñm. Ad Romanos.

5. B Fratres. Cum adhuc peccatoꝛes eſſemus: xp̄s ꝓ nobis moꝛtuus eſt. Multo igit̄ magis iuſtificati nunc in ſanguine ipſius ſalui erimus ab ira per ipſum. Si eni cū inimici eſſemus recōſiliati ſum⁹ deo ꝑ moꝛtē filii eius: multomagis recōciliati/ſalui erim⁹ in vita ipſius. Nō ſolū autē: ſed ⁊ gloriamini in deo Per ieſum xp̄m dñz nr̄m.

ps.78 Gr. Propicius eſto dñe pctīs noſtris: ne

Ibid quādo dicāt gētes vbi eſt de⁹ eoꝝ. ℣. Adiuua nos deus ſalutaris noſter: ⁊ ꝓpter honoꝛē nominis tui dñe libera nos Allā. ℣.

ps.84 Oſtende nobis dñe mīam tuam: ⁊ ſalutare tuum da nobis. Secundum Lucam.

5. F In illo tempoꝛe. Vidit ieſus publicanū nomine leui ſedentē ad theloneū: ⁊ ait illi. Sequere me. Et relictis omnibus/ſurgens ſecutus eſt eū. Et fecit ei conuiuiū magnū leui in domo ſua: ⁊ erat turba multa publicanoꝝ ⁊ alioꝝ qui cū illis erant diſcumbētes. Et murmurabant pharisei ⁊ ſcribe eoꝝ: dicentes ad diſcipulos eius Quare cū publicanis ⁊ peccatoꝛibus manducatis ⁊ bibitis? Et reſpōdens ieſus dixit ad illos. Non egent qui ſani ſunt medico: ſed qui male habent. Non enim veni vocare iuſtos/ ſed peccatoꝛes ad penitentiā. Offer. Deus tu ps.84 conuertens viuificabis nos: ⁊ plebs tua letabitur in te oſtende nobis domine miſericoꝛdiam tuam: ⁊ ſalutare tuum da nobis. In tempoꝛe paſchali Allā. Secreta.

Hoſtias tibi dñe placationis offerimus obſecrantes: vt et delicta noſtra miſeratus abſoluas: ⁊ nutātia coꝛda tu dirigas. Per dñm. Cōio. Inclina aurem tuam: accelera vt eruas nos. In tēpoꝛe paſcha Allā allā. Poſtcōio

Preſta nobis eterne ſaluatoꝛ: vt percipientes hoc munere veniam peccatoꝛum: deinceps peccata vitem⁹ Per dominum noſtrum ieſum.

¶ Miſſa pro penitentibus. Officiū.

Iuſtus es dñe ⁊ rectū iudicium tuū fac cū ſeruo tuo: ſecundum miſericoꝛdiā tuā. In tempoꝛe paſcha. Alleluya allā. ps. Beati immaculati in via qui ambulāt in lege domini. Oratio. ps.118 Ibid

Omnipotens ſempiterne deus: cōfitenti tibi famulo tuo N. ꝓ tua pietate peccata relaxa: vt non plus ei valeat conſcientie reatus ad penam/ quam indulgentia tue pietatis ad veniam. Per dominum noſtrum ieſum chriſtum filium. Ad Galathas.

6. A Fratres Si preoccupatus fuerit homo in aliquo delicto vos qui ſpirituales eſtis/ inſtruite huiuſmodi in ſpiritu lenitatis: conſiderans teipſum/ne ⁊ tu tenteris. Alter alterius onera poꝛtate: et ſic adimplebitis legē chriſti. Grad. Saluum fac ſeruum tuum deus meus ſperantem in te. ℣. Auribus

percipe domine orationem meam. Alla.
ps.113 ℣. Qui timent dominum ſperent in eum:
adiutor eorum ⁊ protector eorum eſt.

¶ Secundum Mattheum.

9. B In illo tempore. Diſcumbente ieſu
in domo: ecce multi publicani
⁊ peccatores venientes diſcumbebant
cum eo et diſcipuli eius. Et videntes
phariſei: dicebant diſcipulis ſuis.
Quare cum publicanis et peccatoribus
manducat magiſter veſter? At ieſus
audiens ait. Non eſt opus valentibus
medicus: ſed male habentibus.
Euntes autem: diſcite quid eſt miſericordiam
volo/ et non ſacrificium. Nõ
enim veni vocare iuſtos: ſed peccatores.
Offertorium Sperent in te omnes
qui nouerunt nomen tuum domine: quoniam
non derelinquis querentes te. pſallite
domino qui habitat in ſyon: quoniam non
eſt oblitus orationem pauperum. In tempore
paſchali. Alleluya. Secreta.

Preſta queſumus omĩpotens et
miſericors deus: vt hec ſalutaris
oblatio famulum tuum N. et a proprijs
reatibus indeſinenter expediat:
⁊ ab omnibus tueatur aduerſis. Per
dñm noſtrum ieſum xp̃m filiũ tuum.
mar. Qui tecum viuit. Cõmunio. Amen
11. C dico vobis quicquid orantes petitis: credite
quia accipietis/ et fiet vobis. In tempore
paſchali. Alla alla. Poſtcõmunio.

Omp̃s ⁊ miſericors deus qui oẽm
aĩam penitẽtẽ ⁊ cõfitẽtem magis
vis emẽdare ꝙ perdere: reſpice ꝓpicius
ſup hũc famulũ tuũ N. ⁊ ꝑ hec ſacramẽta
ꝗ ſumpſimus auerte ab eo iram
indignationis tue ⁊ oĩa peccata ſua
ei dimitte. Per dñm. ¶ Miſſa pro inſpiratione
diuine ſapientie. Officium.

ps.18. Lex dñi irreprehenſibilis cõuertẽs
aĩas teſtimoniuꝫ
dei fidele ſapiẽtiam
preſtãs paruulis. In tpe paſcha Alla
alla. ps. Celi enarrãt gloriã dei: ⁊ opa ma- Ibid
nuũ eius annũciat firmamentũ. Oratio.

Deus qui per coeternã tibi ſapiẽtiã
hoĩem cũ nõ eſſet cõdidiſti: ꝑditũqꝫ
miſericorditer reformaſti: p̃ſta
ꝗſumus: vt eadẽ pectora noſtra inſpirante:
te tota mente amemus: et ad te
toto corde curramus. Per dominum.
Lectio epiſtole beati iacobi apoſtoli.

Chariſſimi. Si quis veſtrũ indiget 1. A
ſapiẽtia: poſtulet a deo qui dat oĩbus
affluẽter ⁊ nõ improperat/ ⁊ dabitur
ei. Poſtulet aũt in fide: nichil heſitãs.
Qui eni heſitat ſimilis eſt fluctui maris:
qui a vẽto mouetur ⁊ circũfertur. Nõ
ergo eſtimet homo ille/ ꝙ accipiat aliquid
a dño. Gr. Venite filij audite me:
timorẽ dñi docebo vos. ℣. Accedite ad eũ ⁊
illuminamini: ⁊ facies vrẽ nõ cõfundentur. Alla ps.84
℣. Oſtende nobis dñe miam tuã: ⁊ ſalutare
tuũ da nobis. Secundũ Johannem.

In illo tpe. Subleuatis ieſus oculis 17. A
in celũ dixit. Pater venit hora
clarifica filiũ tuũ: vt fil⁹ tu⁹ clarificet
te. Sicut dediſti ei poteſtateꝫ oĩs carnis/
vt oẽ qđ dediſti ei/ det eis vitam
eternã. Hec eſt autẽ vita eterna: vt cognoſcãt
te ſolũ verũ deũ et quẽ miſiſti
ieſum xp̃m. Offer. Benedictus es dñe: doce ps.118
me iuſtificationes tuas: in labijs meis
pronũciaui omnia iudicia oris tui In tempore
paſchali. Alleluya Secreta.

Sanctificetur queſumus domine
huius noſtre oblationis munus
tua operante ſapientia: vt tibi placere
poſſit ad laudem: ⁊ nobis proficere ad
ſalutem. Per dñm. Cõio. Tu mandaſti
mandata tua cuſtodiri nimis vtinã dirigantur
vie mee: ad cuſtodiendas iuſtificationes
tuas. In tempore paſchali Alleluya
alleluya. Poſtcommunio.

Infunde queſumus dñe deus per
hec ſancta ꝗ ſumpſim⁹: tue cordibus
nrĩs lumẽ ſapiẽtie: vt te veraciter
agnoſcam⁹: ⁊ fideliter diligam⁹. Per.

¶ Miſſa ꝓ tribulatiõe coꝛdis. Offiũ

pſal. 118. Iuſtus es et rectū iudiciuꝫ tuū fac cū ſeruo tuo/ ſcḋm mīam tuaꝫ. In tẽpoꝛe paſchali. allr̄a al-

Ibiḋ leluya. Ps. Beati immaculati in via: qui ambulant in lege domini. Oratio.

Deus qui contritoꝝ nõ deſpicis gemitū/ ⁊ merentiū non ſpernis affectū: adeſto pꝛecibus noſtris/ quas pietati tue pꝛo tribulatione noſtra offerimus/ imploꝛantes vt nos clementer reſpicias: ⁊ ſolito pietatis tue intuitu tribuas: vt quicquid cõtra nos diabolice fraudes atqꝫ humane moliuntur aduerſitates: ad nichilū redigas: ⁊ cõſilio miſericoꝛdie tue allidas: quatenus nullis aduerſitatibus leſi: ſed ab omni tribulatione ⁊ anguſtia liberati/ grãs tibi in eccl'ia tua referamus conſolati. Per dñm. Ad Coꝛinthios.

2.1.a Fratres. Benedictus deus ⁊ pater dñi noſtri ieſu xp̄i: pater miſericoꝛdiarū/ ⁊ deus totius cõſolationis qui cõſolatur nos in omī tribulatione noſtra: vt poſſumꝰ et ipſi cõſolari eos qui in omni preſſura ſunt/ per exhoꝛtationẽ qua exhoꝛtamur ⁊ ipſi a deo. Quoniam ſicut abundant paſſiones xp̄i in nobis: ita ⁊ per xp̄m abūdat con-

ps 119 ſolatio noſtra. Gr. Ad dñm cū tribula-

Ibiḋ rer clamaui: ⁊ exaudiuit me. ℣. Dñe libera animã meaꝫ a labiis iniquis: ⁊ a lingua

ps.113 doloſa. Allr̄a. ℣. Qui timẽt dñm ſperẽt in eum: adiutoꝛ eoꝝ ⁊ pꝛotectoꝛ eoꝝ eſt.

¶ Secundum Iohannem.

16 D In illo tp̄e. Dixit ieſus diſcipulis ſuis. Amẽ amẽ dico vobis: qꝛ ploꝛabitis ⁊ flebitis vos: mūdus aūt gaudebit. Vos aūt cõtriſtabimini: ſed triſticia vr̄a vertẽ i gaudiū. Mulier cū parit/ triſticiã habet: qꝛ venit hoꝛa eiꝰ. Cū aūt peperit puerū: iã nõ meminit preſſure ꝓpter gaudiū qꝛ natꝰ eſt hõ i mūdū. Et vos igit̃ nūc quidẽ triſticiã habetis. Iterū autẽ videbo vos: ⁊ gaudebit coꝛ veſtrū. Et gaudiū veſtrū/ nemo tollet a vobis. Offer. Immittit angelus dñi in circuitu timentiū eū: ⁊ eripiet eos/ guſtate ⁊ videte qm̄ ſuauis eſt dñs. In tempoꝛe paſchali. Allr̄a. Secreta.

Deus qui tribulatos coꝛde ſanas et meſtificatos actu letificas: ad hãc ꝓpicius hoſtiã dignãter attẽde: ꝑ quã totiꝰ mūdi voluiſti relaxare delicta: ⁊ ꝓ tribulatiõe nr̄a eã clemẽter aſſume: cūctaqꝫ crimina nr̄a ſolue: tribulationẽ noſtrã adime/ miſerias pelle/ anguſtias ⁊ pꝛeſſuras ãmoue: vt eruti ab oībus q̄ patimur malis/ in tuis ſemꝑ delectemur exultare beneficiis.

Per dñm noſtrum. Cõio. Redime me ps 119 deus iſrael: ex oībus tribulationibus meis. In tẽpoꝛe paſcha. allr̄a allr̄a. Poſtcõio.

Dimitte q̄s dñe deꝰ pctã nr̄a: ⁊ tribue nobis mīam tuaꝫ/ oꝛiſqꝫ nr̄i alloquio exoꝛatꝰ: hūilitatẽ nr̄am attende/ vincula ſolue/ delicta dele/ tribulationẽ inſpice/ aduerſitatem repelle/ effectumqꝫ petitioni noſtre largiens iugiter ⁊ clementer exaudi. Per dñm.

¶ Miſſa pꝛo infirmo. Officium.

Iuſtus es dñe ps.118 ⁊ rectū iudiciū tuum fac cū ſeruo tuo ſcḋm miſericoꝛdiã tuã. In tempoꝛe paſchali. Al-

leluya allr̄a. Ps. Beati immaculati in via Ibiḋ qui ambulant in lege domini. Oratio.

Omnipotens ſempiterne deus: ſalus eterna credentiū: exaudi nos pꝛo famulo tuo N. pꝛo quo miſericoꝛdie tue imploꝛamus auxilium: vt reddita ſibi ſanitate: gratiarum tibi in eccleſia tua/ referat actionem. Per dominum noſtrum ieſum chꝛiſtum filiū tuum. Qui tecum viuit ⁊ regnat.

Lectio epiſtole beati Jacobi apoſtoli.

5.C Chariſſimi. Triſtatur aliquis veſtrum: oꝛet et equo animo ⁊ pſallat. Infirmatur quis ex vobis: inducat pꝛeſbyteros eccleſie et oꝛent ſuper eū vngentes eum oleo in nomine domini: et oꝛatio fidei ſaluabit infirmum. Et alleuiabit eū dominus: et ſi in peccatis ſit/ dimittentur ei. Confitemini ergo alterutrū peccata veſtra: et oꝛate pꝛo inuicem: vt ſaluemini. Grad.

ps.6 Miſerere michi domine: quoniam infirmꝰ ſum/ ſana me domine. ℣. Quoniam cōturbata ſūt omnia oſſa mea: ⁊ anima mea turbata eſt valde. Alleluya. ℣. Qui ſanat contritos coꝛde: et alligat contritiones eoꝛum. psal. 145.

¶ Euangelium Secundum Lucam

4.F In illo tēpoꝛe. Surgent Jeſus de ſynagoga introiuit in domum ſymonis. Socrus autem ſymonis: tenebatur magnis febꝛibus. Et rogauerunt illum pꝛo ea. Et ſtans ſuper illam/ imperauit febꝛi: et dimiſit illam. Et continuo ſurgens/ miniſtrat illis. Cum ſol autem occidiſſet: omnes qui habebant infirmos varijs languoꝛibus/ ducebant illos ad eū. At illis ſingulis manus imponens: curabat eos.

ps.6 Offer. Dñe cōuertere ⁊ eripe animā meā: ſaluum me fac pꝛopter miſericoꝛdiā tuam. In tēpoꝛe paſchali Alleluya. Secreta

Deus cuius nutibus vite noſtre momenta decurrūt/ ſuſcipe pꝛeces et hoſtias famuli tui N. pꝛo quo miſericoꝛdie tue imploꝛamus auxiliū vt de cuius periculo metuimus: de eiꝰ ſalute letemur. Per. Cōio. Redime me deus iſrael: ex omnibus anguſtiis meis. psal. 129. In tēpoꝛe paſchali Alla alla. Poſtcō.

Deus infirmitatis humane ſingulare pꝛeſidium: auxilii tui ſuper infirmum noſtrum oſtende virtutem: vt ope miſericoꝛdie tue adiutus: eccleſie tue ſancte incolumis repꝛeſentari mereatur. Per.

¶ Miſſa pꝛo ſalute amici. Officium

Iuſtus es domine/ et rectum iudicium tuū: fac cum ſeruo tuo ſecūdum miſericoꝛdiam tuā. psal. 118. In tempoꝛe paſchali. Alleluya alla. Ps. Beati immaculati in via: qui ambulāt in lege domini. Gloꝛia patri. Ibi⁊ Oꝛatio.

Omnipotens ſempiterne deus: miſerere famulo tuo N. et dirige eū ſcdm tuā clementiā/ in viam ſalutis eterne: vt te donante tibi placita cupiat: ⁊ tota virtute perficiat. Per. Epiſtola. Oꝛationem faciebant. vt̄s in miſſa p pace. Gr. Saluum fac ſeruum tuū: deus meus ſperantē in te. ℣. Auribꝰ percipe oꝛationē meā. Alla. ℣. Qui timent dominū ſperent in eū adiutoꝛ eoꝛū ⁊ pꝛotectoꝛ eoꝛū eſt. Euāge. Amen dico vobis quicūqz dixerit. vt̄s in miſſa pꝛo rege. Offer.

ps.9 Sperent in te oēs qui nouerunt nomē tuū domine: quoniam non derelinquis querentes te pſallite dño qui habitat in ſyon: quoniam non eſt oblitus oꝛationem pauperū. In tempoꝛe paſchali. Alla. Secreta.

Pꝛoficiat q̄s dñe hec oblatio/ quā tue ſupplices offerimus maieſtati: ad ſalutē famuli tui N. vt tua pꝛouidentia eius vita inter pꝛoſpera ⁊ aduerſa vbiqz dirigatur. Per do. Cōio. Amen dico vobis: quicquid oꝛantes petitis credite/ quia accipietis et fiet vobis. In tēpoꝛe paſchali. Alla alla. Poſtcōio.

Sumētes dñe ꝑpetue ſacramenta ſalutis: tuā depꝛecamur clementiā: vt ꝑ ea famulū tuū N. ab oī aduerſitate pꝛotegas. Per. Alie oꝛationes p amico. oꝛō. Deus q̄ iuſtificas. fo. xxxi.

¶ Miſſa pꝛo ſerenitate aeris. Offm.

Salus populi Ibi⁊ ego ſum dicit dñs: de quacūqz tribulatione clamauerit ad me exaudiā eos: et ero illo-

rum dñs in perpetuū. In tpe paschali
psal. 77. Alleluya alleluya. Ps. Attendite popule meus legem meam: inclinate aurem vestrā in verba oris mei. Oratio.

AD te nos dñe clamantes exaudi/ et aeris serenitatē nobis tribue supplicantib⁹: vt qui iuste p peccatis nr̄is affligimur: misericordia tua preueniente clementiā sentiamus. p do. ¶ Lectio hieremie pphete. Trenorū.

2.3. D IN diebus illis. Locutus est hieremias propheta dicens. Cōsurge: lauda in nocte/in principio vigiliarū: effunde sicut aquā cor tuū ante cōspectum dñi dei tui. Leua ad eū manus tuas pro aīabus paruuloꝝ tuorū: qui defecerunt fame in capite oīm compitorū. Uide dñe: & cōsidera quē vindemiaueris ita. Ergo ne comedēt mulieres fructū suū/paruulos ad mensurā palme: si occiditur ī sanctuario dñi sacerdos & pphēta. Formido & laqueus facta est nobis: vaticinatio et cōtritio. Diuisiones aquarum deduxit oculus me⁹ in cōtritione filie ppl̄i mei. Ocul⁹ me⁹ afflictus est: nec tacuit/eo ꝙ non esset requies: donec respiceret & videret dñs de celis. Inundauerunt aque sup caput meum: dixi perij. Inuocaui nomē tuū dñe: de lacu nouissimo. Uocem meā audisti ne auertas aurē tuā a singultu meo/et clamore. Appropinquasti in die qua inuocaui te: dixisti ne timeas. Iudicasti causam anime mee redemptor vite mee: dñe deus meus.

ps.78 Gr. Propicius esto domine peccatis nostris: nequando dicant gentes vbi est deus
Ibidē eorū. ℣. Adiuua nos de⁹ salutaris noster: & propter honorē nominis tui dñe libera nos.
psal. 89. Alla. ℣. Dñe refugiū factus es nobis a generatione et progenie. Scḋm Lucam.

8.D IN illo tpe. Factū est in vna dierū: et iesus ascēdit ī nauiculā/ & discipuli ei⁹. Et ait ad illos. Trāsfretem⁹ trans stagnū. Et ascēderūt. Nauigātib⁹ aūt illis: obdormiuit. Et descēdit procella venti in stagnū: & cōpellebantur fluctibus/ & periclitabātur. Accedētes autē suscitauerūt eū dicentes. Preceptor: perim⁹. At ille surgēs: increpauit ventū/et tēpestatē aque: & cessauit. Et facta est tranquillitas. Dixit aūt illis. Ubi est fides vestra? Qui timētes mirati sunt adinuicē dicētes. Quis putas hic est? Quia & ventis imperat et mari: & obediūt ei. Offer. Si ambulauero in medio tribulatiōis viuificabis me domine: et super iram inimicorum meorū extendes manū tuā: et saluū me fecit dextera tua. In tēpore paschali. Alla. Secreta

EXaudi dñe preces nostras & suscipe vota populi tui & iube imbres inundātiū cessare pluuiaꝝ: flagellūqꝫ huius elementi/ad effectū tui cōuerte mysterij: vt qui se regenerātib⁹ aquis gaudent renatos gaudeant his castigationibus esse correctos. p do. Cōio. Amen dico vobis: quicquid orantes petitis credite: quia accipietis et fiet vobis. In tēpore paschali. Alla alla. Postcōio.

PReces populi tui quesumus dñe benignus exaudi: et p huius virtutem sacramenti/pacem tuam nobis nunciet purgati aeris serena tranquillitas: vt qui delinquentes verberas: peccata confitentibus parcas. p dñm. ¶ Missa pro pluuia petenda. Offm.

LEtetur cor querentium dñm: querite dñm et cōfirmamini: querite faciē ei⁹ semp. In tpe paschali. Alla. psal. 140
Ps. Confitemini dño & inuocate nomē ei⁹: annunciate inter gentes opera eius. Oro. Ibidē

DEus in quo viuimus mouemur et sumus: pluuiam nobis tribue congruentem: vt presentibus subsidijs sufficienter adiuti: sempiterna fiducialius appetamus. Per dominum nostrū iesum christū filiū tuum. Qui tecū. ¶ Lectio hieremie pphete.

14.d In diebꝰ illis. Orauit hieremias
propheta dicens. Nunquid proiiciens
abiecisti iudam: aut syon abominata
est aia tua? Quare ergo percussisti
nos: ita vt nulla sit sanitas? Expectauimus
pacē/ ⁊ nō est bonū: ⁊ tempus
curatiōis/ ⁊ ecce turbatio. Cognouimus
dn̄e impietates nostras: ⁊ iniquitates
patrū nostrorū/ quia peccauimus
tibi. Ne des nos in opprobriū ꝓpter
nomen tuū: neqȝ facias nobis cōtumeliam
Solii glorie tue recordare:
ne irritū facias fidus tuum nobiscum
Nunquid sunt in sculptilibus gentiū
qui pluāt: aut celi possunt dare ymbres/
nisi tu volueris? Nōne tu es dominꝰ
deus noster quem expectauimus? Tu
enim fecisti omnia hec: dn̄e deꝰ noster.
psal. Grad. Oculi omnium in te sperant domi
144 ne: ⁊ tu das illis escam in tēpore oportuno.
℣. Aperis tu manum tuā: et imples omne
psal. animal benedictione. Alla. ℣. De profundis
129. clamaui ad te dn̄e: domine exaudi
vocem meam. Secundum Mattheum
6.d In illo tpe. Dixit iesus discipulis
suis. Nolite solliciti esse dicentes
Quid manducabimus aut quid bibemus:
aut quo operiemur? Hec enim
oīa gentes inquirunt. Scit enī pater
vester: quia his oībꝰ indigetis. Querite
ergo primū regnū dei: et iusticiā
eius: et hec omnia adiicientur vobis.
Offer. Portas celi aperuit dn̄s: et pluit illis
manna: vt ederent panem celi dedit illis:
panem angelorum manducauit homo.
In tempore paschali Alla. Secreta.
Oblatis domine placare muneribus:
et oportunum nobis tribue
pluuie sufficientis auxilium. p. Cōio.
De fructu operū tuorū dn̄e satiabitur terra
vt educas panē de terra/ et vinum letificet
cor hominis: vt exhilaret faciem in oleo: et
panis cor hominis confirmet. In tēpore
paschali Alleluya alla. Postcōio.
Deus qui pluuis sup iustos ⁊ iniustos:
nostris etiā offensionibꝰ per
hec sacramēta relaxatis/ expectata q̄s
ymbriū munera largiaris: quibꝰ ⁊ salꝰ
nobis et alimenta prestentur. per dn̄m.

¶ Missa tempore belli. Officium.

Reminiscere psal.
miserationū tuarum 24.
dn̄e: et mīe tue que a
seculo sunt: ne vnq̄
dominētur nobis inimici
nr̄i: libera nos deꝰ israel/ ex oībꝰ
angustiis nr̄is. In tpe pasch Alla alla.
Ps. Ad te dn̄e leuaui animā meā: deꝰ meus Ibid.
in te confido non erubescam. Oratio.
Deus regnorū oīm regnūqȝ dn̄ator:
qui nos et ꝑcutiēdo sanas: et
ignoscēdo ꝯseruas: ꝑtende nobis mīaȝ
tuā: vt trāquillitate pacis/ tua potestate
firmata: ad remedia correctiōis vtamur.
per dn̄m. ¶ Lectio libri Hester.
In diebus illis. Orauit hester ad 13.d
dn̄m dicēs. Dn̄e rex oīps/ in ditiōe
tua cūcta sūt posita: ⁊ nō est qui possit
resistere voluntati tue. Si decreueris
saluare nos: ꝯtinuo liberabimur. Tu
enī dn̄e fecisti celū ⁊ terrā: ⁊ vniuersa
q̄ celi ambitu ꝯtinentꝰ. Tu es dn̄s omniū:
⁊ nō est qui resistat volūtati tue.
Et nūc dn̄e rex regū deꝰ abrahā/ miserere
pplo tuo: q̄a volūt nos inimici nostri
perdere: ⁊ hereditatem tuā delere.
Ne despicias partē quā redemisti tibi
sed exaudi deprecationē nostrā: ⁊ propicius
esto sorti et funiculo hereditatis
tue. Et cōuerte luctū nostrū i gaudiū:
vt viuētis laudemꝰ nomen tuū. Et ne
claudas ora canētiū te: dn̄e deꝰ nr̄. Gr.
Propicius esto dn̄e peccatis nostris: nequā psal.
dicant gentes vbi est deus eorū. ℣. Adiuua 78.
nos deꝰ salutaris nr̄: ⁊ ꝓpter honorē nois
tui dn̄e libera nos. Alla. ℣. Ostende nobis psal.
dn̄e mīam tuā ⁊ salutare tuū da nobis 84.
Euāge'lū Amē dico vobis: quia quicūqȝ
dixerit. vt s. in missa pro rege. fo.
xxvi. Offer. Deus tu conuertens viuificabis Ibid.
nos: ⁊ plebs tua letabitur i te: ostende

nobis dñe miſam tuã: et ſalutare tuũ da nobis. In tẽpe paſchali. Alla all'a. Secreta.

Adeſto hiis domine propicius populo tuo: et quem myſteriis celeſtibus et ſacramentis imbuis: per hec munera que tibi offert deuotus a furore cunctorum hoſtium tua miſeratione defende. Per dominum. Cõio. Inclina aurem tuã: accelera vt eruas nos. In tẽpe paſchali. Alla alla. Poſtcõio.

Corporis et ſanguinis dñi noſtri ieſu chriſti ſacroſancta refectione vegetati/ſupplices te rogamus omnipotens deus: vt hoc remedio ſingulari: ab omni peccatorum nos contagione purifices: et a periculorum munias incurſione cunctorũ. Per dñm.

¶ Miſſa pro eo qui in vinculis tenet̃.

Actu 12, b Nunc ſcio vere quia miſit dñs angelũ ſuum et eripuit me de manu herodis: et de omni expectatione plebis iudeorum. In tempore paſchali. Alleluya all'a. ps. Et petrus ad ſe reuerſus dixit. Oratio.

Deus indulgentie deus totius cõſolationis/te ſupplices deprecamur/vt famulum tuum N. a cunctis peccatorũ ſuorũ nexibus: ab his quib' captus tenetur inimicorũ ſuorũ vinculis/intercedente beata dei genitrice maria et beatis apl'is tuis petro ⁊ paulo atq; iohãne benign' abſoluas: emẽdatũq; paterna pietate ſuſcipias et ad gaudia eterna perducas. Per eũdem.

¶ Lectio actuum apoſtolorum.

12, b In dieb' illis. Egreſſus petrus de carcere/venit ad domũ marie matris iohãnis/q cognominatus eſt marcus: vbi erant multi congregati ⁊ orãtes. Pulſante autẽ eo oſtium ianue: pceſſit puella ad videndum eum/nomine rode. Et vt cognouit vocem petri: pre gaudio nõ aperuit ianuã: ſed intro currens/nunciauit petrum ſtare ante ianuam. At illi dixerunt ad eã. Inſanis? Illa autẽ affirmabat ſic ſe habere. Gr. Conſtitues eos principes ſup omnem terrã: memores erunt nominis tui domine. psal. 44. ℣. Pro patribus tuis nati ſunt tibi filii propterea populi confitebuntur tibi. Alla. ℣. Solue iubente deo terrarũ petre cathenas: qui facis vt pateant celeſtia regna beatis.

¶ Secundum Mattheum.

In illo tẽpore. Venit ieſus in partes ceſaree philippi: ⁊ interrogabat diſcipulos ſuos dicens. Quem dicunt homines eſſe filium hominis? At illi dixerunt. Alii iohannẽ baptiſtam: alii autẽ helyam: alii vero hieremiam: aut vnum ex prophetis. Dicit illis ieſus. Vos autem quẽ me eſſe dicitis? Reſpondens ſymon petrus dixit. Tu es chriſtus filius dei viui. Reſpondẽs autem ieſus dixit ei. Beatus es ſymõ bariona: quia caro et ſanguis non reuelauit tibi: ſed pater meus qui in celis eſt. Et ego dico tibi: quia tu es petrus/et ſuper hanc petram edificabo eccleſiam meam. Et porte inferi/non preualebũt aduerſus eam. Et tibi dabo claues regni celorum. Et quodcũq; ligaueris ſuper terram erit ligatũ et in celis. Et quodcũq; ſolueris ſup terram: erit ſolutum et in celis. 16.b Offer. Conſtitues eos principes ſuper omnẽ terram: memores erunt nominis tui domine in omni progenie et generatione. psal. 44. In tempore paſchali. Alleluya. Secreta.

Hec domine placationis et laudis hoſtia famulum tuũ N. in te cõfidentẽ/ab omnibus purget peccatorum ſordibus: et ab inimicorum ſuorum quibus premitur inſidiis et vinculis/ſancte marie et beatorum apoſtolorum tuorum petri et pauli atq; iohannis precibus liberum innocuum/atq; abſolutũ eſſe cõſtitue. Per eũdẽ. Cõio. Tu es petrus: et ſuper hanc petram edificabo eccleſiam meam. mat. 16.b In tempore paſchali. Alleluya. Poſtcõmunio.

PReſta queſumus dñe: vt hoc munus redẽptionis noſtre qđ indigni ſumpſimus/famulũ tuũ N. intercedente beata dei genitrice maria/et beatis apoſtolis tuis petro et paulo atq; iohanne ab omnibꝰ muniat periculis/ et ab anguſtijs quas patitur et vinculis/illeſum abire faciat. p eundẽ.

¶ Contra mortalitatem hominum.

SAlus populi ego ſum dicit dñs: de quacũq; tribulatione clamauerit ad me exaudiã eos: et ero illorum dñs in perpetuũ. In tpe paſchali pſal. 77. Alleluya alleluya. ps. Attendite popule meus legem meam: inclinate aurem veſtrã in verba oris mei. Oratio.

DEus qui imminentẽ niniuitis interitum/ſola mia remouiſti: q̄bꝰ vt miſericors exiſteres/ conuerſionis penitentiã preſtitiſti: reſpice q̄s populum tuũ ante cõſpectum mie tue proſtratũ: vt quos vnigeniti tui ſanguine redemiſti: non patiaris propter miam tuam/mortalitatis interire ſupplicio. Qui tecũ. Lectio hieremie prophete.

14.b SI iniquitates noſtre cõtenderint cõtra nos: dñe libera nos. Fac q̄s propter nomẽ tuũ: qm̃ multe ſunt auerſiones noſtre. Tibi peccauimꝰ expectatio iſrael: ſaluator nr̃ in tpe tribulationis. Tu autẽ in nobis es dñe: et nomẽ ſanctũ tuũ inuocatũ eſt ſuper nos. Ne derelinquas nos: dñe deꝰ nr̃. pſal. 78. Gr. Propicius eſto domine peccatis noſtris: ne quando dicant gentes: vbi eſt deus eorũ. ℣. Adiuua nos deꝰ ſalutaris noſter: et propter honorẽ nominis tui dñe libera nos. Ibid Alla. ℣. Dñe refugiũ factus es nobis: a generatione et progenie. Sc̃dm Lucam.

11.b. IN illo tpe. Dixit ieſus diſcipulis ſuis. Petite: et dabit̃ vobis. Querite: et inuenietis. Pulſate: et aperiet̃ vobis. Omnis enĩ qui petit accipit: et qui querit inuenit: et pulſanti aperiet̃. Quis autẽ ex vobis patrẽ petit panẽ: nũquid lapidẽ dabit illi? aut piſcẽ: nũquid pro piſce ſerpentẽ dabit illi? Aut ſi petierit ouum: nunquid porriget illi ſcorpionẽ? Si ergo vos cum ſitis mali noſtis bona data dare filijs veſtris: quãtomagis pater veſter de celo/dabit ſpiritũ bonũ: petentibus ſe. Offer. Sperent in te oẽs qui nouerũt nomen tuũ dñe: qm̃ nõ derelinquis querẽtes te: pſallit e dño q̄ habitat i ſyõ: qm̃ nõ eſt oblitꝰ clamorẽ pauperũ. In tpe paſcha alla. Secreta.

EcCleſie tue q̄s ops deꝰ munꝰ placatus intende: et mia tua nos potius q̄ ira preueniat: qz ſi iniquitates noſtras obſeruare volueris: nulla poterit creature ſubſiſtere: ſed admirabili pietate qua nos feciſti opa manuũ tuarũ/nõ ſinas interire. p dñm. Cõm. Amen dico vobis: quicquid orantes petitis mat. 11.C credite: quia accipietis et fiet vobis. In tempore paſchali. Alleluya alla. Poſtcõ.

OMnipotens et miſericors deus: reſpice populũ maieſtati tue ſubiectum: et ne nos furor ſeuientis mortis inueniat: ſacramentorum tuorum perceptio ſancta proficiat. Per dñm.

¶ Pro peſte animalium. Officium.

SAlus populi ego ſum dicit dñs: de quacũq; tribulatione clamauerint ad me/exaudiam eos: et ero illorũ dñs imperpetuũ. In tpe paſchali. Alla alla. ps. Attendite popule meus legẽ meã: inclinate ps. 77. aurẽ veſtrã/ in verba oris mei. Gl'ia. Or.

DEus qui laboribus hominũ etiã de mutis animalibꝰ ſolatia ſubrogaſti: ſupplices te rogamus: vt ſine quibus nõ alitur humana cõditio: noſtris facias vſibꝰ non perire. Per do. Epla. Si iniquitates. vt ſ. fo. eodem. Gr. Propicius eſto dñe peccatis noſtris: p̄.78

nequādo dicant gentes vbi eſt deꝰ eoꝝ. ℣. ß.78 Adiuua nos deꝰ ſalutaris noſter: et ꝓpter honorē noīs tui dñe libera nos. Alla. ℣. Dñe refugiū factus es nobis/a generatiōe et progenie. Euāge. Petite ⁊ dabit vobis. vt̄s. fo. eodē. Offer. Sperēt i te oēs qui nouerūt nomē tuū dñe: qm̄ nō derelinquis querentes te: pſallite dn̄o qui habitat in ſyō/qm̄ nō eſt oblitus clamorē pauperū. In tempore paſchali Alla. Secreta.

Subueniat nobis dñe qs ſacrificii ꝑſentis oblatio: q̄ nos ⁊ ab erroribꝰ vniuerſis potēter abſoluat: ⁊ a totiꝰ eripiat perditionis incurſu: vt ⁊ aīalia q̄ vſibꝰ nr̄is ſeruiūt: tua potētia liberetur. p. Cōio. mat. 11. C Amen dico vobis quicqd orātes petitis credite: qꝛ accipietis ⁊ fiet vobis. In tpe paſchali. Alla all. Poſtcō.

Adeſte dñe qs per hec ſancta que ſumpſimꝰ/a tuis fidelibꝰ cūctos miſeratꝰ errores: ⁊ ſeuiētiū morborūqꝫ graſſatus in aīalia depelle pernicē: vt quos ſuo merito flagellas/ deuios foueas tua miſeratione correctos. p d.

¶ Pro quacunqꝫ tribulatione omnia fiant ſicut in miſſa pro tribulatione cordis. vt̄s cum hac oratione. Oratio.

Ineffabilē miſericordiam tuam nobis domine clementer oſtende: vt ſimul nos ⁊ a peccatis oībꝰ exuas et a penis quas ꝓ his meremur benignꝰ eripias. p. Secreta

Sacrificia tibi dñe immolanda qs corda nr̄a purificent: ⁊ indulgentie tue nobis dona cōciliēt: ⁊ de aduerſis ꝓſpera ſentire ꝑficiāt. p. Poſtcōio.

Quos celeſti munere dñe reficis diuina tuere virtute: vt tuis myſteriis ꝑfruētes: nullis ſubdantur aduerſis. p do. ¶ Pro amico. Oratio.

Deus qui iuſtificas impium et nō vis mortem peccatoꝝ: maieſtatē tuā ſuppliciter deprecamur vt famulum tuū N. de tua mīa cōfidentē celeſti ꝓtegas benignus auxilio: ⁊ aſſidua ꝓtectione conſerues: vt tibi iugiter famulet̄: et nullis tentationibꝰ a te ſeparetur. p. Secreta

Huius queſumꝰ dñe virtute myſterii: et a propriis nos munda delictis: et famulum tuū N. ab omnibꝰ abſoluas peccatis. p. Poſtcōmunio.

Purificent nos qs dñe ſacramēta que ſumpſimus: ⁊ famulū tuum N. ab oī culpa liberū eſſe cōcede: vt qui conſcientie ſue reatu cōſtringitur: celeſtis remedii plenitudine glorietur. p do.

¶ Pro infirmo proximo morti. Oro.

Omnipotens ſempiterne deus conſeruator animarū: qui quos diligis corripis: et quos recipis/ pie ad emendationem coherces te inuocamus domine: vt medelam tuā conferre digneris: et vt anima famuli tui in hora exitꝰ illiꝰ de corpore/abſqꝫ peccati macula per manus ſanctorum angelorum tuorum tibi repreſentari mereatur. Per dominum. Secreta.

Adeſto qs dñe ꝓ pietate tua ſupplicationibꝰ nr̄is/et ſuſcipe hoſtiam quā tibi offerimꝰ ꝓ famulo tuo: ſalutē nō corporis: ſed anime ſue petēti: preſta et qs indulgentiā oīm iniquitatū ſuarū: vt per hoc qd̄ tibi offerimꝰ ſacrificiū/a ſanctis angelis eiꝰ anima ſuſcepta: ad tue glorie regnum peruenire mereatur. per do. Poſtcōmunio.

Gratias tibi agimus dñe refecti ſalutaribꝰ ſacramētis quibꝰ animas in te ſperantiū ſatiare cōſueuiſti: et confiſi de pietate tua ſupplici deuotione ꝑcamur: vt miſereri digneris famulo tuo/ne preualeat aduerſus eum inimicus i hora exitꝰ illiꝰ de corpe: ſed tranſitū habere mereat̄ ad vitā. p do.

¶ Pro iter agentibus. Oratio.

Adeſto dñe ſupplicationibus nr̄is: ⁊ viā famuloꝝ tuoꝝ in ſalutis tue proſperitate diſpone: vt inter oēs vie et vite huius varietates: tuo ſemꝑ protegantur auxilio. per dñm. Secreta.

PRopiciare dñe ſupplicationibus nr̄is: ⁊ has oblationes quas tibi offerimꝰ ꝓ famulis tuis benignꝰ aſſume: vt viā illoꝝ ⁊ ꝑcedente grā tua dirigas/ ⁊ ſubſequēte comitare digneris vt de actu atqꝫ incolumitate eoꝝ ſcd̄m mīe tue ꝑſidia gaudeamꝰ. ꝑ. Poſtcōio

SUmpta queſumꝰ dñe celeſtis myſterij ſacramēta: ad proſperitatē itineris famulorum tuorum ꝓficiant: et eos ad ſalutaria cuncta perducant. Per dominū. ¶ ~~Pro papa.~~ Oratio.

DEus omniū fideliū paſtor ⁊ rector/ famulū tuū N. quē paſtorē eccleſie tue preeſſe voluiſti/ propicius reſpice: da ei q̄s verbo ⁊ exēplo quibꝰ preeſt ꝓficere/ vt ad vitā vna cū grege ſibi credito/ ꝑueniat ſempiternā. ꝑ. Secreta.

OBlatis q̄s dñe placare muneribꝰ et famulum tuū N. quē paſtorē populo tuo eſſe voluiſti/ aſſidua protectione guberna. ꝑ. Poſtcōmunio.

HEc nos queſumus dñe diuini ſacramenti perceptio protegat/ et famulum tuum N. quē paſtorem eccleſie tue voluiſti: vna cū cōmiſſo ſibi grege ſaluet ſemꝑ ⁊ muniat. per dñm.

¶ Pro epiſcopo. Oratio.

REge q̄s dñe famulū tuū N. pontificē noſtrum et intercedēte btā dei genitrice maria cum oībꝰ ſanctis tuis/ grē tue in eo dona multiplica/ vt ab oībꝰ liberetur offenſis: ⁊ tēporalibꝰ nō deſtituatur auxiliis/ ⁊ ſempiternis gaudeat inſtitutis. per dñm. Secreta.

SUſcipe queſumus dñe tibi munus oblatū: et intercedente beata dei genitrice maria cum oībus ſanctis tuis/ famulū tuū N. pontificē noſtrum/ tua propicius vbiqꝫ miſeratione conſerua: atqꝫ ab omnibus quas meret̄ aduerſitatibꝰ redde ſecurū: vt tranquillitate ꝑcepta ab omniū viſibilium et inuiſibilium inimicorum inſidiis liberatus: deuota tibi mente deſeruiat. Per eundem. Poſtcōmunio.

SUbiectum tibi famulum tuum N. pontificem noſtrū queſumus domine interceſſione beate dei genitricis marie/ cum omnibus ſanctis tuis ꝓpiciatio celeſtis amplificet: vt ⁊ preſentis vite periculis eruatur: et perpetuis donis firmetur. per dominum.

¶ Item pro epiſcopo. Alia oratio.

COncede q̄s dñe famulo tuo epiſcopo noſtro: vt predicando et exercendo que recta ſunt exēplo bonorū operū animas ſuorum inſtruat ſubditorum: et eterne remunerationis mercedem a te piiſſimo paſtore percipiat. per dñm. Secreta.

MUnera noſtra queſumꝰ dñe placatus ſuſcipe: et famulum tuū epiſcopum noſtrum gregemqꝫ ſibi cōmiſſum benignus ſemper ⁊ vbiqꝫ miſericorditer protege. ꝑ do. Poſtcōio.

HEc nos communio dñe purget a crimine: et famulū tuū epiſcopū noſtrum: cōmiſſum ſibi gregem/ benigna queſumus pietate conſerua. ꝑ do.

¶ Pro prelatis et ſubditis. Oratio.

OMnipotens ſempiterne deꝰ: q̄ facis mirabilia magna ſolus: pretende ſuper famulos tuos pontifices/ ⁊ ſuꝑ cunctas congregationes illis commiſſas/ ſpiritum gratie ſalutaris: et vt in veritate tibi cōplaceant: perpetuum eis rorem tue benedictionis infunde. per dominum. Secreta.

